hꝫ ꝛ a nutrimẽto diffamare ꝛ oblo q̃. Sed
mõ ſpecial'r diffamant bonos hoĩes et bo
nas dñas: ꝛ ſcribũt libros diffamationis
et nolũt ſibi publice declarari veritatẽ do
ctrine niſi cũ ſcãdalo alioꝝ: cũ fieri nõ dꝫ:
q: veritas doctrine ꝛ iuſticia ꝑdicãda eſt.
Tertio hic nõ reperit quieta cõſciẽtia in
furtis. dic de furtis de hortis: ꝛ de fructi
bus. Lex iudicabat de furtis Exo. xxij. Si
q̃s furaret vnã ouẽ/redderet. x. q: difficili
ter cuſtodiunt: q: paſcunt ĩ agris. ſi quis
vnũ bouẽ: redderet q̃nq;: q: magis diffici
liter ꝛ nõ ita paſcunt ꝯgregati ſicut oues
de alijs q̃ faciliter pñt cuſtodiri ꝙ redde
rẽt duplũ. Cũ igit hic quotidie cõmittat
de his q̃ ſunt in hortis: ꝛ in agris: et q̃ nõ
faciliter de die et de nocte cuſtodiunt: ſeq
tur ꝙ magis tenentur in reſtitutione ꝛ in
maiori quãtitate/ ꝙ̃ ſi furaret pecunia de
caſa (al's de capſa) in q̃bus ſ̃m legẽ nõ te
net niſi in duplũ: q: facilius cuſtodiũtur.
¶ Scđs flos horti ſignificat virtutẽ con
ſciẽtie: q: flos horti eſt ſub muro ꝛ clauſu
ra. Horti em̃ cõiter claudunt. Sꝫ nec iſte
flos hic modo reperitur: q: nec clerici mo
do ſeruant cõſcientiã: quã habẽt ſub clau
ſura oris et ſacramẽti. nec religioſi: quam
habẽt ſub clauſura voti. nec ſeculares ſub
muro et clauſura matrimonij.
¶ Tertius flos in cãpo ſignificat patiẽtiã
que frigoribus et caloribus exponitur: et
ventis hincinde agitatur: et tñ nõ frangi
tur. Iſte flos hic non reperitur: q: nullus
in iniuria ſibi lata hꝫ patientiã: immo ſta
tim vult cũ gladijs ꝛ fuſtib⁹ accipere vin
dictã. Cõcludamus igit noſtrũ ꝓpoſitum
principale. ſi flos mũdicie ꝛ puritatis nõ
eſt hic: nec flos bone cõſciẽtie: nec flos cõ
tinẽtie: nec patientie: ꝛ nazaren⁹ interpre
tatur flos: igit ieſum quẽ queritis nazare
nũ ſurrexit nõ eſt hic: q: exortus eſt ſol cũ
ardore incõſciẽtie ꝛ impatientie: ꝛ areſcit
fenũ: ꝛ flos eius decidit. Iaco. j.

Tertia pars.

¶ Sed dixi in tertia par

te nr̃i ſermonis/ꝙ hic non eſt crucifixus:
ſed crucifigẽs per replicatam iniquitatẽ.
Et ego reperio ꝙ per peccata nr̃a vel pro
pter peccata noſtra/hic crucifigitur iterũ
xp̃s. ſeruatur ac replicat tot⁹ ordo paſſio
nis xp̃i. nam in proceſſu crucifixionis xp̃i
fuerunt ſeruata ſex. C
Primo xp̃s fuit venditus.
Secundo xp̃s fuit traditus.
Tertio xp̃s fuit illuſus.
Quarto xp̃s fuit conſputus.
Quinto xp̃s fuit flagellatus.
Sexto xp̃s fuit crucifixus.
Primo venditur per auaros cupidos.
Secundo traditur per fictos fallaces.
Tertio illuditur per vanos ſuperbos.
Quarto cõſpuit ꝑ luxurioſos immũdos.
Quinto flagellatur ꝑ crudeles tyrannos.
Sexto crucifigit gñal'r ꝑ malos xp̃ianos.
¶ Dico ꝑmo ꝙ xp̃s vẽdit ꝑ cupidos. dico
tibi iudex. tibi iurate. tibi aduocate. tibi
clerice. tibi religioſe/ꝙ q̃ncũq; cupidita
te pecunie vel alterius muneris/facis ali
quid ꝯ̃ deũ: ꝯ̃ iuſticiã: ꝯ̃ veritatẽ: ꝑcio illi⁹
pecunie/tu vẽdis xp̃m cũ iuda: ꝛ dicis cũ
eo. Quid vultis mihi dare ꝛ ego eũ vobis
tradã. vñ glo. ſuꝑ illo Mat. xxvj. Et exinde
q̃rebat opportunitatem vt eũ traderet. di
cit ad iſtud ꝓpoſitũ ſic. Multi hodie ſunt
q̃ factũ iude execrãt: ꝛ tñ idẽ faciũt. nã cũ
falſum teſtimoniũ dicũt: veritatẽ qui xp̃s
eſt vendunt. O quot ſunt iſti tales: q̃ reci
piunt pecuniã ꝛ munera in iniuriam iuſti
cie: et vendunt xp̃m. Tñ vis ſcire q̃d mali

habebãt iſti. Scriptũ eſt Amos. ij. Suꝑ
trib⁹ ſceleribus iſrael et ſuꝑ q̃ttuor nõ con
uertã eũ: ꝓ eo ꝙ vẽdiderit ꝓ argẽto iu
ſtum: et pauperem ꝓ calciamẽtis.
¶ Scđo xp̃s tradit per fictos ꝛ fallaces.
Iſti ſunt ficti et deceptores: qui loquunt
pacẽ cũ ꝓximo ſuo: mala autẽ in cordib⁹
eoꝝ. O quot ſunt iſti de q̃bus dic̃ pſ̃. ꝙ
in corde locuti ſunt vanitates. ꝛ boni po
nunt ſe in manibus ſuis: confidũt de bo
nis ỽbis ſuis: et poſtea ꝓdunt te inimi
cis tuis. Recordare tu q̃cũq; es ille: ſemꝑ
in iſto caſu cũ iuda dicis illud Mat. xxvj
Quẽcũq; oſculatus fuero ꝛc. et recordare
quid dicit tibi xp̃us Luc. xxij. Iuda oſcu
lo filium hominis tradis ꝛc.
¶ Tertio xp̃s illuditur per vanos ſuper
bos. Chriſtus tripliciter fuit illuſus.
Primo a miniſtris velando faciem.
Secundo ab herode in veſte alba.
Tertio a pilato in veſte purpurea.
Primo modo triplex gen⁹ eſt ſuperborũ:
qui illudũt xp̃o. Primi ſunt ſuꝑbi q̃ ſine
timore ꝛ ſine verecũdia peccant: ꝛ videt
eis ꝙ deus nõ videt eos: nec audit. Iſti
quantũ in eis eſt velant faciem xp̃i: ne
eos videat. dicũt iſti cũ pſ̃. pſalmo. xciij.
Non videbit dominus: nec intelliget de⁹
iacob. Sed reꝑhendit eos ſtatim pſ̃. per
illud qđ ſequit. Intelligite inſipientes ĩ
ꝑp'lo: et ſtulti aliq̃n ſapite. Qui planta
uit aurẽ non audiet: aut qui finxit oculũ
non cõſiderat? Secũdi ſuperbi ſunt qui
exercuerunt vias ſuas ſuꝑbe. q: interius
ſunt lupi rapaces: et extrinſecus veniũt
in veſtimentis ouiũ vt hypocrite. Iſti il
ludunt xp̃o cũ herode in veſte alba et pul
chra et mũda: quam oſtẽdunt exterius: ꝛ
tñ turpitudinẽ et immũdiciã habent in
terius. Cuidã iſtoꝝ qui erat princeps ſa
cerdotũ Ananias dixit ap'ls Actuũ. xxiij.
Percutiet te deus paries dealbate. Pa
ries dealbatus habet albedinẽ exterius:
ſed nigredinẽ interius. Tertij ſuꝑbi ſunt
qui exercent ſuperbiã ſuaꝫ in vanitatib⁹
in habitu pompoſo de panno aureo/ſeri
co/veluto cũ forraturis ꝛc. in ſertis et flo
ribus in torque deauratis. et deargenta
tis. et tales illudũt xp̃o cũ pilato et mili
tibus. Chriſt⁹ eſt expoliat⁹ in cruce: ꝛ viri
et mulieres cũ ornamentis põpoſis/ꝛ ve
ſtibus vanis/flectũt genua coram ſpolia
to: ꝛ ſupplicãt ſibi ꝓ ſuis neceſſitatibus.
Certe hoc nõ eſt ſupplicare: ſed illudere.
Dic de mulierib⁹ depictis ꝛ decoratꝭ. vñ
Ap'ls. j. ad timo. ij. decet orare nõ in veſte
ꝑcioſa. Ecce qual'r xp̃us illuditur per va
nos et ſuperbos. Sed ſcis quid ſcribitur
Prouer. iij. Illuſores ipſe deus deludet.
¶ Quarto xp̃s conſpuit in facie ꝑ immũ
dos luxurioſos: qui deturpãt aĩas ſuas:
in quib⁹ eſt impreſſa facies dei: et imago
et ſimilitudo dei. vñ dr̃ Geñ. ix. Ad imagi
nem quippe dei fact⁹ eſt homo. et intelli
gitur ſ̃m aĩam. iõ dđ pſ̃. iiij. Signatum
eſt ſuꝑ nos lumen vultus tui dñe. hoc eſt
in aĩa nr̃a. Quotiẽs igitur per turpitudi
nẽ luxurie/aĩam tuã maculas: abſq; du
bio faciẽ dei: que lucet et reſplẽdet in aĩa
tua: deturpas. Cũ crudeles dñi: mali ty
rãni. et mali ꝑncipes: ꝛ mali cõſiliarij in
iuſte et indebite pauperes opprimunt: ꝛ
publice vel occulte nocent: cauſaꝫ vidue
nõ defendunt: xp̃m crudeliter flagellant.
Iſte tales oppreſſiones non ſunt niſi fla
gella q̃ xp̃o inferunt. O quot ſunt iſti qui
flagellant xp̃m qui dicũt Sap. ij. Oppri
mam⁹ pauperẽ: nõ parcamus vidue: nec
veterano: nec reuereamur canos multi tẽ
poris. ſit fortitudo nr̃a lex iniuſticie. de
iſtis dic̃ xp̃s in pſ̃. lxxij. Fui flagellat⁹ to
ta die. Sed ſine dubio credãt iſti: q: xp̃us
a deo prẽ ꝯ̃ iſtos petet vindictã et defen
ſionẽ: ꝛ finaliter exaudiet. dic̃ em̃ deo prĩ
Circũdederũt me viri mendaces: ſine cã
flagellis ceciderũt me: ſed tu dñe defen
ſor vindica me. ¶ Sexto et vltĩo xp̃s cru
cifigit per oẽs pctõres/ꝛ malos xp̃ianos
Dicã tibi modicũ ap'li ab hebre. vj. qđ eſt
iſtud. Xp̃s in cruce fuit mortu⁹ et nõ niſi
ꝓpter pctm̃. quicũq; poſt xp̃i reſurrectio
nẽ pctm̃ iterant xp̃m crucifigunt. de iſtis
ap'ls vbi. ſ̃. Rurſum crucifigẽtes ſibimet
ipſis filiũ dei. A pctõ em̃ liberari nõ po
tuiſſem⁹: niſi ꝑ mortẽ ei⁹ ĩ cruce. Qui igit
pctm̃ iterat ꝛ replicat: cũ ab ipſo cupiat
liberari: videt ꝙ velit iterũ xp̃m crucifi
gi pro pctõ. Oẽs tales ſunt factores ꝛ au
tores mortis xp̃i et ſue paſſionis: de quo
xp̃s hꝫ nouũ dolorem/ꝛ nouas plagas: q̃
cõquerit de iſtis per pſalmiſtã. pſ̃. lxviij.
Suꝑ dolorẽ vulnerũ meoꝝ addiderũt. et
alibi. Dolor me⁹ renouat⁹ eſt. Et non ſo
lum iſti inferũt xp̃o nouũ dolorẽ: ſꝫ ma
iorẽ ꝛ grauiorẽ dolorẽ. vñ Bern. in ꝑſona
xp̃i in ſermone diei paraſceues/ad innuẽ

dum ꝙ grauior eſt dolor xp̄i ſibi illatus
per crucifigētes eū per contēptū: ꝙ per
crucifigētes eū ꝑ effectū: qꝛ iſte dolor eſt
exterius in corꝑe xp̄i: ⁊ ille eſt interior in
aīa xp̄i. vn̄ dicit ad hoīem in ꝑſona xp̄i.
O hō vide que ꝓ te patior: non eſt dolor
ſicut quo crucior: ad te clamo: q̄ ꝓ te mo-
rior. vide penas quibꝰ affligor: vide cla-
uos q̄bus cōfodior: interiꝰ tn̄ eſt planctꝰ
grauior: cū te tā ingratū expior. Ecce quō
hic idē ordo ſeruat̄ ſicut ī crucifixiōe xp̄i.
Sed certe in vno video ꝙ nō ſeruat̄ or-
do: in h̄ ꝙ hic xp̄s crucifigit̄: ſed nullꝰ la
tro cū eo aſſociat̄. Joh. xix. ſcribit̄ ꝙ cru-
cifixerunt cū eo duos latrones. vnum a
dextris: aliū a ſiniſtris. hic nullꝰ a dextris
nec a ſiniſtris crucifigit̄. Sed ī alio video
ꝙ ſeruat̄ ordo: qꝛ his diebꝰ de pn̄ti dicit
nobis pilatꝰ. Quē vultis vos de duobus
dimitti: barrabā: an ieſum qui d̄r xp̄s? Et
vos rn̄detis: Barrabā. erat tn̄ latro qui
ꝓpter ſeditionē et homicidiū miſſus fue
rat in carcerē. Et replicat vobis pilatus.
Quid igit̄ faciā de ieſu q̄ d̄r xp̄s? Et vos
rn̄detis: crucifigat̄. Sed ad iſtō de latro-
nibus poteſtis dicere. Quare mō nō cru-
cifigunt̄ latrones cū xp̄o: vt ſeruet̄ ordo?
Poſſum vobis reſpōdere multipliciter.
Primo quia nō crucifigit̄ vnꝰ: ſꝫ plures:
qꝛ cum xp̄o crucifixi ſunt duo latrones ſo
lūmodo: ⁊ ī iſto tp̄e ſunt plures: iō nimis
haberemꝰ facere. Itē qꝛ vnꝰ fuit malus:
aliꝰ bonus. vnꝰ penitēs: aliꝰ impenitens.
modo hic nullꝰ bonus: nec penitens: ſed
oēs mali ⁊ impenitētes. Sꝫ credo ꝙ po
teſtis mihi aliter rn̄dere et cum veritate.
Nā non crucifigimꝰ latrones: qꝛ latro d̄r
de lateo lates: qui furat̄ latēter et ſecrete
fur q̄ publice. modo oēs ſunt fures q̄ fu-
rant̄ in publico vbi fiūt roberie manife-
ſte: ⁊ nō timēt: nec aliq̄ correctio nec emē
da: et pauci ſunt qui furant̄ in occulto ⁊
ſecreto. Sed replico ↄ vos per v̄bum cōe
qd̄ dicit: Fur nō eſt latro qui tp̄e latitat
atro. Latro late luce dignꝰ eſt vterqꝫ cru
ce. et tn̄ in nr̄o ꝓpoſito nullꝰ ponit̄ ī cru-
ce. vel credo ꝙ poſſum aliter ⁊ meliꝰ rn̄de
re: quia non crucifigitis latrones: qꝛ non
habetis crucē nec patibulū: qꝛ in aurum
patibula ſunt ↄuerſa. O deus ⁊ habetis
crucē ad crucifigendū ieſum: ⁊ nō ad cru
cifigendū latrones. Ecce quō per ↄcluſio
nem nr̄i ſermonis/ hic nō eſt crucifixꝰ; ſed
crucifigentes per replicatā iniquitatem.
Sed debetꝫ notare ꝙ his diebꝰ abſcōdit
ſe et exiuit de tēplo. mō de iſta ciuitate: iō
dicamꝰ ſibi. O bone ieſu q̄re exiſti de tem
plo: et q̄re de ciuitate? Rn̄det nobis ibi
ex regula ph̄i ꝙ ↄtra mutuo ſe expellūt. ⁊
ſimul ſe nō cōpatiunt̄. Ego ſum inq̄t xp̄s
liberalis: et nō poſſum cōpati auariciam
ꝓpter qd̄ ego eieci his diebꝰ in die ramo
rū emētes et vēdentes de tēplo. Sed mō
iſti reuerſi ſunt: qꝛ vēdūt ⁊ emūt ſpūalia:
et cōmittūt ſimoniā/ ⁊ barateriā in bn̄fi-
cijs/ et ep̄atibus: ⁊ ꝑ ↄn̄s habui exire de
tēplo. ⁊ a fil'i habui exire de ciuitate. naꝫ
ego ſum bonitas ⁊ nō cōpatior mecū ini
q̄tatē et maliciā. ego ſum pax et nō cōpa
tior mecū diſcordiā ⁊ ↄdictionē. ego ſum
iuſticia et nō cōpatior mecū iniuſticiam.
ego ſum v̄itas ⁊ nō cōpatior mecū falſita
tē. Et iō cōdolēdo de iſta ciuitate: dico vi
di iniq̄tatē et ↄdictionē in ciuitate: tota
die circūdabit ſuꝑ muros eiꝰ iniq̄tas: et
labor in medio eiꝰ et iniuſticia: ⁊ nō de-
fecit de plateis eiꝰ vſura ⁊ dolꝰ. Dic quō
ſunt curſitores vſurarū inter xp̄ianos: ſi-
cut cōſueuit eſſe inter iudeos. Igit̄ dicit
xp̄s: oportuit me exire de ciuitate: vel re-
cedere a ciuitate. Ieſum ḡ quē queritꝫ na
zarenū crucifixū: nō eſt hic: immo ꝓpter
ꝑdicta receſſit hinc. Ideo placeat ſibi ꝑ
ſuā ſanctā mīam: ꝙ velit ad nos redire:
et ꝙ reſpiciat nos oculo ſue pietatꝫ tali-
ter: vt vitā noſtrā poſſimus emēdare: et
ieſum recuꝑare hic ꝑ graꝫ ⁊c. Deo gras.

¶ In feſto paſche. Sermo. v.

SUrrexit non eſt
hic. Marci vlti. ⁊ in euāge-
lio ⁊c. Honorabiles dn̄i de
ieſu ſaluatore nr̄o nō legit̄
niſi vna reſurrectio. ſ. corꝑa
lis. de nobis aūt due reſurrectiōes legū-
tur. ſ. ſpūalis ⁊ corꝑalis. Cur tam varie?
Rn̄. ſm damaſcenū reſurrectio eſt eiꝰ qd̄
cecidit iterata ſurrectio. cū igitur q̄libet
hō: et q̄libet nr̄m duplici morte cadat. ſcꝫ
morte ſpūali: qn̄ aīa cadit a gr̄a in pctm̄.
⁊ morte corꝑali: qn̄ aīa ſeparat̄ a corꝑe: ⁊
corpus cadit in puluerem et corruptio-
nem: duplici igitur indiget homo reſur-
rectiōe ꝓpter duplicē mortē. Prima eſt
reſurrectio ſpūalis: qua hō ſurgit ⁊ reſur
git de ſtatu pctī in ſtatum gr̄e. Scd̄a eſt
corporalis qua hō ſurget v̄tute diuina in
reſurrectiōe gn̄ali ꝑ reſurrectionē corꝑis
et aīe. Et qꝛ iſta ſcd̄a modicū valebit ſine
p̄ma: qꝛ nihil valebit reſurgere in corꝑe:
niſi reſurgamꝰ in aīa per gratiā: iō dicit
Joh. in Apoc. xx. cap. Btūs et ſctūs q̄ hꝫ
partem in reſurrectiōe p̄ma. Xp̄s prima
reſurrectiōe nunq̄ indiguit: qꝛ nunq̄ eiꝰ
aīa per pctm̄ cecidit. indiguit ſcd̄a: quia
eius aīa in paſſiōe a corꝑe ſeparata fuit.
Ecce tota rō q̄re nos indigemꝰ: ⁊ de nob̄
legunt̄ due reſurrectiōes: de xp̄o autē nō
niſi vna. Quia igit̄ modicū valebit nob̄
reſurgere in corꝑe: q̄ eſt reſurrectio ſcd̄a:
niſi reſurgamꝰ in aīa: que eſt reſurrectio
p̄ma. vt habeamꝰ partē in reſurrectione
xp̄i q̄ eſt reſurrectio ſcd̄a: rogemꝰ v̄gineꝫ
mariā vt habeamꝰ ptē ī reſurrectōe p̄ma
q̄ eſt reſurrectio de ſtatu pctī in ſtatū gr̄e
⁊ huic det̄ debita ↄſecutio: p̄ſentet̄ v̄gini
hūilis ⁊ debita ſalutatio dicēdo. Aue ma
ria. Surrexit nō eſt hic ⁊c. Notate ꝓ de
claratiōe thematis ꝙ de xp̄o d̄r ſurrexit.
vt h̄ in thēate. ⁊ Luc. xxiiij. Surrexit dn̄s
vere. ⁊ de xp̄o d̄r in pš. Tu cognouiſti ſeſſio
nē meā et reſurrectionē. et officiū hodier
num īcipit. Reſurrexi ⁊ adhuc tecū ſum.
noueritꝫ ꝙ reſurrectio d̄r de ſurgo ſurgis
qd̄ cōpetit illi q̄ ꝓpria v̄tute. ſurgit. quaſi
ꝙ dicat: talis ſurrexit. ſ. ꝓpa v̄tute. ⁊ re
ſurgere d̄r de ſuſcito tas. qd̄ cōpetit illi q̄
alteriꝰ v̄tute ſurgit: vt dicat̄ de eo reſur-
git. i. ſuſcitatꝰ ab alio ſurgit. Qꝛ igitur in
xp̄o erāt due nature. ſ. diuina q̄ ꝓpa opa
tur virtute. et humana: que non oꝑatur
niſi v̄tute diuinitatꝫ: cū ſit inſtrm̄ ſibi cō
iunctū ſm damaſcenū: hic eſt ꝙ ſm pri
mā naturā. ſ. diuinam de xp̄o d̄r ſurrexit:
ſm aliā naturā. ſ. humanam de xp̄o d̄r re
ſurrexit. ad primū ſenſum. ſ. rōne diuini-
tatis loquit̄ thema de xp̄o dicens. Sur-
rexit nō eſt hic. Et pro aliquali forma ſer
monis debemꝰ notare ꝙ reſurrectio xp̄i
expectat quattuor que ſequūtur.

A Primo rationabiliter celebrata.
Scd̄o gratioſe manifeſtata.
Tertio malicioſe improbata.
Quarto infideliter denegata.

Prima pars.

¶ Dico primo ꝙ xp̄i re-
ſurrectio fuit rationabiliter celebrata.
Cum enim quicq̄d de deo tenemus et in-
telligimꝰ ſit per fidem et charitatem: que
ſunt v̄tutes theologice. q̄ immediate hn̄t
deū ꝓ obiecto ſm doctores: certū eſt ꝙ
xp̄i reſurrectio eſt obiectū adeq̄tum iſtaꝝ
v̄tutū. In reſurrectiōe xp̄i ↄfirmat̄ fides
nr̄a ſine q̄ nulla eſſet. vn̄ apl's. j. ad Cori.
xv. Si xp̄s non reſurrexit: nec nos reſur-
gemus. quomodo enim ſperat reſurgere
membrū niſi reſurgat caput? Secūdo in
reſurrectione xp̄i confirmat̄ charitas no
ſtra/ ⁊ dilectio nr̄a: quā habuimꝰ ad xp̄m
ſine q̄ reſurrectiōe infeliciſſimi fuiſſent q̄
oīa propter xp̄m reliquiſſent ſi mercedeꝫ
aliquā ab eo nō eſſent accepturi. vn̄ apl's
contra eos q̄ negant xp̄i reſurrectionem
vbi ſupra dic̄. Ergo qui dormierūt in xp̄o
perierunt. ſi in hac vita tm̄ in xp̄o ſperan
tes ſumus: miſerabiliores ſumus oībus
hoībus. Ratio eſt per reſurrectionē chri-
ſti ſperamus et nr̄aꝫ: in q̄ debēt boni pre
miari de bonis que hic fecerūt: qui nūq̄
fuerunt premiati: ſed ſemper habuerunt
mala: et mali debent puniri de malis q̄
hic fecerūt: quia hic nunq̄ habuerūt niſi
bonū. Pro tāto dicit Chryſoſtomꝰ ſuper
mattheum contra illos qui dicūt reſurre
ctionem non eſſe. In omī re aut actu vir
tus agēdi ſpes eſt futuri. qui enim arat:
arat vt metat. qui pugnat: pugnat vt vin
cat. tolle ſpem reſurrectionis et ſoluta eſt
omnis obſeruātia pietatis. hec ille. Ergo
⁊ ꝓpter nr̄am fidē/ ſpem/ amorē/ ſiue cha
ritatē: quā habemꝰ ad xp̄m ↄfirmandam
⁊ corroborandā: reſurrectio xp̄i fuit rōna
biliter celebrata. ꝓpter qd̄ dixit xp̄s Jo.
xj. Ego ſum reſurrectio et vita. nō ſolū. ſ.
formaliter: ſed ⁊ taliter ꝙ reſurrectio xp̄i
erit cā reſurrectionis alioꝝ. ſequit̄. Qui
credit in me etiā ſi mortuꝰ fuerit viuet: ⁊
oīs q̄ viuit et credit ī me nō morieť ī eter
nū. Propter que oīa ↄcludit apl's. j. Coꝝ
xv. Xp̄s ſurrexit a mortuis primitie dor-
mientiū: qm̄ quidē ꝑ hoīem mors: et per
hoīeꝫ reſurrectio mortuoꝝ. Sꝫ ↄ h̄ ꝙ dic̄
primitie dormientiū. arguūt aliq̄ ex mo-
tiuo ſacre ſcripture: qm̄ helias ſuſcitauit
vnū mortuū. iij. Reg. xvij. Heliſeꝰ alium
iiij. Reg. iiij. et xp̄s puellā ī domo. Mat.
ix. Adoleſcentē in porta. Luc. vij. et laza-
rū quatriduanū. Joh. xj. Rn̄det ſanctꝰ
Tho. in. iij. parte. q. liij. ar. iij. dicēs ꝙ re-
ſurrectio eſt reparatio a morte ad vitam
q̄ triplex eſt. Prima in actu ſolū: cuꝫ quis

moꝛtuus actualiter reſurgit ad vitā. ⁊ lo-
quēdo de iſto mō xp̄s nō reſurrexit a moꝛ
tuis pꝛimitie doꝛmientiū: ſed de quib⁹ di
ctū eſt. Scđa eſt reparatio a moꝛte in vi-
tā ⁊ a neceſſitate moꝛiēdi. Tertio mō etiā
a poſſibilitate moꝛiēdi. ⁊ ſic iſtis duobus
modis vltimis xp̄s ſurrexit a moꝛtuis ⁊c̄.
ſi em̄ ſicut dicit tex. euangelij Mat. xxvij.
in paſſione xp̄i multa coꝛpoꝛa ſctōꝝ q̄ doꝛ
mierūt ſurrexerūt. hoc fuit cū neceſſitate
moꝛiēdi: vt ponit Aug. in li. de mirabi. ſa
cre ſcripture. circa fi. lib. Veriſimile tn̄ eſt
ꝙ illi q̄ ſurrexerūt cū xp̄o fuerunt ibi: vel
eoꝝ aliqui q̄ enumerātur ab ap̄lo ad He-
bꝛe. xj. vt abꝛaā: dauid: ⁊ multi alij. vn̄ de
abꝛaā quedā glo. dic̄ ſup Gen̄. c. xxv. Ma
gne cure fuit ſanctis patribus ꝙ ſepelirē
tur in terra ꝓmiſſionis / ſperantes ꝙ xp̄o
reſurgēte reſurgerēt. ⁊ cām de iſtis patri-
bus ſubiūgit in fine cap̄. dicēs. Hi oēs te
ſtimonio fidei ꝓbati nō acceperūt repꝛo-
miſſionē deo ꝓ nobis meli⁹ ꝓuidente: ne
ſine nobis cōſummarētur. Si contra hoc
obijcit̄ qm̄ ſm̄ ap̄lm / ſtatutū eſt hoīb⁹ ſe
mel moꝛi. qꝛ igit̄ iſti patres: de quibus dꝛ
ꝙ ſurrexerūt cū xp̄o: iterum moꝛtui ſunt.
Rn̄deo ſtatutū eſt ⁊c̄. verū eſt cū pena: ſed
ſine pena multotiēs q̄s pōt moꝛi: ſicut pꝫ
de puero ab heliſeo ſuſcitato q̄ fuit ionas
q̄ poſtea moꝛtu⁹ eſt: imō petiuit aīe ſue vt
moꝛeret̄. Jone. iiij. Itē pꝫ de lazaro a xp̄o
ſuſcitato: qui poſt aſcēſionē dn̄i multo tē
poꝛe vixit ⁊ poſtea moꝛtuus eſt: ⁊ de mul-
tis. Ptꝫ igit̄ ex oībus his ꝙ ꝓpter cōfir-
mationem fidei / ſpei / ⁊ charitatis nr̄e xp̄i
reſurrectio fuit rōnabiliter celebꝛata: qꝛ
fuit pꝛimum pꝛincipale ſermonis.

Secunda pars.

¶ Dixi ſecūdo pꝛincipa-

liter ꝙ xp̄i reſurrectio fuit gratioſe mani-
feſtata. Licet hodie xp̄s quiquies mani-
feſtauit reſurrectionē ſuā: ſpecialr̄ tn̄ pꝛo
nr̄a fide ⁊ deuotione inſtruēda moꝛaliter
manifeſtauit ſe hodie trib⁹ ꝑſonis glorio
ſis. Pꝛimo virgini marie mitiſſime ꝓpter
tria. Pꝛimo rōne honoꝛis q̄ ſue matri de-
bebat̄. Ipſa mr̄ xp̄i ſup oēs matres eſt et
dignitate: qꝛ mater dei eſt: ⁊ natura quia
quicq̄d cōpetit xp̄o de humanitate: totū
habuit ab ea. nō ſic de alijs matrib⁹: ideo
ſuper oēs matres debuit honoꝛari. Scri-
ptū eſt em̄ Eccli. vij. Honoꝛa patrē tuū: et
gemitus matris tue ne obliuiſcaris. Se-
cūdo rōne fidei nō perdite. Ap̄li ⁊ xp̄i di-
ſcipuli in paſſione oēs perdiderūt fidē: ⁊
in ſola virgine remanſit: iō ſpecialius ſibi
debuit xp̄s in reſurrectione apparere: qꝛ
ſcribit̄ Sap̄. j. Inuenit̄ ab his qui nō tē-
tant illū: apparet aūt eis qui fidē habent
in illū. Tertio ꝓpter ſuū amoꝛē intēſum:
qui em̄ intenſe et ardēter amāt deū: deus
eis apparet: et ſe manifeſtat. Joh. xiiij. in
quit xp̄s. Qui diligit me diligetur a patre
meo. Et ego diligā eum et manifeſtabo ei
meip̄m. Scđo apparuit ⁊ manifeſtauit ſe
hodie mulierib⁹ venietibus ad monumē
tū: inter quas ſpecialr̄ marie magdalene.
Mat. vlti. Tertio apparuit et manifeſta-
uit ſe diſcipul: ⁊ ſpecialr̄ petro Lu. xxiiij.
Surrexit dn̄s vere ⁊ apparuit ſimoni. In
his tribus apparitionib⁹ / ⁊ manifeſtatio
nibus habemus iſtud documentū moꝛa-
le: ꝙ cū xp̄s reſurrexerit hodie in gloꝛia: ⁊
apparuerit pꝛīo marie virgini: ſcđo mulie
rib⁹ ſpecialr̄ marie magdalene: tertio di-
ſcipulis ſpecialr̄ petro. ita xp̄s in glīa pa
radiſi apparebit ⁊ manifeſtabit ſe innocē
tibus: q̄ ſignificant̄ ꝑ mariā virginē. ſcđo
penitētibus: qui per mulieres ⁊ ſpeciali-
ter per magdalenā. tertio obediētibus: q̄
per diſcipulos ⁊ ſpecialiter ꝑ petrum et ſi
monē q̄ interpꝛetat̄ obediens. Totū iſtud
documentū moꝛale extrahit̄ a dictis ap̄li
ad Coloſ. in. c. iij. Moꝛtui em̄ eſtis ⁊ vita
veſtra abſcondita eſt cū xp̄o in deo: cū au
tē xp̄s apparuerit vita veſtra: tunc ⁊ vos
apparebitis cum ipſo in gloꝛia.

Tertia pars.

¶ Dixi tertio pꝛincipali

ter ꝙ xp̄i reſurrectio fuit malicioſe impꝛo
bata: ⁊ hoc. ſ. ꝑ hereticos. Pꝛo quo notā-
dū ꝙ heretici aſtuti ⁊ malicioſi impꝛoba-
uerūt xp̄i reſurrectionem ex textu euange
lij in duobus.

Pꝛimo ex mala punctuatione.
Scđo ex mala computatione.

¶ Pꝛimo impꝛobant reſurrectionē xp̄i ex
mala pūctuatione textus. vn̄ in euāgelio
hodierno habet̄ / ꝙ mulierib⁹ q̄ hodie ve
nerūt ad monumentū: dixit angelus quē
viderāt in dextris monumēti ſedentē. Je
ſum queritis nazarenū crucifixum: nō eſt
hic. Ipſi heretici iſtū textū pūctuāt ſic. ſ.
ꝙ angel⁹ dixit. Jeſum queritis nazarenū

crucifixū. ⁊ mulieres ſubiūxerūt. ſurrexit.
et angel⁹ rn̄dit. Nō. ⁊ mulieres replicaue
rūt. eſt hic coꝛpus ei⁹ vel alibi aſpoꝛtatū.
vn̄ cōcludūt heretici ꝙ ex iſto textu ī quo
cōtinent̄ interrogationes / ⁊ angeli reſpō
ſiones nō habet̄ ꝙ xp̄s reſurrexit: imo to
tū cōtrariū. ſ. ꝙ nō ſurrexit. Sꝫ ꝙ̄ mala ⁊
falſa ſit iſta text⁹ expoſitio ⁊ falſa punctua
tio: ⁊ ꝙ ex textu ſequit̄ xp̄i reſurrectio. pꝫ:
qꝛ ſequit̄ ī textu: qꝛ dixit idē angel⁹ mulie
rib⁹. Ite dicite diſcipulis ei⁹ ⁊ petro quia
ibi eū videbitis: qꝛ pꝛecedet vos ī galileā
ſicut dixit vobis.

¶ Scđo īpꝛobant heretici xp̄i reſurrectio
nē ex mala cōputatione. nā ⁊ articulus fi
dei habet: ⁊ ꝑ totū euāgeliū ſcriptū eſt: ꝙ
xp̄s tertia die a paſſiōe ſua reſurrexit. tūc
ipſi arguunt ſic. Oīs dies vel eſt artificia
lis ꝯtinēs. xij. hoꝛas: vel naturalis. xxiiij.
hoꝛas cōtinens. de qualicunq̄ʒ die loqua
mur nō eſt verum / ꝙ xp̄s reſurrexit tertia
die: vt pꝫ numerādo ab hac hoꝛa nona fe
rie. vj. preterite: in qua moꝛtu⁹ eſt: vſq̄ʒ ad
pꝛimā hoꝛā hui⁹ diei pꝛeſentis: in qua re-
ſurrexit. nō igit̄ eſt verū ꝙ tertia die reſur
rexit. Pꝛo rn̄ſione ad iſtā obiectionē ſcien
dū ꝙ duo ſunt ſymboli fidei: in quib⁹ con
tinent̄ oēs articuli fidei catholice. In pꝛi
mo fides fundat̄ ⁊ eſt ſymbolū ap̄loꝝ. In
ſcđo eadē fides ⁊ nō alia declaratur: ⁊ eſt
ſymbolū patrū. Scđm ſymbolū. ſ. patrū
non fuit de neceſſitate fidei quoad eſſen-
tiā: qꝛ tota fides ſufficiēter cōtinet̄ in ſym
bolo ap̄loꝝ: ſꝫ fuit de neceſſitate fidei quo
ad ei⁹ declarationē. et hoc ꝓpter hereſes
inſurgēdas ꝯ fidē ſm̄ ꝙ dicit btūs Tho.
in. ij. ij. q. j. ar. vn̄ in ſymbolo patrū nō
ponit̄ aliq̄d. nec addit̄ niſi ꝓpter declara
tionē fidei in illis articulis: ꝯ quos inſur
git erroꝛ aliq̄s vel hereſis. exemplū in ſym
bolo ap̄loꝝ dꝛ. Credo in deū. ⁊ qꝛ ponen-
tes plures deos dicebāt ꝙ non faciebant
cōtra pꝛimū articulū: qꝛ quilibet dicebat
ſe credere in deū. Ideo ꝯ eoꝛū erroꝛes pa-
tres poſuerūt in iſto articulo magis expli
cite fidē declarādo. Credo ī vnū deū. ⁊ ſic
de alijs articulis contra q̄s erroꝛ aliq̄s in
ſurgit ſemꝑ addiderunt aliquid ꝓ maioꝛi
fidei declaratione. Et noueritis ꝙ articu
lus de deſcēſu ad inferos ponit̄ in ſymbo
lo ap̄loꝝ. et mirū eſt ꝙ nulla de eo mētio
fit in ſymbolo patrū. Cauſa eſt dicit ſctūs
Tho. in. ij. ij. qꝛ cōtra iſtū articulū nūq̄ʒ er
roꝛ aliquis inſurrexit. Secūdo ad noſtrū
ꝓpoſitū in ſymbolo ap̄loꝝ ponit̄. Tertia
die reſurrexit a moꝛtuis. ⁊ non plus. et qꝛ
inſurrexit cōtra iſtū articulū erroꝛ ex com
putatione dierū: de quo erroꝛe dictū eſt:
ideo ꝓ maioꝛi declaratione iſtius articuli
ponit̄ in ſymbolo patrū ⁊ addit̄. ſm̄ ſcri-
pturas. Sed adhuc obijciunt heretici di.
Videamus vbi ſunt iſte ſcripture. non in
nouo teſtamento: quia nō recipiūtur a iu
deis: qui negāt xp̄i reſurrectionē: opꝫ igi-
tur dare ſcripturā de veteri teſtamēto: qꝛ
aliqua alia nō habet̄: niſi illa Oſee. vj. Vi
uificabit nos poſt duos dies: et in tertia
die ſuſcitabit nos. ⁊ quantūcunq̄ʒ ibi ſm̄
vnā regulā de modo exponendi ſacrā ſcri
pturā loquant̄ ibi mēbꝛa ꝓ capite: tn̄ ad-
huc eadē reſtat difficultas de dieb⁹ natu-
ralibus vel artificialib⁹ iā pꝛedicta. Pꝛo
tāto reſpōdēt aliter / ⁊ finaliter doctoꝛes:
ꝙ ly ſm̄ / nō determinat aliquam vel ali-
quas ſcripturas: ſed ſolū modū loquendi
ſcripturarū ꝑ ſinecdochē: que accipit par
tē ꝓ toto: ⁊ tūc habet veritatē ꝙ ſurrexit
tertia die: ſumēdo partē vltimā ferie. vj. ⁊
totū ſabbatū / et partē diei hodierne / pꝛi-
mā. ſ. in ſolis oꝛtu: in qua hoꝛa reſurrexit:
et hoc eſt qđ dꝛ in euangelio hodierno / ꝙ
maria magdalene ⁊ iacobi et ſalome eme
rūt aromata vt veniētes vngerēt ieſum.
Et valde mane vna ſabbatoꝝ venerūt ad
monumētū oꝛto iam ſole. Eſt queſtio hic
iſte ſancte mulieres venerūt ad vngendū
ieſum in ſepulcro: querit̄ quid fuit factū
de iſto vnguēto. Ratio querēdi eſt iſta. le
gimus ꝙ tria vnguēta fuerunt parata ꝓ
ieſu. Pꝛimū per magdalenā in ſua cōuer-
ſione quando lachꝛymis cepit rigare pe-
des eius et vnguento vngebat. Luce. vij.
de iſto vnguento ſcimus quid factū eſt: qꝛ
magdalena de eo vnxit pedes ieſu. Secū
dum vnguentū fuit ſibi exhibitū per ean-
dem magdalenā ante eius paſſionē in be
thania ī domo ſimonis lepꝛoſi. Matth.
xxvj. et de iſto vnguēto ſcimus quid factū
eſt: qꝛ dicit text⁹ ꝙ magdalena effudit ſu-
per caput ipſius recumbentis. Tertiū vn
guentum fuit per iſtas ſanctas mulieres
ad vngendū xp̄i coꝛpus moꝛtuū in ſepul-
cro paratum et emptū: ſed nō exhibitum.
qꝛ iam reſurrexerat. quid igitur de iſto vn
guento fuit factū. Reſpondet ad hoc Ber
nar. ſuper cātica moꝛaliter et dicit ꝙ pꝛi-

nũ vnguentũ ſignificat vnguentũ ꝯtritio
nis peccatoꝝ: qḋ xp̃o eſt exhibendũ cũ la=
chrymis vt fecit magdalena. Secũdũ vn=
guẽtũ ſignificat cognitiones pctõꝝ: q̃ de
ſcendũt a deo capitaliter et principaliter
qḋ xp̃o eſt exhibendũ ſicut magdalena fe=
cit qñ effudit vnguẽtũ ſuper caput ipſius
recũbentis. Tertiũ vnguentũ iſtarum ſan
ctarũ mulierũ ſignificat vnguentũ cõpaſ=
ſionis miſeroꝝ: quod xp̃s noluit exhiberi
corpori ſuo mortuo: vt exhiberetur viuo.
ſcꝫ pauperibꝰ et miſeris qui ſunt de corpo
re ſuo myſtico. ecce quãtum ipſe per mor=
tem ſuam viuificauit. hec Bernar.

Quarta pars:

¶ Dixi quarto principa=
liter ꝙ xp̃i reſurrectio fuit infideliter de=
negata. Infideliter denegatur xp̃i reſurre
ctio ⁊ alioꝝ oĩm reſurrectio. gñaliter que
erit in fine mundi: que ſub articulis fidei
cadit: a multis hereticis et pħis et malis
xp̃ianis. Primi heretici qui negarũt arti=
culũ reſurrectionis fuerunt ſaducei: q̃ cre
diderũt xp̃o concludere per exẽplũ de mu
liere que habuit ſeptem viros fratres: vt
habet Mat. xxij. quibus dixit. Erratis ne
ſciẽtes ſcripturas et virtutẽ dei. ſcriptum
enĩ eſt Exo. iij. Ego ſum deus abraã: deus
yſaac et deus iacob. nõ eſt deus mortuoꝝ
inquit xp̃s: ſed viuentiũ. Patꝫ per hoc qꝛ
creature ad deũ eſt relatio realis: ex parte
tñ dei ad creaturã eſt relatio rõnis. tñ iſta
ſit tẽporalis que non poteſt fundari in re
que non eſt ſicut eſt homo mortuus: et ſic
deus nõ eſt deus mortuoꝝ: et ſic ſequitur
ꝙ abraã et yſaac et iacob nõ erãt mortui.
Iſtud non poterat habere veritatem ẜm
corpus: ꝙ qñ iſta verba dixit deus moyſi
diu erat ꝙ erãt mortui. Scḋo hꝫ verũ ẜm
aĩam: et ſic aĩa non peribat: cuius oppoſi
tũ ſaducei negabant. ⁊ iſta erat tota cau=
ſa que eos mouebat ad negandũ reſurre=
ctionẽ. Erratis igiť neſciẽtes ſcripturas.
dicit ſaduceis rñdendo. Scḋo erratis ne
ſcientes veritatem dei. q. d. virtus dei ho
mines a morte poteſt ſuſcitare: et hoc di=
cit ſcriptura: igitur reſurrectionẽ nõ debe
tis negare. Scḋm iam probatũ eſt ꝓpter
primũ de virtute dei: qꝛ virtus dei potuit
creare mundũ de nihilo: igitur virtus dei
poteſt facere ꝙ ſit hoĩm reſurrectio. patꝫ
cõſequẽtia: qꝛ ẜm Greg. minus deo eſt re
parare quod erat: ꝙ feciſſe quod nõ erat.
Tertio dixit xp̃s ſaduceis reſpondẽdo ad
illud. Cuiꝰ erit vxor? In reſurrectiõe neqꝫ
nubent: neqꝫ nubẽtur. qꝛ matrimoniũ nõ
eſt niſi pro conſeruatione ſpeciei: nõ indi
uidui: qꝛ corrũpitur: ſed ibi cõſeruabitur
indiuiduũ. igitur nõ erit ibi matrimoniũ
ſcḋo matrimoniũ eſt in remediũ aliquoꝝ
qui aliter faciẽdo peccarẽt. in celo ẜo non
poſſunt peccare. Secũdo aliqui pħi dene
gãt articulum reſurrectionis per illud qḋ
pħs ait in poſtpredicamentis. ꝙ impoſſi
bile eſt ꝙ a priuatione in habitum fiat re
greſſus: lꝫ econtra ſit poſſibile: vt pꝫ de vi
ſu et cecitate. et ptꝫ etiã: qꝛ natura nititur
conſeruare illud qḋ corrũpitur: idẽ in ſpe
cie: qꝛ nõ reparat illud idẽ numero: ſed cõ
ſeruat: qꝛ nõ põt reparare indiuiduũ. iſto
modo conſeruat patrẽ in filio: qꝛ non põt
cõſeruare patrẽ. Ad iſtud rñdeo ꝙ illa re=
gula Ariſto. habet verum virtute nature:
dei aũt virtute a priuatione in habitũ poſ
ſibilis eſt regreſſus: de quo aliquale exem
plũ poſſumus habere in natura. vñ btũs
Greg. xiiij. lib. moraľ. ſuper illo Iob. xix.
Scio ꝙ redẽptor meus viuit: ⁊ in nouiſſi
mo die ⁊c. cõtra iſtos dicit ſic. Sũt nõnul
li qui conſiderantes ꝙ ſpũs a carne ſolui
tur: caro in putredinem vertitur: ꝙ putre
do in puluerẽ redigitur: ꝙ puluis in ele=
mentis ſoluitur: vt nequaꝙ̃ ab humanis
oculis videatur: reſurrectionẽ fieri poſſe
deſperant: et dum arida oſſa inſpiciunt:
hec veſtiri carnibus / reuerſumqꝫ ad vitã
virides eſſe poſſe diffidunt: qui ſi reſurre=
ctionis fidem ex obediẽtia nõ tenẽt: certe
hanc tenere ex rõne debuerunt. Quid enĩ
quotidie niſi reſurrectionẽ noſtram in ele
mentis ſuis cũ mundus mutatur. cõſide=
ramus paruũ cuiuſlibet arboris ſemẽ qḋ
in terra iacitur vt arbor ex illa ꝓducať: et
cõprehẽdamus ſi poſſumus: vbi in illa tã
ta breuitate ſui ſeminis: tã immẽſa arbor
latuit que ex illa proceſſit: vbi lignũ: vbi
cortex: vbi viriditas filioꝝ: vbi vbertas fru
ctuũ: nũquid natura in ſemine aliquid vi
debatur cũ in terra iaceretur: ⁊ tñ occulto
rerũ opifice cũcta mirabiliter ordinãte: et
in mollicie ſeminis latuit aſperitas corti=
cis: et in teneritudine illius abſcõdita eſt
fortitudo roboris: et in ſiccitate eiꝰ vber=
tas fructificatiõis. Quid igitur mirũ ſi te
nuiſſimũ puluerẽ ab noſtris oculis in ele

mentis redactũ: cum deus vult in hoĩem
reformat: qui ex tenuiſſimis ſeminibꝰ im=
menſa arbuſta reintegrauit. hec Grego.
Scḋo iſtis pħis rñdeo qñ dicunt ꝙ a pri=
uatione in habitũ nulla redeãt / negauit
plato / lꝫ falſe. qui poſuit annũ magnum
ſcꝫ triginta miliũ annoꝝ: in quo anno po=
ſuit reſurrectionẽ earũdem rerũ oĩm fuiſ=
ſe in illo anno: ⁊ fore per infinita tempoꝝ
temporaliũ rerũ repetita volumina mul=
tis prolixis interuallis. ſ. triginta milium
annoꝝ. vnde athenis docuit ſcholam aca
demicam ⁊ eũdem platonẽ ⁊ eoſdem diſci
pulos repetita fuiſſe infinities per infini
ta ſecula repetẽda vt Aug. introdu. xij. de
ciuita. dei. ad qḋ referri voluit qḋ Eccs. j.
ſcribiť. Quid eſt qḋ fuit? Ipm quod futu
rum eſt. Quid eſt qḋ factũ eſt? Ipm quod
faciendũ eſt. vt Aug. ibidẽ declarat. ⁊ Ari
ſto. in fine de generatione ⁊ corruptione.
Hoc idẽ dicit Augu. contra predictã ſectã
loquens. Ecce ꝙ plato negauit illã maio
rẽ: a priuatione in habitũ impoſſibilis eſt
regreſſus. tñ qꝛ iſtũ regreſſum poſuit vir=
tute nature fiendũ et non virtute diuina:
qꝛ in modo iſtius regreſſus poſuit mundi
eternitatem: qḋ eſt contra fidẽ catholicã /
et ſanctam ſcripturã: ideo poſitio ſua fal=
ſa et erronea a doctoribꝰ catholicis repu
tatur. vnde pꝫ ꝙ virtute diuina xp̃s reſur
rexit: ⁊ erit reſurrectio vniuerſalis oĩm: lꝫ
corpus humanũ in pulueribus ac cineri=
bus ſit redactũ. Hec reſurrectio lꝫ erit vir
tute diuina: tñ de ea habemꝰ exemplũ in
phenice que ẽ auis arabie: de qua narrat
Solinus ꝙ cũ videt ſe ſenuiſſe collectis
areſcentibus virgulis: rogum inſtruit: et
cõuerſa ad radium ſolis alarum applau=
ſu incendium ſibi nutrit: fitqꝫ incenſa ⁊ in
puluerem redacta: iterum de cineribus ſi
milis ſibi reſurgit. In quo datur exẽpluꝫ
nobis manifeſtũ future reſurrectionis no
ſtre de puluere noſtro: lꝫ nõ ſit omnino ſi=
mile: quia nos ijdẽ reſurgemus numero:
illa phenix non: niſi ꝙ alia ex ꝓprijs pul=
ueribus eadem ſpecie generatur. Tertio
mali chriſtiani negant articulum reſurre=
ctionis: quia lꝫ ſe credere dicãt in ſymbo=
lo: ⁊ cõfiteantur dicẽtes. Expecto reſurre
ctionem mortuorum et vitam futuri ſecu
li. tamen et fides eoꝝ ſine operibus mor=
tua eſt: carnaliter et delitioſe viuentes: ⁊
in hoc mũdo et rebus mundanis felicita
tem ponentes: et benedictionem ſiniſtre
que in huiuſmodi bonis conſiſtit: et bene
dictionẽ dextre que conſiſtit in bonis gra
tie et glorie non curantes: ſolummodo cõ
tenti: beatitudinem anime et corporis in
futuro non expectant. De iſtis dicit Ber=
nardus ſuper cãtica. Peccator bonis pre
ſentibus non modo detentus: ſed et con=
tẽtus: nihil in futurum expectat. ſurdus
ad vocem iſtam. Expecta me dicit domi=
nus in die reſurrectiõis mee in futurum.
Iſti ſunt ſimiles filijs ruben ⁊ gad: qui di
xerunt ad moyſen. Nihil querimus trans
iordanem: quia iam habemus in orienta
li plaga poſſeſſionem noſtram. Numeri
xxxij. Trans iordanem erat terra promiſ=
ſionis que ſignificat paradiſum: ſꝫ iſti ni=
hil querunt ibi: quia contenti ſunt poſſeſ
ſione quam habent in hoc mundo vbi na
ti ſunt. Dicunt tamen in primis Sapien=
tie. ij. Fruamur bonis que in terra ſunt:
quoniã hec eſt pars noſtra: et hec eſt ſors
noſtra. Patet igitur ꝙ chriſti reſurrectio
fuit hodie: et articulus reſurrectionis ra=
tionabiliter celebratus: gratioſe manife=
ſtatus: malicioſe improbatus: infideliter
denegatus: vnde cõcluditur veritas the
matis de chriſto ſaluatore noſtro hodie a
morte ſuſcitato. Surrexit non eſt hic. Ex
plicit ſermo. Deo gratias.

¶ Dominica in octauis paſche vel in al=
bis. Sermo. j.

Vincit mundũ fi
des nr̃a. j. Ioħ. v. ⁊ in epľa
hodierna. Honorabiles dñi
videmus in naturalibus ꝙ
ex ſimilitudine ⁊ cõtrarieta
te rerum naſcitur pugna ex predominio ⁊
pre poteſtate vnius ꝯtrarij ſup aliud / ſequiť
victoria. vnde ẜm Aug. de ciuita. dei. xix.
Victoria nihil aliud eſt ꝙ ſubiectio repu
gnãtiũ. Et ſicut videmus in naturalibus:
ſic ſuo modo ĩ moralibus ⁊ ſpiritualibus
contemplamur. Ex diuerſitate et cõtrarie
tate inter virtutes et vitia etiam a princi
pio mũdi / ſemper fuit pugna: que ſtatim
incepit in cayn cõtra abel: inter bonos et
malos: inter ſanctos ⁊ tyrãnos: inter mũ
dum et ſuos contẽnẽtes chriſtum ⁊ ſuos
martyres. vnde dixit xp̃s ſuis militibus:

et qui futuri erant de ſuo exercitu ⁊ acie
cõtra mundũ/ oſtendẽdo diſſimilitudinẽ
⁊ pugnã inter bonos et malos ꝓpter qd
dixit eis xp̃s vt dicit̃ Joh.xv. Si mũdus
vos odit: ſcitote q; me priorẽ vobis odio
habuit. Si de mũdo fuiſſetis.i. de exerci
tu ⁊ acie ſua/mũdus quod ſuũ erat dili-
geret. Quia vo de mũdo nõ eſtis ſed ego
elegi vos de mũdo: ꝓpterea odit vos mũ
dus.i.pugnat contra vos. Chriſti marty-
res fuerũt de exercitu xp̃i contra mundũ:
contra eũ preliati ſunt ꝓ xp̃i fide: mũduz
ſubiugarũt: ⁊ in laudẽ ipſoruz dicit the-
ma. Vincit mundũ fides noſtra. In iſto
themate martyres ⁊ ſancti laudant̃.
Primo de gl'ia quã acq̃ſiuerũt vñ dr̃. vi
cit. Pugnãtes naturaliter appetũt victo
riam. Eſa.ix. Exultãt victores capta pre-
da qñ diuidunt ſpolia. Judicũ.vij. Dedit
dñs victoriã populo iſrael. ⁊ Judith.xvj.
Oĩs populus poſt victoriã/ venit in hie-
ruſalem adorare dñm. ⁊ ibidez. Per tres
mẽſes gaudiũ huius victorie celebratum
eſt cum Judith.
Scđo de inimico quẽ vicerũt. mundum.
Quilibet eoꝝ dixit cũ ap̃lo illud ad Gal.
vj. Mihi mũdus crucifixus eſt ⁊c.
Tertio de armis quibus vicerũt.ſ.fides
noſtra. Sancti per fidẽ vicerũt regna. ad
Hebre.xj. ⁊ que regnaꝰ illa ſciꝫ regna de
quibus Math.iiij. dicitur ꝙ diabolus
chriſto oſtẽdit õmnia regna mũdi. ¶ Bre
uiter ꝓcedẽdo in materia preſentis ſer-
monis erũt duo tractatꝰ iuxta duas par-
tes thematis principales.
Primꝰ de victoria habita ab aduerſario
cauteloſo ibi. vincit mundũ.
Secũdus tractatus de armis quibꝰ for-
tis inimicus eſt victus. ibi. fides noſtra.

Prima pars.

¶ Circa proceſſum pri-
mi tractatꝰ eſt ſciendũ ꝙ victoria contra
aliquẽ inimicũ in bello obtinet̃ ſi cõcur-
rant ibi tria: ⁊ hoc cõiter.
Primo exercitũ vigoroſuz de ſuo p̃ncipe
Secũdo dux ⁊ capitaneus animoſus ad
bellum prouocans.
Tertio premiũ glorioſum preparatũ be-
ne bellanti.
A ¶ Dico primo ꝙ obtinet̃ victoria in ali-
quo bello ꝑ magnam confidẽtiã de prin
cipe habẽte exercituz. Unde ſm ꝙ dicit
Juſtinus li.xij. in abbreuiatiõe trogi põ-
peij: victoria ĩ p̃lio maxime dependet ex
confidentia exercitus ad principẽ. ptꝫ de
alexandro: de quo legit̃ ꝙ eius exercitus
tantã in eo habuit fiduciã/ꝙ ipſo p̃ſente
inermes victoriam de inimicis ſperarẽt.
Iſtã fiduciã/vigoroſitatẽ/⁊ conſtantiam
narrat trogus põpeius de macedonibꝰ:
qui ſepe ab inimicis victi regẽ ſuũ par-
uulum ⁊ inhabilẽ ad bellũ portauerũt: et
tandẽ victores fuerũt: ⁊ tunc querentibꝰ
cauſam/dixerũt: ſcitote ꝙ nõ defuit ani-
mus: ſed dñs. maxime in duobus caſibꝰ/
confidentiã ſumit de duce p̃nte armatio
ipſius: ſed maxime vulneratio. Ad ꝓpo-
ſitum ſancti fuerũt de exercitu xp̃i in p̃lio
contra mundũ. de xp̃o em̃ eoruz duce ſcri
bitur Apoc.xix. ꝙ ſedebat ſuper equũ al-
bum ⁊ veſtitꝰ erat veſte aſperſa ſanguine:
⁊ exercitus celi ſequebant̃ eũ. Equus al-
bus fuit caro xp̃i ꝑ virginitatẽ ⁊ mundi-
ciam: ſed veſtis aſperſa ſanguine fuit eiꝰ
hũanitas paſſiõis ſanguine rubricata: ad
cuius ſanguinis aſpectũ martyres ad bel
lum ꝯtra inimicũ xp̃i: ſcꝫ mundũ ſumpſe
runt audaciã. vnde ſcribit̃.j. Macha.vj.
Elephantũ fortitudo ⁊ audacia ad oſten-
ſionem ſanguinis/vue ⁊ mori excitabant̃
⁊ ad prelium acuebãtur. Quanto magis
martyres ⁊ xp̃i milites ad oſtenſionẽ ſui
pricipis ſanguis xp̃i fuerũt ad p̃liũ ꝯ eiꝰ
inimicos cum audacia. In quoruz prelio
ſm Cyprianũ ꝙ̃ letus xp̃s affuit: ꝙ̃ libẽs
in talibus pugnauit ⁊ vicit/ conſertores
ſui nominis erexit ⁊ corroborauit. Nam
qui ſemel mortẽ vicit ꝓ nobis: ſemꝑ vin-
cit in nobis. ſm em̃ Bernardũ ſuꝑ cãtica
ſermone.lxvj. Deuotus miles non ſentit
ſua: cũ ſui ducis intuet̃ vulnera. vult be-
nignus dux deuoti militis vultũ/ ⁊ ocu-
los in ſua ſuſtolli vulnera: vt illiꝰ animuz
erigat: ⁊ exemplo ſui reddat ad tolerãtiaz
fortiorẽ. Sic beati martyres ex iſtiꝰ aſpe-
ctu vulnerũ xp̃i ad preliandũ contra mũ-
dum/ vidẽtes xp̃i ſui principis vulnera:
ſumpſerũt fiduciaz: ⁊ per crudele marty-
rium deſpecta preſentis vite luce: contẽ-
ptoq; ſuoꝝ corporũ cruciatu: ſeuiẽtẽ mũ
dum dei ꝓ amore vicerũt: ideo de ipſis ſe
quitur in textu ſepius allegato. Ipſi vice
runt ꝓpter ſanguinẽ agni. ptꝫ igitur pri-
mum per qd obtineat̃ in bello victoria.ſ.
per exercitũ vigoroſum ſui principis.

¶ Dixi ſcđo ꝙ obtinet̃ in bello victoria ꝑ
ducẽ et capitaneũ animoſum. Magnam
audaciã cõfert militibꝰ in bello ducis pre
ſentia: maiorẽ qñ vident eũ vulneratũ: et
aſpiciũt ad eius vulnera: ſꝫ maximam qñ
ſuo verbo viuo animat preliãtes: exprimẽ
do qualitatẽ fragilẽ: vel potẽtiam debilẽ
inimicoꝝ dicendo. nihil eſt. victi ſunt ini-
mici. Ita xp̃s animat ſuos martyres con
tra tyrãnos dicendo. Nolite timere eos q̃
occidũt corpus: ⁊ poſt hoc nõ habẽt quid
faciãt: ſed timete eũ q̃ poſtq̃ occiderit ha
bet poteſtatẽ mittere in gehennã. Mat.
x. ⁊ Luc.xij. Ita aĩat martyres ſuos ĩ pre-
lio cõtra mũdũ di. eis Joh.xvj. In mũdo
preſſurã habebitis: ſed confidite: ego vici
mũdũ. Ecce quid poſſet martyres ad pre-
liandũ contra mundũ terrere. In mundo
preſſuram habebitis: ſed ſummus capita
neus xp̃s aufert ab eoꝝ cordibus timorẽ:
et ad bellum eos ꝓuocat di. Cõfidite ego
vici mundũ. q.d. nõ debetis timere: quia
preliamini cũ victo: nõ cũ vincẽte. Vicit
mundũ xp̃s/ſubiugãdo carnalia per caſti
tatẽ/dimittẽdo ⁊ contẽnẽdo diuitias per
paupertatẽ: fugiẽdo honores ꝑ humilita
tẽ. Fuerunt em̃ diſcipuli humiles: nõ ſuꝑ
bi. caſti: nõ luxurioſi. pauperes: non diui
tes: egentes/anguſtiati/ afflicti q̃bus di-
gnus non erat mundus. ad Heb.xj. Iſta
tria ſunt arma mũdi cõtra milites xp̃i: et
nõ alia: de q̃bus dr̃.j. Joh.ij. Oẽ qd eſt in
mũdo cõcupiſcẽtia carnis eſt: ⁊ cõcupiſcẽ
tia oculoꝝ: ⁊ ſuperbia vite. Iſtius capita
nei ⁊ ducis exẽplo ⁊ verbo cõfortati beati
martyres/habuerũt victoriã de mũdo: ſci
entes ꝙ mũdus tranſit ⁊ ꝯcupiſcẽtia eiꝰ.
j. Joh.in.c.ij. Pro tãto de eis dr̃ in hym-
no martyrũ. Hi ſunt quos retinens mun
dus inhorruit: ipm nã ſterili flore per ari
dum ſpreuere penitus: teq; ſecuti ſunt rex
chriſte bone celitus.
¶ Dixi tertio ⁊ vltimo ꝙ obtinet̃ victoria
in aliquo bello ꝑ premiũ glorioſum. Om-
nis victor in qualibet lege ⁊ ſecta pro ſua
victoria reportat premiũ: dũ legitime cer
tauerit. Nã et q̃ certat in agone: nõ coro-
nabit̃ niſi legitime certauerit. inquit pau
lus.ij. ad Timoth.ij. Immo ⁊ tale p̃miũ
eſt intentũ a natura: q; q̃libet vult repor-
tare honorẽ de ſuo bono opere ⁊ labore. ⁊
iõ dicit Caſſiodorus lib.j. ep̃l'arũ. Tribu
ta eſt iuſtis laboribus cõpenſatio merito
rum: q; exprobata militia creditur etſi re-
munerata tranſit: athletã populis palma
deſignat eſſe victorẽ. ſudores bellicos ten
ta corona teſtat̃. Ex hoc antiq̃ ſtatuerunt
premiũ ⁊ honorẽ dandũ ꝓ triumpho: ſm
ꝙ dicit Valeriꝰ. et de quodã athleta mu-
to dicit Aulꝰ galliꝰ romanoꝝ hiſtoriogra-
phus: ꝙ q; priuabat̃ premio triũphali ex
ira ꝓrupit in vocẽ: et deinde locutus eſt.
Ad ꝓpoſitũ. ſi premia ꝓmittit ſuis victo
ribus mũdus: nonne ⁊ dabit premia ſuis
victoribus xp̃s? Aug. in ſermo. de marty-
ribus. Recolite regẽ martyrũ milites ſu-
os ſpecialibus armis inſtantẽ: bella mon
ſtrantẽ: ad victoriã promittentẽ premia ⁊
pollicẽtẽ. Et in hymno martyrũ. Que vox
que poterit lingua retexere ⁊c. De iſto pre
mio ⁊ corona certificati beati martyres di
cũt cũ ap̃l'o.ij. ad Timoth.j. Scio em̃ cui
credidi: ⁊ certus ſum. Bonũ certamen cer
taui: curſum ꝯſummaui: fidẽ ſeruaui. In
reliquo repoſita ẽ mihi corona iuſticie.ij.
Timoth.iiij. De mũdo victoriã habuerũt
nõne bene victoriã habuerũt: quos p̃mo
occidit mũdus: poſtea colit terra in qua
iacent eorum corpora. primo terra repu-
tauit martyres iniquos ⁊ malos nec ſan-
ctos nec bonos. prius terra reputauit da
cianũ imperatores Romanoꝝ dignos ho
nore ⁊ p̃mio: et martyres dignos pena et
ſupplicio. nunc terra maius feſtũ facit: ⁊
maiorem honorẽ prebet capiti vel digito
vnius ſancti: ꝙ̃ toti daciano. ⁊ Roma pe
tro ⁊ paulo: ꝙ̃ diocletiano ⁊ maximiano.
bñ igit̃ martyres vicerũt mũdũ: q; primo
eos interfecit mundus: poſtea eos hono-
rat totus mundus. Sed nos exẽplo iſtoꝝ
martyrũ ſi ſumꝰ de exercitu ⁊ militia xp̃i:
et ſi ſumus victores mundi/opꝫ videre: et
certe reperies ꝙ nõ: immo vincit nos mũ
dus. vñ eſt ſignũ ꝙ nos non ſumꝰ de exer
citu: nec de militia xp̃i. Etem̃ mũdus cõ-
tra nos pugnat.
Primo per fortitudinem vigoroſam. B
Secundo per arma periculoſa.
Tertio per cautelam fallacem.
¶ Dixi p̃mo ꝙ mũdus pugnat cõtra nos
per fortitudinẽ vigoroſam. ſm em̃ legem
platonicã (q̃ recitat̃.ij. Polit̃.) multũ cõ-
uenit fortitudini militũ/ꝙ ſint ãbidexte-
ri.ſ. ſiniſtra ⁊ dextra preliãtes: qd ꝯuenit
mundo: q̃ eſt fortis ⁊ audax miles: ⁊ iõ de
quocũq; xp̃i milite q̃ hꝫ preliari cõtra eũ:

ſcribiť Sap.iiij. Certamen forte dedit illi
vt vinceret. Itē arma qbꝰ mūdus pugnat
cōtra militē xpi: ſunt terribilia ⁊ valde pe
riculoſa. pugnat eñ cōtra milites xpi ma
nu ſiniſtra: ꝑ arma aduerſitatis. manu de
xtra: ꝑ arma ꝓſperitatis. O miles fortis
q: duabus manibus. o fortia eius arma:
q: fortuna ꝓſpera et aduerſa. ⁊ terribilio
ra et fortiora arma fortune ꝓſpere ꝙ ad-
uerſe: q: per ꝓſperitatē citius hō vinciť a
mūdo: ꝙ per aduerſitatē: q: vt dicit phs
in .iiij. Ethi. Nō niſi virtuoſi eſt bonas for
tunas ferre. Modo pauci vincūt mundū
ſuſtinēdo aduerſitatē ⁊ contēnēdo ꝓſpe-
ritatē: ſed oēs vincūtur a mūdo cōtenen-
do aduerſitatē: ⁊ amplectēdo ꝓſperitatē.
Iſtud preuidit dauid in ps. xc. dicens. Ca
dēt a latere tuo mille: ⁊ decem milia a dex
tris tuis. Ecce caſus hoīm qui vincuntur
a mūdo. vincit eñ mundus in preſenti: ⁊
facit eos cadere ad latus ſiniſtrū ſuū mil-
le: ⁊ ad dextrū. x. milia: ⁊ ſic plures ad dex
terā cadunt: ꝙ ad ſiniſtrā. Sed que eſt rō
ꝙ plures cadūt ad dexterā: q: decē milia:
ꝙ ad ſiniſtrā: q: nō niſi mille? Rūdet Ber
nar. ſuper ps. Qui habitat in adiutorio
altiſſimi. Ubi ꝑ dexterā intelligunť bona
ſpūalia: per ſiniſtrā bona tēporalia. et tūc
imaginať Bernar. ſic. Ubi maior aduerſa
rius: et minor ex aduerſo defenſa: ibi ma-
ior caſus eſt ⁊ ruina. Cū igiť mūdus plus
impugnet nos a dextris circa bona ſpūa-
lia: ꝙ a ſiniſtris circa bona tpalia. et econ
tra nos minus defendamꝰ ſpūalia ꝙ tem
poralia: et ideo nō mirū ſi in bello ⁊ victo
ria quā obtinet cōtra nos mūdus: plures
cadāt a dextris ꝙ a ſiniſtris. Quis enim
modo nō defendit magis tēporalia ꝙ ſpi
ritualia? Nō inuenietis modo ī ſtatu pre
ſenti in mūdo: nec prelatum: nec epm: nec
clericū: nec religioſum: nec principē: nec
militē: nec ciuē: nec officialē: nec miniſtra
lē: nec iudicē: nec laboratorē: nec rectorē:
qui nō curet magis tā de tpali ꝙ de ſpūa
li: ⁊ magis de ꝓprio / ꝙ de cōi. Quis mo-
do nō appetit fieri prelatꝰ? qs nō iuratꝰ?
quis nō apud regē ⁊ principē / et magnꝰ /
et honoratus? qs non in regno ⁊ ciuitati
bus / in officijs ⁊ gradibus ꝓmotus ⁊ di-
gnificatus? Ex hoc oēs volūt cōplacere: ⁊
nullus diſplicere. ⁊ ex hoc perdiť iuſticia:
q: perdiť amicitia. cōtra phm in .j. Ethi.
et Ciceronē in ꝓuerbijs. Exuit ꝑſonā iu-
dicis: qui veſtē induit amici. Perditur li-
bertas patrie: q: oēs curāt de deo cui pro
priū eſt: ⁊ nullus de cōi cui ꝓpriū deꝰ eſt.
Oēs volūt et deſiderāt ꝓſperitatē: ⁊ nul-
lus vult ſuſtinere modicū de aduerſitate.
et tales vincit mūdus: aliquos ꝑ aduerſi
tatē ⁊ ſiniſtrā manū / et paucos: q: nō niſi
mille. aliquos vincit ꝑ ꝓſperitatē ⁊ dexte
rā manū / ⁊ multos: q: decē milia. et ſic de
victoria mūdi / cōtra iſtos dr. Cadēt a late
re tuo mille: ⁊ decem milia a dextris tuis.
O iſti miſeri qui ſic vincūtur. Nōne eſſet
iſtis amodo melius. (Dicit Job. de ſom-
nio pharaonis) principi reſiſtendo ⁊ rēpu
blicā defendēdo ꝓ iuſticia vſqꝫ ad mortē
agonizare: ꝙ agoniā corporalis egritudi-
nis expectare. Quis (inqt) nō malit capi
freneſi: ꝙ freneſi exponere: iuſticie pluſꝙ
nature debitū reddere: vitam virtutibus
pluſꝙ vermibꝰ reſignare. Et certe immo:
ſꝫ nullus iſtoꝝ vult ſuſtinere aduerſitatē:
ſed ſemꝑ ſtudēt circa ꝓſperitatē. Nō fuit
talis xerſes phs inuētor ludi ſcacoꝝ: q re
gē crudeliſſimū de ſuis vitijs increpauit:
et ꝓ reipublice defenſione tāꝙ militē for
tiſſimū ſe oppoſuit: malens dicit Valeriꝰ
ſtatim per iuſticiā vitam finire: ꝙ eā lōgo
tpe ducere moribus infamatam. Similis
iſti fuit Theodorus cyreneus: q cū reſiſte-
ret regi liſimacho ⁊ iuberet eū crucifigi et
inſepultū dimittere: ſm ꝙ narrat Valeri
us lib. vj. ſibi fuit dictū. Terribilis ſit hec
crux purpuratis: mea quidē nihil intereſt
humi an ſublime putreſcā. Lucanus. Ce-
lo tegitur: qui non hꝫ vrnā. Modo nec in
eccl'ia: nec in regnis: nec in ciuitatibꝰ in-
ueniūtur tales hoīes: q: nō ſunt ſic homi
nes ſicut illi erāt. Modo impleť illud de-
cretū deoꝝ gentilium: de quo dicit Lactā
tius / ꝙ olim in ſacrificio deoꝝ offereban-
tur veri hoīes: ſed ꝓceſſu tpis nō niſi effi
gies hoīm. Olim erāt veri hoīes in regno
iſto: veri prelati: veri religioſi: veri ciues:
veri milites: ſꝫ modo nō niſi effigies eoꝝ.
Dic: ſic nullus vincit mūdū: ſed vincūtur
a mūdo: q: nullus vult habere modicum:
nec ſuſtinere de aduerſitate: ſed oēs intē-
dūt proſperitatē: ſic cadūt a latere dextro
mūdi decē milia: a ſiniſtro mille: q: ꝑ pro-
ſperitatē plures vincuntur ꝙ per aduerſi
tatē. et ideo dicit Boe. vt ponit et recitat
Johānes de ſomnio pharaonis. ꝙ pericu
loſior eſt fortuna ꝓſpera ꝙ aduerſa, nam

aduerſa premunit aduerſariū: ꝓſpera per
dit incautū. Audiuiſtis dñi fortitudinem
mundi. audiuiſtis eius arma periculoſa:
audiatis nunc eiꝰ ſubtiliſſimas cautelas.
Nā dicit Vegetius de re militari. ꝙ lici-
tum eſt in bello vti cautelis. Habet nāqꝫ
tres cautelas: ⁊ vtitur eis contra nos.
Prima cautela eſt liga.
Secunda ars.
Tertia ludus.
¶ Prima cautela. ſcꝫ liga fit cū illis q pñt
nocere aduerſario. Mūdus eñ inimicus
noſter / vidēs ꝙ diabolus ⁊ caro pñt noce
re hoī et cōtinue nocēt. nā caro preliať cō
tra hoīem per bellū ciuile. diabolus ꝑ bel
lū ſubtile. vñ dixit metricus. Me vexant
triplici certamine tres inimici. Serpens
antiquus: caro lubrica: mūdus iniquus.
Ideo diabolus facit ligā: ⁊ init fedus cō-
tra nos. et ſicut iudas cōtra xpm dedit ſi-
gnū: ita mūdus dat contra hoīem quē in
uadit iſtud ſignū di. Mat. xxvj. Quēcūqꝫ
oſculatus fuero ipe eſt tenete eū. O quot
et quantos oſculatur mūdus. quot ⁊ quā
tos amplexať rex: diligit iſtū: hꝫ eum cha
rū pro morte: illū dignificat: aliū exaltat:
nō confidas. iſta eſt cautela et liga quā fa
cit cōtra te cū inimicis tuis. Dicit franciſ
cus petrarcha in lib. dialogorū de amici-
tijs regis ⁊ de familia regis. Charus ſum
regi meo. Rūdeť. Periculoſior eſt auibus
inuitantis aucupis blanda modulatio ꝙ
vilior ſonitus deterrētis.
¶ Scđa cautela qua vtitur mundus con-
tra hoīes eſt ars. ſicut hiſtrio q ſtudet ali
quas artes et addiſcit vt decipiat hoīes.
Narratur de quodā hiſtrione ⁊ ponit ma
giſter Robertus holkot: ꝙ habebat equū
quē docuit multas artes: inter quas iſtā:
ꝙ qñ ſibi dicebatur: flectamus genua: ip-
ſe genua flectebat. quādo dicebatur: leua
te / leuabat. cōtigit ꝙ quidam furatus eſt
ſibi equum et receſſit cum eo: hiſtrio eum
inſecutus eſt: ⁊ cum veniret equus ad flu
uium magne aque ⁊ trāſiret: hiſtrio altis
vocibꝰ clamauit. Flectamus genua: equꝰ
audiens vocem dñi / genua flexit ⁊ equitā
tem ſuffocauit. et iterū clamauit ⁊ equus
natauit: ⁊ ad dñm reuerſus eſt. Iſte equꝰ
eſt honor mundanus quem furatur ambi
tioſus. vnde nec honores: nec diuitie: nec
delitie: nec opes ſufficiunt. clericus vult
epari, eps cardinalari, cardinalis papari,
ciuis militari. miles nobilitari. nobilis cō
mitari. et finaliter quilibet furatur equū
iſtū ab iſto hiſtrione. ſed caueāt ſibi: quia
docuit eū iſtam artē / ꝙ qñ trāſit aquā ali
cuius tribulationis vel perſecutionis ſta
tim dicit equo ſuo: flectamꝰ genua. ⁊ poſt
ea: leuate. ⁊ finalr ipſe in illo honore ſub
mergiť / et perdit honorē: ⁊ equus reuer-
titur ad dñm ſuū. Iſte eſt equꝰ de quo da
uid ps. xxxij. Fallax equꝰ ad ſalutē. Nā ſe-
pe vidiſtis milites contra quos mundus
vſus eſt iſta arte: qui primitus equitabāt
in magnis equis ⁊ in magnis pompis: ⁊
poſtea habuerūt ire pedites ⁊ cum ſotula
ribus ruptis. et multos tales certe audi-
uiſtis et vidiſtis.
¶ Tertia cautela qua vtiť mūdus ꝯtra ho
minē eſt ludus. Phs in .iij. Ethi. ⁊ in no-
no ponit triplex bonū. ſ. honeſtū / vtile / ⁊
delectabile. ⁊ dicit ludū eſſe de delectabi-
li. Iſta cautela vtiť mūdus ꝯ hoīem ludē
do cū eo: ⁊ ꝓponendo queqꝫ delectabilia
vt perdat eū et vincat. Et ſcitis quo ludo
cauteloſe vtiť mūdus ꝯ hoīem. illo. ſ. quo
Iſmael ludebat cū yſaac de quo Geñ. xxj.
dr: ꝙ ſara vidit Iſmael filiū ancille abrae
ſcꝫ agar egyptie ludentem cum yſaac filio
ſuo ⁊ filio libere: ⁊ īdignata dixit ad abra
am virū eius. Eijce ancillam et filiū eius.
Non enim erit heres filius ancille cum fi
lio meo yſaac. Sequiť in textu. Dure ac-
cepit hoc abraā pro filio ſuo. Cui dixit de
us. Non tibi videatur aſperum ſuper pue
ro et ancilla tua. Omnia que dixerit tibi
ſara: audi vocem eius. Iſtam hiſtoriā nar
rat apl's ad Gala. iiij. dicens. Scriptū eſt
eñ qm abraā duos filios habuit: vnū de
ancilla: ⁊ vnū de libera. Et quomodo tūc
qui ſm carnem natus eſt perſequebať eū
qui ſm ſpiritum: ita et nūc. Sed qd dicit
ſcriptura? Eijce ancillam ⁊c. nō erit heres
filiꝰ ancille ⁊c. In tota iſta hiſtoria / ⁊ iſto
textu / ſunt notāda per ordinem quattuor
pro noſtra inſtructione morali.
Primum Iſmael: per quem mūdus ſigni
ficatur. per yſaac quem ludum ludebat:
quia dicitur in textu / ꝙ ſara vidit Iſmael
filium ancille ludentem cum yſaac.
Secundum quare ſara vxor abrae de hoc
indignabatur: quia dicit textus. Indi-
gnata dixit ad virum ſuum. Eijce ancil-
lam et filium eius ⁊c. non erit heres fili-
us ancille ⁊c.

Tertium quare deus abrae ad cõplacendum vxori ſue ꝓuocabat.

Quartũ notabimus de ſentẽtia apoſtoli ſuꝑ hiſtoria declaranda ꝙ dicit: quomõ qui ſm carnem natus eſt ⁊c.

¶ Quantũ ad primũ ſciendũ ꝙ ſm ꝙ dicit magiſter hiſtoriarum: iſte ludus erat quẽ docebat eũ: imagines luteas facere: et eas pingere: ⁊ poſtea adorare: et ſic ad idolatriã ꝓuocabat eũ. Certe iſtũ ludũ ludit mũdus ↄ te: docet te facere imagineꝫ auaricie/ſuꝑbie/luxurie/ire/inuidie/gule/accidie/furti/⁊ latrocinij/diffamationis/⁊ falſi teſtimonij: et multoꝝ aliorum peccatoꝝ: et ea adorare/ et ſic idolatrare. Nam ſm ꝙ dicit Hieronymus ſuꝑ. pſ. lxxx. Non erit in te deꝰ recens: neqꝫ adorabis deũ alienũ. Quot vitia habemus: tot deos habemꝰ. Tu qui contẽnis alios et vis in honoribus et dignitatibꝰ alios ꝑcedere: facis imaginẽ ſuꝑbie et adoras eã. q̃ ↄgregat pecunias et triticũ: ⁊ ponit cariſtias: fac̃ imaginẽ auaricie ⁊ adorat. qui facit homicidia diffamans qͦd eſt homicidiũ politicuꝫ: facit imaginẽ inuidie et ire/et adorat eam. qui volunt comedere ſplendide ⁊ bibere: conſumũt q̃ habẽt et que non habent: faciũt imaginẽ gule ⁊ adorant eam. O quot ſunt de iſtis qui faciunt luxuriam: et non contẽti de propria vxore hñt amaſias: non vnã: ſed multas et meretrices. iſti faciũt imaginẽ luxurie et adorãt eaꝫ. dic de iſtis et de alijs fortiẽ increpando. Ecce q̃s qualis et q̃ malus et tã damnoſus ludus: quẽ ludit Iſmael ideſt mũdus ↄ te: qꝛ fac̃ te creaturas creatori ꝑponere et adorare. ⁊ ſic idolatrare.

¶ Quantũ ad ſcđm dicendũ ꝙ ſara vxor abrae videns ꝙ iſmael filius ancille/iſto modo ludebat cũ yſaac filio ſuo libero et legitimo: ĩdignata fuit et dixit abrae. Eijce ancillam ⁊c. Iſtud ſignificat ꝙ voluntas gratia informata: et ratio bene iudicans et non errãs q̃ eſt vxor: indignatur multũ de iſtis ludis tam dãnoſis et preiudicialibus intellectui. Modo ad nr̃m propoſitũ et ad litteram indignatur ſara vxor tua ꝙ filius ancille tue et meretricis ſpurius et ribaldus habeat de bonis domus tue/ et de ſubſtãtia tua: que iure hereditario ꝑtinet ad filiũ tuũ vl' ſuũ legitimũ ⁊ filias: ⁊ iõ dico tibi. Eijce ãcillã ⁊c. Et credis ꝙ nõ audit ſarã vxorẽ: certe audit eam: et hꝫ cõpaſſionẽ de ea: ⁊ exaudit eã: et indignatio eſt et querela ſua. Patꝫ in tex. qꝛ deꝰ dixit abrae. Non tibi videat̃ aſperũ ſuper puero ⁊ ancilla tua. Omnia q̃ dixerit tibi ſara audi vocẽ eius. Mirũ eſt (inquit Ambro.) ꝙ deus dixit ade: qꝛ obediſti voci vxorꝭ maledicta terra ĩ opere tuo. et hic dicit ↄriũ ad abraam dicẽs. Audi vocẽ vxoris tue. Cur tã varie? non mirũ: qꝛ vox vxoris ade ꝓuocauit eũ ad peccatũ. hic vox vxoris abrae vitauit peccatũ. Igit̃ tu qui habes vxorẽ et ancillã/ audi vocem vxoris tue: quia te reuocat a pctõ: qꝛ rationabil'r tibi loquitur ſuꝑ iniuria ⁊ ſacramẽto facto que obligat vos ad paria: quia loquit̃ ſuꝑ vnitate quam deſtruis: et de ſocietate politica quã vilipendis: q̃ ſuper oĩa deo ſunt placibilia. Eccli. xxv. In tribus placitũ eſt ſpũi meo q̃ ſunt ꝓbata corã deo et hoĩbus. Cõcordia fratrũ: et amor proximoꝝ: et vir ⁊ mulier bene ſibi conſentiẽtes. qꝛ rationabiliter conqueritur de his que das ancille et ſpurijs: que de iure hereditario ſibi pertinent: ⁊ ſuis et tuis filijs. ⁊ vere dicit tibi Eijce ancillam et filiũ eius. nõ enim erit heres ⁊c.

¶ Ultimo notãda eſt ſentẽtia apl'i ſuper iſta hiſtoria que eſt iſta. Quomõ tũc qui ſm carnẽ natus eſt ꝑſequebat̃ illum ⁊c. ita ⁊ nũc. Ubi nota ſm Augu. ꝙ illud qͦd in tex. dicit̃ ludus: hic đr per apl'm perſecutio. in quo datur innui et intelligi ꝙ plauſus mũdi/ſemꝑ ſunt tibi perſecutiones: et ꝓpter hͦ hic ludit tecũ vt decipiat te et ꝑſequat̃ te: ſicut cattus ludit cum mure. Ecce ergo q̃uo nos vincit mundus per fortitudinẽ vigoroſam: ꝑ armaturam periculoſam: et ꝑ cautelã doloſam.

Secũda pars.

Sed q̃d eſt hoc ꝙ nos

vincimur a mũdo: ⁊ bti martyres vincũt mũdũ vel vicerũt mundũ. cur tã varie (et eſt ſcđa ꝑs ſermonis). Rñ. cã eſt: qꝛ nos nõ habemꝰ illa arma q̃ habuerũt martyres ↄ mundũ. ſ. fidẽ: et iõ de eis đr in themate. vincit mũdũ fides nr̃a. Uera fides ⁊ firma credẽtia: quã habuerũt martyres vincit mũdũ: q̃m ſm ꝙ dicit beatꝰ Aug. in ſmone de btõ Uincẽtio. Duplicem artem ꝓducit mũdus ↄ milites xp̃i. blãdit̃ eñ vt decipiat. terret vt frãgat. ſequitur. Non te terreat ꝓpria volũtas: non te terreat crudelitas aliena: ⁊ victus eſt mundus. Iſtas duas artes mũdi. ſ. ꝓſperitas ꝑ quã blandit̃: ⁊ aduerſitas per quã terret: vincit v̄a fides martyrũ/et cuiuſlibet fidelis catholici propter duo. Primo q̃m fides ponit cor tuũ infirmũ magnũ ⁊ terribile: ⁊ ſic voluntatem tollit propriam. Tolle (inq̃t Bern.) in ſermone de ſepteꝫ leproſis. Tolle (inq̃t) volũtatẽ ꝓpriã: et infernꝰ non erit. In quẽ eñ ille ignis deſeuiet niſi in volũtatem ꝓpriã. Credatis mihi ꝙ oĩa quecũqꝫ fiunt in mundo: ſiue homicidia: ſiue latrocinia: ſiue periuria: ſiue auaricia: ſiue luxuria ⁊c. talia fiunt ꝑ volũtatem ꝓpriam. ⁊ nihil in inferno punitur: niſi volũtas propria: q̃ noluit cum volũtate dei eſſe cõmunis/qui propriam volũtatẽ vicẽdã oſtẽdit: q̃m prĩ dixit ĩ periculo mortis. nõ mea volũtas: ſed tua fiat. Uera fides ponit gaudiũ paradiſi ineſtimabile: et ſic facit ſuſtinere crudelitatem alienam. Quid ſanctis martyribꝰ de crudelitate aliena: q̃ ſciunt: qꝛ non ſunt condigne paſſiones huiꝰ tẽporis ad futurã gloriã. Ro. viij. ſic ↄſiderãdo gaudiũ paradiſi: ſuſtinet crudelitatẽ alienam: ſic vincit̃ mũdus: qꝛ ſm Augu. vbi. ſ. Nõ te terreat volũtas ꝓpria: nec te terreat volũtas aliena et victꝰ eſt mũdus. Sic martyres vicerunt mũdũ per fidẽ nil volendo ꝓpriũ: ſed ſuſtinendo ꝓ deo martyrium. Tu nõ vincis mũdũ: ſed vincerꝭ a mũdo. quare? qꝛ deficit tibi vera fides de xp̃o: ⁊ tñ dicis te xp̃ianũ: cũ nõ habeas fidẽ de xp̃o. vt dicit Iohẽs apl's vbi thema et bñ ad ꝓpoſitũ: et nota bene. Quis eſt q̃ vincit mundũ: niſi q̃ credit q̃m ieſus eſt filiꝰ dei? Tu nõ credis fide formata: ꝙ ieſus ẽ filiꝰ dei: iõ vinceris a mũdo: ⁊ nõ vincis mũdũ. Aug. in li. de agone xp̃iano. vbi ex ſnĩa Auguſtini arguo tibi ſic. Si tu credis ꝙ ihs eſt filiꝰ dei: ḡ credis ꝙ oĩs ꝑfectio in eo fuit: et oĩs imꝑfectio ab eo defuit in his q̃ facit: ⁊ in opibꝰ q̃ operatus eſt. ſed ipſe bñdictꝰ ieſus in hoc mundo ſemꝑ vitauit ꝓſperitatem: ⁊ ſuſtinuit aduerſitatẽ. ſequit̃ igit̃ ꝙ ſuſtinere aduerſitatẽ eſt ꝑfectiõis: ⁊ habere ꝓſperitatẽ eſt iꝑfectiõis. Sed tu facis totũ ↄtrium qꝛ ſemꝑ in hoc mũdo vis habere ꝓſperitatem: ⁊ nullo mõ aduerſitatẽ. igit̃ tu nõ credis per fidẽ verã et rectã formatam ꝙ ieſus eſt filius dei. Si ergo vincerꝭ a mũdo: ⁊ nõ vincis mundũ ne mirum: qꝛ deficiũt tibi arma martyrũ: qꝛ arma fuerunt fides vera et firma credẽtia de xp̃o ꝙ eſt filiꝰ dei. et illiꝰ exẽplo cõtẽpſerũt mundi ꝓſperitatẽ et ſuſtinuerũt eiꝰ aduerſitatẽ ideo de eis đr in themate. Uincit mũdũ fides nr̃a. Credatis honorabiles dñi ꝙ nõ alia de cã habet victoriã de nobis mũdus: niſi qꝛ nõ habemus fidem veram et firmam de chriſto. nec de ſpe futuri ſeculi. Fides enim accipitur tripliciter.

Primo ꝓ virtute theologica ⁊ illa eſt credulitas articuloꝝ fidei. nunc modica eſt iſta fides vel informis eſt. multi ſunt qui reſurrectionẽ nõ ſperant: nec vitam futuri ſeculi. Scđo ꝓ virtute politica: et đr fidelitas. iſta modica eſt. nullꝰ mõ alteri ſeruat fidelitatẽ: nec pr̃ filio: nec dominus ſeruo: nec vir vxori. et econuerſo ⁊c. Tertio ꝓ religiõe catholica et pro cõgregatione fideliũ: que modo iſtis tẽporibꝰ totaliter inordinata eſt in clericꝭ: ⁊ in laicis: et in religioſis: ⁊ in principibꝰ: ⁊ ſubditis: maxime quantũ ad dei reuerentiã et ſui noĩs glorioſi. et ideo habemꝰ deum iratũ et ↄtrium ⁊ immittit nobis flagella dicit: qꝛ non habemꝰ fidem: ⁊ valde modicam ⁊ infirmiorẽ. dicit apl's ad hebre. xj. Sine fide ĩpoſſibile eſt placere deo. Pro nr̃e igitur vite melioratione/ cum beatis martyribꝰ intercedẽdo ↄcludo ⁊ ꝑficio totum ſermonẽ: di. ſic. Oĩpotẽs ſempiterne deꝰ da nobis ſpei: fidei: ⁊ charitatis augmẽtũ: ⁊ vt mereamur cõſequi qͦd ꝓmittis: fac nos amare qͦd precipis. Hic per gratiam: et in futuro per gloriam.

Explicit ſermo. Deo gratias.

¶ Dominica in octauis paſche ſiue in albis. Sermo. ij.

Pax vobis. Io-

hannis. xx. Noſtrũ thema eſt vna amicabilis ſalutatio dicta et miſſa diuerſis ↄditionibꝰ ꝑſonaꝝ: vtpote

Perſonis permanẽtibus in oratione.

Perſonis lãguentibꝰ pre tribulatione.

Perſonis exiſtẽtibꝰ in congregatione.

Primo etiã ptꝫ hoc Tob. xij. Qui eiuſqꝫ filiꝰ ꝓſtrati in terra in orõne deuote ꝓſtiterũt: qbꝰ dixit angelꝰ raphael. Pax vob. Nolite timere. Hoc mõ ⁊ ꝓpter eandem

D

A

cauſam/fuit ſalutatꝰ daniel ſicut legitur
Daniel.ix.⁊.x.ca. Ego inqͭ daniel poſui
faciē meā ad dn̄m meū rogare et depcari
ī ieiunijs ī ſacco ⁊ cinere. Et ecce vir vnꝰ
veſtitus lineis apparuit ⁊ dixit mihi. No
li timere vir deſiderioꝝ: pax tibi: cōforta-
re et eſto robuſtus.
¶ Scōo modo ⁊c. Iſto modo ſalutati fue
rūt ꝑ Ioſeph fratres eiꝰ ob hanc cauſaꝫ:
qͥbus languidis pre tribulatiōe/dixit io-
ſeph. Pax vobis. nolite timere. Geñ.xliij
Sic ſalutauit paulus apoſtolus multos
tribulatos: ſicut legitur in epiſtolis ſuis.
Gratia vobis et pax.
¶ Itē tertio ⁊c. Sic ſalutauit xp̄s apl'os
in cenaculo ꝯgregatos in amore in vnio
ne ⁊ pace dicēs eis. Pax vob. q̄ ſunt v̄ba
a pricipio ſumpta. vbi duo oſtendūtur.
Primo totius policie fulcimētū: qꝛ pax.
Secundo amicitie ornamentum: quia
vobis.

Utraq̨ pars?

B **Primo ⁊c. quia ſm Au-**
guſtinū.xiiij. de ciuita. dei. nullū regimē
nulla ciuitas/diu durare pōt ſine trāquil
litate et pace. Eapropter īfert vnā talē ge
neralē concluſionē apl's: ergo q̄ pacꝫ ſunt
ſectemur. Ro.xiiij. Pricipiū medij huiꝰ:
qm̄ pax eſt meliꝰ bonū qđ inueniri poſſit
in rebꝰ creatis: ḡ que pacis ſunt ſectemur
ꝓbatꝛ antecedēs ꝑ btm̄ Aug. lib. de ciui.
dei. Tale bonū eſt bonū pacis: vt in rebꝰ
creatis nil gratioſius valeat audiri: nil de
lectabiliꝰ concupiſci: nil vtiliꝰ poſſideri.
Scōm mediū. diſcordia generat in pplo
iracūdiā: ⁊ ira turbat animū ne poſſit cer
nere verū. ergo q̄ pacis ſunt ſectemur. an
tecedēs eſt notū. et ꝯn̄tia cōfirmatꝛ ꝑ illđ
apl'i Ro.xij. Si fieri pōt: qđ ex vobis eſt:
cū oībus hoībꝰ pacē hn̄tes. Heb.xij. Pa
cem ſeqmini cū oībus. Tertiū mediū. ꝓ-
curans guerrā et impediēs pacē: non hꝫ
ptē cū deo: ḡ pax ſequēda: guerra fugien-
da. bona eſt ꝯn̄a: et ꝓbatur añs per illud
Aug. de v̄bis dn̄i ſermone.xiij. Qui ī pa-
ce non inuētꝰ fuerit: abdicatꝛ a pr̄e: exhe
redatꝛ a filio: et alienus fit a ſpirituſctō.
Quartū mediū. q̄ nō ſuat decretū regni:
dignū eſt vt expellatꝛ de regno. ptꝫ hoc ꝑ
multa iura: ſed deus pr̄ princeps pacꝫ/ſta
tuit in regno ſuo legē pacis ꝓmulgatam
in natiuitate xp̄i per angelos: ḡ qui nō vi
uit in pace: vel nō ſeruat pacem ciuitatis
debet expelli. vn̄ dꝛ. Orate ꝓ ea. ſcꝫ pace
ad dn̄m: quia in pace eius erit pax veſtra
Hieremi.xxix. Quintū mediū. qui pacē ci
uitatꝫ ſequitꝛ: deo ſeruit nō diabolo: ergo
q̄ pacis ſunt ſectemur ⁊c. ptꝫ ꝯn̄a: qꝛ me-
lius eſt deo ſuire q̄ diabolo: qꝛ deꝰ pacē
diligit: et vbi eſt pax: ibi ē deꝰ: diabolꝰ au
tem guerrā diſcordiā ſciſma zizaniā ſemi
nat inter fratres. Sextū mediū. qui nō ſe
quitꝛ pacē turbat amicos: ergo pax eſt ſe-
quēda. ptꝫ añs per illud. Uir pctōꝛ turba
bit amicos: ⁊ in medio pacē habentium
īmittit inimicitiā. Eccl'i.xxviij. Septimū
mediū. finis belli pax. ḡ pax ſequenda.
pꝫ qꝛ melior eſt finis q̄ ea q̄ ſunt ad finē.
añs eſt Auguſt. ad bonifaciū. Queritꝛ pax
et bellū exerceatꝛ: ſed bellum geritꝛ vt pax
acqͥratꝛ. eſto ergo bellādo pacificꝰ vt eos
expugnās ad pacis vtilitatē vincēdo per
ducas. Octauū mediū. q̄ pacē ſequitꝛ po-
pulū celeſtis prie imitatꝛ: ergo pax ſequē
da. bona eſt ſeqla. añs verū eſt per illud
Eſaie. Sedebit ppl's meꝰ ī pulchritudine
pacis: ī requie opulēta. Eſa.xxxij. Regnū
dei nō eſt eſca et potus: ſꝫ iuſticia et pax
et gaudiū in ſpūſancto. Nonū medium.
optimū in genere morū pax. ergo ſequen
da. ptꝫ añcedēs per Caſſiodoꝝ ſuper pſ.
Pax vera eſt hr̄e concordiam cum bonis
moribus: et litigare cum vitijs. Decimū
mediū. regnū diuiſum ꝑ diſcordiā deſola
bitꝛ. Luc.xj. et in pace vnitū ꝑ ꝯtrium ꝯſo
labitur: ergo pax ſequēda. ⁊ iuxta dictuꝫ
Apl'i. Solliciti ſeruare vnitatē ſpiritus
in vinculo pacis. Ephe. iiij. Hic de pace
mouentꝛ queſtiōes. Prima pax quot mo-
dis diſtinguitꝛ. Scōa pax qͥbus bonis at
tingitꝛ. Tertia q̄re pacē habere precipitꝛ.
Prima qđ ⁊c. Rn̄detꝛ vn̄ pax vno mō eſt
triplex. Pax exterior tēporalis q̄ eſt ami-
coꝝ. Pax interior pectoralis q̄ eſt ꝑfecto-
rū. Pax ſuperior eſſentialis q̄ eſt beatorū.
Prima pax ⁊c. Iſta pax tpalis eſt ꝯiugū
qui matrimonio cōiunguntꝛ. ciuium qui
amicitia vniuntꝛ. oīꝫ q̄ ꝯcordia nutriuntꝛ.
Prima cōiugū magnū bonū in domo q̄li
ter inter cōiuges ſit pax et concordia. et
ꝯtrariū grande malū. de iſtoꝝ pace Eccl'i.
xxvj. Mulier fortis oblectat virū ſuum:
et annos vite illiꝰ in pace implebit. Mu

lier fortꝫ ad bona opa in regimine domꝰ.
Mulierē fortem q̄s inueniet. Prouerb.
vlti. oblectat et letificat virū ſuum: ⁊ an-
nos vite illius in pace. hoc eſt ad firmam
plenitudinē pacis/implebit. Scōa pax
ciuiū de qua Hieremi.xxix. Querite paceꝫ
ciuitatis ⁊ orate ꝓ ea ad dn̄m: qꝛ in pace
eius erit pax v̄ra. Cui alludit illud ꝓphe
ticum dictū. Rogate q̄ ad pacē ſunt hie-
ruſalē. Dicunt naturales q̄ q̄diu elemē
ta in mixto ſunt in debita ꝓportiōe/ ⁊ in
bona naturali pace: mixtuꝫ ſtat et nō diſ-
ſoluitꝛ. ſic moraliter ciuitas ſeu collegiuꝫ
ſine pace diu durare nō pōt. qꝛ regnuꝫ di
uiſum deſolabitur. Apoc.vj. Uidi et ecce
equus rufus: et ſedēti datum eſt vt ſume
ret pacē de terra: et vt ſeinuicē interfice-
rent. Equus rufus ppl'us romanus tēpo
re neronis impatorꝫ: qui pōt dici rufus
ꝓpter incendiū: quia crudeliſſimꝰ nero ci
uitatem romanā incendi fecit: ꝓpter qđ
populus romanꝰ factus eſt rufus ſedens
ſuper eū: et ipſe nero cui datum eſt a deo
ꝑmiſſiue vt ſumeret: hoc eſt auferret pa-
cem de terra: qꝛ propter maliciā ſuā tota
ciuitas fuit turbata tpe ſuo: īmo totū im
periū romanū turbatū vt ſe hoīes inter-
ficerent. qꝛ tēpore ſuo multi xp̄iani incar
cerati et martyrizati ſunt: ſicut apl'i Pe-
trus et paulꝰ et plures alij. Item eſt pax
generalr̄ oīm preſidentiū et ſubditoꝝ. ta-
lis pax eſt mūdo ⁊ reipublice valde vtilis
qm̄ dn̄i et principes terre in ſeinuicē ha-
bent pacem: quia ſine pace principum et
dn̄orum/ſubditi nequeūt viuere in pace.
Narrat valerius maximꝰ lib.iiij. q̄ antiq̄
tus qn̄ aliqui erāt electi in reges: primo
ꝓcurabāt pacē inter ſe ſi guerra eſſꝫ etiā
inter alios propinquos et vicinos: ſicut
valeriꝰ ibidē ponit exēplum de multis.
Per talē pacem oīs reſpublica augetꝛ cō-
ſeruatur et refouetur. vn̄ Caſſiodo. ſuper
pſ. In hoc em̄ regis gloria extollitur et
ſeruatꝛ: ſi in equitate pacis populū diri-
gat. qn̄qꝫ em̄ ad laudē regnantis trahitꝛ
ſi ab oībus pax ametꝛ. quid em̄ eſt qđ pri-
cipem predicet: q̄ quietus populus: con
cors ſenatus: ⁊ tota reſpublica mor ho-
neſte veſtita. hec Caſſiodo. Scōa qđ ⁊c.
vbi ſciendū/q̄ ex pace vera multa bona
oriuntur. nam primo nobilitat gratioſe.
Scōo letificat gaudioſe. Tertio amplifi-
cat ſumptuoſe, verificat glorioſe: gratifi
cat amoroſe: quietat ⁊ acceptat viſceroſe:
copulat diuiſa rigoroſe. Primo pax nobi
litat. facit enim hominem filium dei. ⁊
iſta eſt nobilitas maxima. filius bonus
imitatur bonum patrē. deus autē pacifi
cus eſt: immo princeps pacis. ergo paci-
fici merito poſſunt dici filij dei. iuxta illđ
Beati pacifici: quoniā filij dei vocabuntꝛ
Matth.v. Secūdo pax letificat. Coloſſ.
iij. Pax chriſti exultet in cordibꝰ veſtris
ideſt pax quam xp̄s habuit et mandauit
exultet. i. exultare vos faciat in cordibus
non tantū in homīe: ſed illa de qua Hie-
remie.ix. Pacem cū amico ſuo loquitꝛ: et
occulte ponit ei inſidias. Tertio pax am-
plificat bona in abūdantia. Fiat pax in
virtute tua: ⁊ abundantia ⁊c. in pſalmo.
Orietur in diebus eius iuſticia et abūdā
tia pacis. vbi guerra ibi eſt defectus. vbi
pax abundantia bonoꝝ. Quarto pax gra
tificat. facit em̄ gratum ⁊ dilectum a deo
atq̨ amabilem: qꝛ ſicut omne animal di-
ligit ſibi ſimile: ſic deus qui eſt multū pa
cificus etiā diligit ſibi ſimiles. ſcilꝫ viros
pacificos. In huius ſignum dauid vocat
filiū ſuū dilectum ſuū ſalomonē. hoc eſt
pacificū: qui imperauit in diebus pacis:
et nathā vocauit idida. i. amabilem deo
ij. Regum.xij. Quinto pax quietat. deꝰ
enim per gratiam inhabitat et habitare
vult in homine quieto per bonā pacem.
qm̄ in pace factus eſt locus eius. et ī pſ.
In pace in idipſum dormiā et requieſcā.
Pax em̄ ſuper oīa hoīem quietum facit.
Sexto pax ⁊c. ipſa em̄ vnit copulat iun-
git. ſicut pace facta iunguntꝛ familiariter
qui prius erant diuiſi. Unde apoſtolus.
ad Ephe.iiij. Solliciti ſeruare vnitatem
ſpiritus in vinculo pacis. Septimo pax
beatificat ⁊c. Ro.xiiij. Regnū dei nō eſt
eſca et potus: ſed iuſticia ⁊ pax ⁊ gaudiū
in ſpirituſancto. Ueniat pax ⁊ quieſcat ī
cubiculo ſuo. Eſaie.lvij. Enumeratis bo-
nis que facit pax: inquirendū eſt de ma-
lis que facit guerra que paci contraria-
tur. quoniam ex guerra ſequuntur odia:
quoniam propter guerram miſerabiles
homines ſe odio habēt vſq̨ ad mortem.
Item ſequuntur adulteria: deflorationes
virginum: expoliationes pauperū inno-
centū. quaſi totū pōdus guerre ſuſtineāt
pauperes innocētes. de nūero nutrientiū
guerrā: aut ipſis mala inferuntꝛ ab alijs:

quod eſt grande malum: aut ipſi mala et
damna inferunt quod eſt peius. Item in
guerra multi morte ſubitanea cadũt: ⁊ ſic
mala morte ⁊ eterna moriunt. Itẽ p guer
rã bona impediunt. Quot elemoſyne: qt
orationes: quot ſuffragia: quot ieiunia:
quot miſſe: quot agricole bellatores effi⸗
ciũtur ꝑpter guerrã: quot pcepta diuina
et eccłie trãſgrediunt p guerrã: quot gulo
ſitates cupiditates vanitates. ⁊ cõiter fi⸗
naliter q̃ bella gerũt: plura perdunt et va
ſtãt in guerra ꝙ acquirãt vel lucrent. iu⸗
ſte dictũ eſt Diſſipa gẽtes q̃ bella volunt.
Tertia q̃ſtio ꝑpoſita q̃re pacẽ habere ⁊c̃.
Rñdeo ꝑpter mãdatũ qd̕ immergit: pro
pter exẽplũ qd̕ oñdit: ꝑpter amorẽ q̃ ꝑfi
cit: propter hoſpitẽ q̃ recipit. Prio ꝑpter
mãdatũ. ſcriptũ eſt. ij. Cor. vlti. Pacẽ ha⸗
bete ⁊ deus pacis ⁊ dilectionis erit vobiſ
cum. Itẽ Heb. xij. Pacẽ ſeq̃mini cũ omni
bus ⁊ ſanctimoniã. ⁊ Mar. ix. Habete in
vobis ſal ⁊ pacẽ habete inter vos. Xp̃s di
xit diſcipulis ſuis ter. pax vobis. ad inſi⸗
nuãdũ ꝙ triplicẽ pacẽ hr̃e debem⁹. in cor
de: in ore: in ope. Scd̕o ꝑpter exẽplũ ⁊c̃.
xp̃s dedit exẽplũ de pace ĩ ſeipo: qm̃ ipe ẽ
pax nr̃a q̃ fecit vtraq; vnũ. Ephe. ij. Nos
videm⁹ ſydera ĩ ſe pacẽ nõ habẽtia: ſuũ lo
cũ qd̕libet ſydus tenere pacifice: et alterũ
alteri nõ nocere. Deus pacis erit vobiſcũ.
q: ſine deo: ſiue gratia dei/ nõ eſt vera pax
ſolida nec firma: iõ mali q̃ deũ nõ habẽt:
nõ habẽt pacẽ cũ deo: cũ ꝓximo: nec cũ ſe
ipſis. q: nõ eſt pax impijs. Eſa. xlviij. Ter
tio pax eſt habẽda ꝑpter amorẽ. pax em̃ ẽ
mr̃ amoris. Nos videm⁹ ꝙ illa que nõ ha
bẽt repugnãtiã ſicut ignis ⁊ aqua. ſi illi q̃
diligũt ſe in bono inter ſe habẽt pacem et
optime ↄcordãt. ſcriptũ eſt. Pax multa di
ligẽtib⁹ legẽ tuã: et nõ eſt illis ſcãdalũ. in
ps̃. Quarto pax ẽ habẽda ꝑpt amorẽ ⁊c̃.
habentes pacẽ inter ſe: immo cõueniẽtiã
inter ſe deus libẽter viſitat: ⁊ cũ ipſis per
gratiã habitat. Nos videmus ad ſenſum
ꝙ qñ apes in aluearío ĩcipiũt facere mur
mur inter ſe: ſignũ eſt ꝙ rex apũ vult exire
de aluearío ⁊ intrare ad aliud. ſic morali⸗
ter xp̃s rex regum exit ⁊ fugit diſcordias ⁊
ſciſmata: nec vult habitare cum talibus.
Siquidẽ ipſe diſcordes pacificauit: pacẽ
faciendo inter deum et hominẽ: inter ho⸗
minem et hominẽ: attendẽs dictum Se⸗
nece dicẽtis: ꝙ neceſſarium eſt habere pa
cem cum hominibus: ⁊ litigare cũ vitijs.
Pugnemus vt pacem cũ hominibus ha⸗
beamus: cuius pacis ⁊c̃.

¶ Dominica prima poſt octa
uas paſche. Sermo. j.

Chriſtus paſſus
eſt pro nobis: vobis relin⸗
quẽs exemplum. j. Pet. ij.
Reperio in ſacra ſcriptura
ꝙ tripliciter aliquis de ſe
dat et relinquit bonum exemplum alijs:
ac inducit ad faciendum ſimiliter.
Primo ſi viuit iuſte fugiens peccati cor⸗
ruptionem.
Secundo ſi clare docet doctrinam perti⸗
nentem ad ſaluationem.
Tertio ſi fortiter ſuſtinet aduerſitatem et
tribulationem.
¶ Prima clauſula patȝ. nam dicit beatus
Hiero. in epiſtola ad heliodorum ſic. Iu⸗
re oculi omnium in te dirigũtur: quod fe⸗
ceris: illud faciendum ſibi omnes putãt.
hec ille. Ex quo patet ꝙ facta egregia pre
lati vel principis/ et exẽpla virtuoſa plus
prouocant ſubditos ad talium imitatio⸗
nem: ꝙ̃ mãdata vel imperia. Ideo Clau⸗
dianus ad theodoſium imperatorem ſcri
bens ſic dicit. Regis ad exemplum totus
componitur orbis. Nec ſic flectere ſenſus
humanos valent dicta: ſicut vita regẽtis.
mobile mutatur ſemper cũ principe vul⸗
gus. hec ille. Ideo antiquitus imperato⸗
res et principes leges ordinabãt ſanctas
et iuſtas: vt exemplo. et vt eorum exẽplo
ſubditi eas obſeruarent: ipſi etiam in ſe
eas tenebant et obſeruabant: prout nar⸗
rat Ualerius lib. vj. de quodam impera⸗
tore: qui ſtatuerat ꝙ quicunq; in cõſiſto⸗
rium veniret accinctus gladio: interfice⸗
retur. ⁊ cum quadam die rediret de villa:
intrauit conſiſtorium cum gladio. et qui⸗
dam ſibi inſinuans vt recederet ⁊ gladiũ
tolleret: ſtatim ꝓprio gladio ſe interemit.
vt legem quam inſtituerat: alij exemplo
eius obſeruarent illeſam. quia vt dicit
leo papa in ſermone de ieiunio: validiora
ſunt exempla ꝙ̃ verba: ⁊ plenius docetur
opere ꝙ̃ voce. Apparet igitur ꝙ ille q̃ vi⸗
uit ſancte ⁊ iuſte et ſine peccato dat exem
plum alijs: et inducit eos ad faciẽdũ ſilr.
Exẽplũ habem⁹ de illo ſctõ iob q̃ vixit ſan
cte et iuſte: ſicut dr̃. in. xvij. c. Nõ peccaui:

et in amaritudinib⁹ morat oculus meus.
ideo deus poſuit eũ nobis in exemplũ et
ſpeculũ vt pari forma vitemus pctã. Uñ
dicit ipſe ibidẽ. Poſuit me quaſi in ꝓuer
biũ vulgi: ⁊ exemplũ ſum corã eis. Appa
ret igitur prima clauſula.
¶ Scd̕a clauſula ſic declarat. non ſolum
em̃ viuẽdo ſctẽ et virtuoſe hõ debet pro
ximũ ad bonuȝ inducere: quinĩmo verbo
docere et p̃dicare. Et rõ eſt: q: ex hoc duo
valde vtilia ſequunt. Primo meritũ illi
q̃ docet et predicat: q: predicare eſt act⁹
virtutis. ſ. mĩe: q: inter ſpũales elemoſy⸗
nas cõputat: ideo ſicut virginibus ⁊ mar
tyrib⁹ debet aureola: ita etiã prout dicit
ſctũs Tho. iiij. ſen. illis q̃ alios ĩformant
de pertinẽtib⁹ ad ſalutẽ anime: debetur
ꝓ premio ⁊ merito aureola et ſpãlis co⸗
rona. Id̕ conſulit cuilȝ nr̃ȝ btũs Greg. x.
moraliũ di. Exẽplo tuo fratrẽ tuũ docere
ſtudeas q̃ oporteat et que non oporteat:
ꝓuocans eũ ad meliora. hec ille. Quod fi
guratũ fuit Exo. xxviij. vbi legit ꝙ prece
pit domin⁹ vt ſumm⁹ ſacerdos vteret tu
nica hyacinthina. i. purpurea/ qñ intra⸗
bat ſanctuariũ: in qua pẽdebãt tintinna
bula aurea et malogranata. Tunica hec
ſignificat celeſtẽ cõuerſationẽ. tĩtĩnabula
predicationẽ. et malogranata opa perfe⸗
ctiõis ⁊ exempla virtutis: q̃bus debẽt or
nari v̓bum dei predicãtes. Scd̕o ſequit
magna vtilitas audiẽtib⁹: q: vt dicit bea
tus Gregori⁹: ſcriptura diuinit⁹ inſpirata
eſt vtilis ad docendũ. et bene vtilis quia
cor induratũ pctĩs mollificat ⁊ inclinat
ad penitentiã et correctionẽ. Uñ legitur
in vitiſpatrũ/ ꝙ cum quidã quereret ab
abbate Iohãne de duritia cordis. Rñdit
Quid duri⁹ lapide? quid mollius aq̃? et
tamen ſepe cadẽdo lapidem penetrat. ſic
verbum dei cor durũ aperit ad timorem
dei. Ex predictis igitur ptȝ ꝙ illi qui do⸗
cent alios: et dei verbũ predicant relin⸗
quunt et dant eis verbo bonum exẽpluȝ
et perfectũ. Ideo beatus Paulus iſtud
cõſulit Tito diſcipulo ſuo ſcribẽs ad Ti.
ij. cap. In omnibus teipſum prebe exem
plum bonorum operũ in doctrina. Appa⸗
ret igitur ſecũda clauſula.
Tertia clauſula ſic declarat. Nã dicit. b.
Aug. ĩ lib. de patiẽtia. Patiẽtia hoĩs eſt
qua mala equo aĩo toleramus. i. ſine per
turbatione triſticie vt ad meliora perue⸗
niamus. Ex quo patet ꝙ tribulatiões de
bemus patienter ſuſtinere: et ad ſuſtinẽ⸗
dum exẽplo alios inducere: cũ labor ſit
paruus: et remuneratio magna. Et ratio
eſt: q: videm⁹ ꝙ labor paruus et fructus
magn⁹ maxime inclinat laborantẽ: ⁊ ſpe
cialiter quãdo laborator attendit ad ho⸗
norẽ ſuũ: q: vt dicit Seneca epł'a. xxxvij.
generoſos animos labor nutrit. laborem
ſi recuſes paruum eſſe poſſe: nõ eſt viri ti
mere ſudorẽ. hec ille. Nos igitur xp̃iani
qui honorẽ nõ terrenũ: ſed eternũ expe⸗
ctamus: iõ exemplo ſanctorum virtuoſe et
cũ patiẽtia tribulationes ſuſtinere debe
mus. ideo ſcribit Iacobi. v. Exẽplũ acci⸗
pite fratres exit⁹ mali/ ⁊ longanimitatis
et laboris ⁊ patiẽtie ꝓphetas q̃ locuti
ſunt in noĩe dñi. De hoc habem⁹ exẽpluȝ
ĩ ſacra ſcriptura. ij. macha. vj. de illo elea
ȝaro qui ꝓ obſeruãtia diuine legis mul⸗
ta tormenta patiẽter ſuſtinuit: ⁊ vltimo
interfectus fuit. et dicit tex. Iſte quidem
hoc mõ vita deceſſit: non ſolũ iuuenibus
ſed ⁊ vniuerſe genti memoriã mortꝫ ſue
ad exẽplum virtutꝫ et fortitudinis dereli
quens. Apparet ergo tertia clauſula et p
ↄſequẽs tota regula p̃aſſumpta. Modo
p̃dicta nr̃o propoſito applicãdo: xp̃s qui
pro nobis pie ac clementer paſſus eſt: p̃⸗
dicta tria perfecte habuit et oſtendit: ſi⸗
cut dicit btũs Petrus in epł'a hodierna.
Primo ſctẽ et ſine pctõ vixit.
Scd̕o veritatis doctrinã docuit.
Tertio patienter omnem tribulationem
ſuſtinuit.
¶ Primo dixi ꝙ fuit et vixit ſine peccato.
Ita dicit btũs Petrus ĩ epł'a hodierna.
Pctm̃ non fecit: nec inuentus eſt dolus
in ore eius. Secũdo dixi ꝙ veritatꝫ do
ctrinaȝ docuit. Matth. xxij. docebat eos
de regno dei. et Matth. xxij. ſcribitur ꝙ
iudei dixerunt ſibi. Magiſter ſcim⁹ quia
verax es: et viam dei in veritate doces.
Tertio dixi ꝙ tribulationem patiẽter ſu⸗
ſtinuit. ita dicit beat⁹ Petrus in epiſtola
hodierna cũ malediceretur non maledi⸗
cebat. Cũ pateretur nõ comminabatur.
tradebat autẽ iudicanti ſe iniuſte. qui pec
cata noſtra ipſe pertulit ĩ corpore ſuo ſu
per lignũ. Ex antedictis igitur formetur
ratio talis: et concludatur ſic thema.
Chriſtus paſſus eſt pro nobis: vobis re⸗
linquẽs exemplum, ſcilȝ ſancte vite; exem

plum ſancte doctrine: et exemplũ ſctẽ pa
tiẽtie. In quibus verbis oſtẽdit beatus
Petrus apoſtolus duo.
Primo ꝙ oẽs tenemur deum amare cor-
dialiter. ibi. Chriſtꝰ paſſus eſt ꝓ nobis.
Scdo ꝙ oẽs inuitamur ad eũ imitanduꝫ
perfecte ſeu perſeuerãter. ibi. Uobis re-
linquens exemplum.

Prima pars.

¶ Dixi primo ꝙ oẽs te-
nemur deũ diligere cordialiter: qꝛ paſſus
eſt pro nobis. nõ pro angelis. Ratio eſt.
videmus manifeſte ꝙ duabus de cauſis
aliqs tenet̃ et conſueuit aliũ diligere.
Primo ratione parẽtele et attinentie.
Secundo ratione amicitie et beniuo-
lentie.
Sic etiam ꝓpter iſta duo nos tenemur
chriſtũ diligere. Cauſa attinentie: qꝛ ipſe
eſt pater noſter vt habetur Matth. xxiij.
Patrẽ nolite vocare vobis ſuper terram.
vnus eſt eñ pater veſter qui in celis eſt.
et non ſolum pater: imo etiã frater noſter
Frater eñ ⁊ caro noſtra eſt. Gene. xxxvij.
Si eñ filius naturaliter amat patrem a
quo habet partem corporis: quãtomagis
nos amare debemꝰ deum qui corpꝰ ⁊ ani
mam noſtram ex nihilo fecit. vñ Auguſt.
Diligendus eſt genitor: ſed preponẽdus
eſt creator. Et quia timor ꝓcedit ex amo-
re: ideo ſi eũ volumus diligenter et finali
ter diligere: debemus timere eũ offende-
re vel contriſtari. quia eñ ſumus certi ꝙ
peccauimus: et neſcimꝰ ſi deꝰ nobis pec
cata remiſit: qꝛ ſcribitur Eccl's. ix. neſcit
homo vtrũ amore an odio dignꝰ ſit. Exẽ-
plum in vitiſpatrũ de quodam ſancto pa
tre: q̃ cum videretur timere in morte: que
ſierũt ab eo fratres an timeret. et ipſe re-
ſpondit in hũc modũ. fratres ſeruaui mã
data dei iuxta poſſe meũ. ſed homo ſum
et neſcio vtrũ placuerũt opera mea deo:
et ideo non ſum ſecurꝰ donec veniam an
te eum. Apparet ergo qualiter tenemur
deũ diligere. vñ Caſſiodorus ſuper illud
pŝ. Dulcis ⁊ rectus dñs. ita inq̃t. Cũ au
dis ꝙ dñs tuus dulcis eſt: attẽde quẽ di
ligas. cũ audis ꝙ rectꝰ: attẽde quẽ time
as: vt amore ⁊ timore dei excitatus legem
eius cuſtodias.
¶ Secũdo dixi ꝙ tenemur xp̃m diligere
ꝓpter beneficia charitatꝫ que nobis oſtẽ
dit: quia ſeipſum pro nobis in preciũ no
ſtre redẽptionis dedit. vñ Bernard. Ecce
dñe qꝛ me feciſti: debeo me amori tuo to
tũ. hec ille. Unde videmꝰ manifeſte ꝙ ſi-
cut lignũ quantũcũqꝫ frigidum vel aquo
ſum ſit: ſi apponat̃ ĩ fornace vel clibano
ſuccenditur. ſic nec cor eſt ita tepidũ vel
indeuotum: quod ſi ponatur in fornace
amoris dei: et intueatur quantum in paſ
ſione nos amauit: quod non accenda-
tur ad amandũ ipſum: et roboret̃ ad ſuſti
nendũ labores et tribulationes ꝓ eo. qꝛ
nihil eſt qđ nos ita animet ad ſuſtinẽduꝫ
talia. Uñ in huiuſmodi exemplũ legit̃ in
hiſtoria tripartita ꝙ cõſtantinus ſignuꝫ
crucis faciebat preferre ſuo exercitui pro
imperiali ſigno: vt militibꝰ pugnantibus
robur paſſionis xp̃i memoria daret. Ideo
dicit beatꝰ Berñ. ſuper cantica. Sup oĩa
reddit te mihi amabilem bone ieſu calix
paſſionis quẽ bibiſti: opus noſtre redem-
ptionis. hec ille. Apparet ergo ꝙ omnes
obligamur xp̃ꝫ diligere cordialiter. ⁊ hec
quantũ ad primum.

Secũda pars.

¶ Dixi ſecũdo ꝙ oẽs in-
uitamur ad ipſum imitandũ. cũ dicitur.
vobis relinquẽs exemplũ. Chriſtus enim
volens nos dirigere ad vitam eternam ⁊
adducere: viã nobis oſtendit non ſolum
verbo: ſed etiã exemplo. Joh. xiij. Exẽplũ
eñ dedi vobis vt quẽadmodũ ego feci:
ita et vos faciatis. Oſtẽdit aũt nobis du
plicẽ viam non ſolum verbo: ſed facto et
exemplo. Uiã humilitatis: et viam chari
tatis. de primo. Diſcite a me: qꝛ mitis ſuꝫ
⁊ humilis corde. Mat. xj. ideo btũs Pau
lus ad Ephe. v. dic̃. Ambulate in dilectio
ne: ſicut et xp̃s dilexit nos: et tradidit ſe-
metipſum ꝓ nobis. Ideo legit̃ in hiſto-
ria ſcholaſtica. lib. viij. de Gregorio na-
zanzeno: ꝙ cũ vocatus eſſet apud conſtã
tinopolim ad docẽdũ eccleſiã dei: multa
excellẽter docebat vbis: plura exẽplis ⁊ ꝙ
nihil imparet qđ ipſe pri nõ faceret. Itẽ
ibidem de origene. vj. li. cap. iiij. dr ꝙ cuꝫ
ipſe in theologia legeret: dicebatur de eo
hic eſt ille bonus doctor: qui talem habꝫ
vitã qualem doctrinam: et quale factum
tale verbũ. Item de iulio ceſare q̃ nunq̃
dixit militibꝰ ſuis. ite. ſed venite: eos pre
cedens in ſtrenue agendo. In decretis

diſtin. xx. cap. de quibus. ꝙ exẽpla ſancto
rũ tam in ſcripturis q̃ in factꝫ ſunt recor
danda. Sãctoꝝ exempla perſpicaciter re
cordamini. ij. q. vij. ca. cum paſtoris. dicit
Grego. ꝙ vita paſtoris in exemplo debet
eſſe diſcipulis. ꝙ rõ ſana exemplis eſt pre
ponenda. diſti. ix. ſana. Sana quippe rõ
etiam exẽplis anteponẽda eſt. Narrat va
lerius lib. vj. de theodoro cyreneo/cui: cũ
liſimachus rex iuſſiſſet eũ crucifigi: rñdit
Terribilis ſit hec crux purpuratis tuis:
mea quidẽ nihil ĩtereſt humi an ſublime
putreſcã. vnde. j. machab. xiij. legitur de
ſimone q̃ dixit. Horũ gratia. ſ. legũ ⁊ ſan-
ctoꝝ/perierunt oẽs fratres mei. ⁊ nũc nõ
mihi ꝯtingat parcere aĩe mee in omni tẽ
pore tribulationis. Dicit plato ꝙ ideo fe
cit deus mundũ ſenſibilem: vt oculus ho
minis reſpiciens timeret potentiã: reue-
reret̃ ſapientiã: imitaret̃ bonitatem.

¶ Dominica prima poſt octauas
paſche. Sermo. ij.

PEccatis mor-
tui/iuſticie viuamus. j.
Pet. ij. c. De numero illoꝝ
qui viuũt ⁊ moriunt̃ in pre
ſenti vel in alia vita.
A Quidam ſunt qui viuunt vite.
Quidam ſunt qui viuunt morti.
Quidam qui moriuntur morti.
¶ Primo quidã ſunt ⁊c. Iſti ſunt qui in
hac vita viuũt in gratia dei: que eſt vita
aĩe. Ro. vj. In nouitate vite. i. gratie am
bulemus. ⁊ Johã. x. Ego veni vt vitã ha
beant. i. gratiã. Tales qui ſic viuũt vita
gratie in preſenti: ſi perſeuerent viuent
vite eterne. hoc eſt poſt iſtam habebunt
meliorẽ. de qua Sapien. v. Iuſti in per-
petuum viuent ⁊c.
¶ Secũdo ſunt quidam qui viuũt mor-
ti. hoc eſt in peccato mortali: quod pec-
catum morti comparat̃. Sapien. j. Deus
mortẽ non fecit. i. peccatuꝫ. Et ratio põt
eſſe quare cõparatur morti: qꝛ inter pec-
catum ⁊ mortem eſt ſimilitudo. In mor-
te naturali primo corpus diſtẽperat̃. ſe-
cũdo corpus infirmat̃. tertio corpus mo
ritur. quarto a vermibꝰ cõſumit̃ ⁊ ſepeli-
tur. Talis proceſſus inuenit̃ in peccato.
Nam primo aĩa diſtemperat̃ per tẽtatio-
nem ⁊ cogitationẽ in peccato. Secundo
infirmatur per delectationẽ concomitan
tem cogitationẽ. Tertio aĩa morit̃ per cõ
ſenſũ deliberatũ. Quarto ſepelit̃ ꝑ opus
et conſuetudinẽ malam. Sic peccatũ in-
trat in animã: ſicut mors intrat corpus.
Inuidia diaboli pctm̃ venit in mundũ:
⁊ per peccatũ mors. Etiã ꝑ vnum homi-
nem peccatũ in hunc mundũ intrauit: et
per peccatũ mors. Ro. v. Tales qui viuũt
morti. i. in peccato: moriunt̃ morti. i. pe-
ne eterne: que pena vocatur mors teſte
beato Gregorio lib. ix. moral. Horrendo
(inquit) modo fit miſeris mors ſine mor
te: finis ſine fine: defectus ſine defectu.
qꝛ hec mors ſemper viuit: finis ſemꝑ in-
cipit: defectus deficere neſcit: mors peri-
mit: et non extinguit. dolor cruciat: et
nullatenus furorem fugat. flamma com-
burit: ſed tenebras non excutit. Iſtas
quattuor differentias viuoruꝫ et mortuo
rum conſiderans Pet. apoſtolus dat vti-
le documẽtum in verbis aſſumptis. Pec-
catis mortui/iuſticie viuamus. hoc eſt di
ctum/qui moriuntur peccatis: iuſticie vi
uunt. hoc eſt viuunt vite: cum iuſticia ſi-
quidẽ anime vita. Ergo peccatis mortui/
iuſticie viuamus. In quibus verbis duo
oſtenduntur.
Primo anime monitio ſalutaris. pecca-
tis mortui.
Secũdo anime exaltatio ſingularis. iuſti
cie viuamus.
De vtroqꝫ proſequendo primo agetur de
vita et poſtmodũ agetur de morte.

Prima pars.

¶ Quantũ ad primum.
In ſcripturis vita multiplex inuenitur:
quoniam eſt
Uita naturalis animate rei.
Uita mũdialis modice requiei.
Uita culpabilis ⁊ defectuoſa.
Uita moralis ⁊ fructuoſa.
Uita clauſtralis cum ſpirituali iocundi-
tate.
Uita eternalis cũ firma ſecuritate.
¶ Prima vita naturalis ⁊c. Iſta diuidit̃
in tres ꝑtes. vñ quedã creature corpora-
les ſunt que viuunt vita vegetatiua: quo
rum vita eſt creſcere. Iſto modo viuunt
omnes plante/et arbores: in quibus eſt
anima vegetatiua. Item ſunt creature

que viuūt vita vegetatiua et ſenſitiua/ ſi-
cut aues/et aīalia bruta. quedā ſunt ani-
malia que viuūt illa duplici vita iā dicta.
etiam viuunt vita rōnali ſicut hoīes. ⁊ de
iſta vita hr̄ Gen̄. ij. Inſpirauit in faciē eiꝰ
ſpiraculū vite: ⁊ factus eſt hō in aīam vi-
uentē. Sed pōt queri quare hoīes in pri
ma etate diutius viuebāt ꝙ nūc. Rōnes
vide in ſermone. ſunt nouiſſima hoīs pe
iora priorib. dñica. iij. in quadrageſima.
¶ Scd̄a vita mūdialis. talis vita eſt ſicut
pugna militaris: ſicut ventus circularis:
ſicut fugax vapor maris: ſicut punctus li-
near. Prīo vita iſta ſicut pugna Job. vij.
Militia eſt vita hoīs ſup terrā. Sup quo
verbo loquit̄ btūs Ambro. Tantis malis
vita iſta repleta eſt: vt ī cōparatione eiꝰ/
mors remediū putetur eſſe: nō pena. Nā
ideo breuem ipām fecit deus: vt moleſtie
eius: q2 proſperitate vinci nō poterāt: tē-
poris exiguitate finirētur. Nā dicit ſctūs
Job. Militia eſt vita hoīs ſuper terram.
Vita iſta militia ſiue pugna. Siquidē hō
in triplici loco habet exiſtere tripl'r. In ce
lo exiſtit in ſtatu leticie: in inferno in ſta-
tu triſticie: in mundo in ſtatu militie. Ibi
inimici mūdus caro diabolꝰ cōtinue nos
impugnāt: ergo ſobrie iuſte ⁊ pie viuamꝰ
in hoc ſeculo. ad Titū. ij. Sobrie ꝯtra car
nis voluptatē. iuſte cōtra mūdi cupidita
tē. pie cōtra diaboli poteſtatē. Item vita
mūdialis eſt ſicut ventus circularis. Iſte
vētus circularis ſeu turbinis: qui rē quā
agitat: qn̄ꝗ ad magnā diſtantiā eleuat et
exaltat: ſed ille ventus deficit cito et eua-
neſcit: et illa res ſic agitata a vento: cadit
ad terrā. Sic moraliter iſte ventus eſt vi-
ta preſens: que cū tpe circūfertur. nam de
die trāſit ad noctē: de nocte iterū ad diē:
de mēſe ad mēſem: de anno ad annū. Tē-
poralis eſt iſta vita: ideo cū vento tranſit.
Memēto dn̄e: q2 vētus eſt vita mea. Job
vij. Qn̄ꝗ accidit ꝙ multi ꝑ ſecularē pru-
dentiā/in hac vita in diuitijs et honoribꝰ
exaltātur. ſed certū eſt ꝙ talis vētus ceſſa
bit aliqn̄ et ſatis breuiter. vn̄ Aug. in ſer-
mone de die nouiſſimo. Neceſſe ē (inqt)
vt moriamur. Pena certa eſt. ſ. pena mor
tis: hora incerta quā neſcimus. Iſte vētꝰ
turbinis incertꝰ eſt: q2 neſcit̄ quātū dura-
bit: iō eleuati ⁊ exaltati ad diuitias et ho
nores decipiūtur: q2 per mortē cito cadūt
ad terrā. de quibꝰ Job. xxi. Erunt ſicut pa
lee ante faciē vēti: ⁊ ſicut fauille quas diſ-
pergit. Itē iſta vita ſicut vapor ⁊c̄. Jaco.
iiij. Que eſt vita vr̄a? Vapor eſt ad modi-
cū parēs: ⁊ deinceps exterminabit̄. Que
eſt vita? vtiꝗ fragilis. labilis eſt em̄ ſicut
vitrū pulchrū qd̄ de facili frangitur. Que
eſt vita veſtra? Rn̄det̄ īmediate vapor ſu-
mus ſeu nebula trāſitoria: breuis ad mo-
dū vaporis. Defecerunt ſicut fumus dies
mei. in pſ̄. Hippocrates in prin. aphoriſ-
moꝝ. Vita breuis: ars do longa: tp̄s aūt
acutū: experimētū fallax: iudiciū aūt diffi
cile. Deinceps exterminabitur. Iſte eſt fi-
nis vite: qm̄ exterminare eſt extra termi-
nos vite ponere: quod fit per mortē. Re-
citat̄ in hiſtoria barlaā/ ꝙ quidā hō trāſ-
iens per quandā ſiluā fugiebat a facie cu
iuſdā draconis: ⁊ pre timore aſcēdit quā-
dā arborē: ⁊ reſpiciēs/ſubtus vidit foueā
profundā valde: in qua erat draco terribi
lis. Itē ad radicē arboris vidit duos mu
res: vnū albū/⁊ vnū nigrum: qui cōtinue
radicem arboris corrodebāt. In fouea vi
dit magnū ignē. Cōſiderās ergo radicem
arboris/ vidit quattuor capita ſerpētum
radicē arboris cōſumētia: vlterius ocl'os
eleuās ſuperius: vidit de ramis diſtillare
modicū mellis: q̄ totaliter oblitus pericu
lū in quo erat: cepit comedere de illo ro-
re melliſluo multū auide: et ſubito corro-
ſa radice a muribꝰ: cecidit in foueā/ in os
draconis/et in ignē. Moraliter applican
do hō in ſilua eſt quilibet viuēs ī hoc mū
do maligno. draco ſeu vnicornis ipſum in
ſequēs/eſt mors corpis ꝯtinue inſequēs:
et finaliter cōprehēdēs ipm̄. mel diſtillās
eſt modica delectatio huius mundi. mus
albus eſt dies: mus niger eſt nox quibus
vita preſens cōtinue conſumit̄. quattuor
capita aſpidū ſunt quattuor q̄litates ele
mētoꝝ vtpote calidū ⁊ frigidū humidū ⁊
ſiccū ex quibus cōponit̄ homo. quid ſeq-
tur? finaliter cū quis delectat̄ mellea dul
cedine huius mūdi: ſubito cadit arbor. i.
vita hoīs: et homo cadit in foueā ſeu ba-
ratrū inferni et dānatur. ergo vita vapor
trāſitoriꝰ nimis breuis. Cui alludit illud
Sap. ij. Exiguū et cū tedio eſt tēpus vite
noſtre. ⁊ ſequit̄. Trāſibit vita nr̄a tāꝗ ve
ſtigiū nubis. vn̄ Aug. Vita iſta dubia vi-
ta incerta erūnoſa: quā honores tumidāt
dolores extermināt: ardores excecant: ae-
ra morbidāt; eſce inflāt; ieiunia macerāt:

ioci ſoluūt: ſollicitudo coarctat: ſecuritas
hebetat: diuitie iactāt: paupertas deijcit:
iuuētus extollit: ſenectus incuruat: infir-
mitas frangit: meror deprimit: et poſt hec
oīa mors interimit: vniuerſis gaudijs fi-
nē imponēs: ita vt cū eē deſierit nec fuiſſe
puteт̄. ¶ Itē vita iſta vt punctus ſe hȝ ad
lineā ſine ꝓportione. ita magis vita pre-
ſens ad futurā ſine ꝓportione: qm̄ iſta cū
fine: futura autē ſine fine. De iſta vita ſic
poſtillata loquit̄ ſctūs Job ſui lib. xiiij. c.
Hō natus de muliere breui viuēs tpe ⁊c̄.
Itē Aug. li. ſolilo. O vita fallax ⁊ vmbra-
tica/ plena laqueis multis: nūc gaudeo:
ſtatim triſtor: nūc vigeo: ſtatim infirmor:
nunc viuo: ſtatim morior: nunc felix: ſta-
tim miſer: nunc rideo: ſtatim fleo: hinc
tremor: hinc timor: hinc fames: īde ſitis:
hinc calor: hinc frigus: hinc languor: in-
de dolor exuberat: ſubſequitur inopinata
mors/q̄ mille modis miſeros hoīes rapit
et cōcludit: adiuua me fortitudo per quā
ſubleuor: ſuccurre mihi virtus ꝑ quā ſuſti
neor: veni lux ꝑ quā video: appare gloria
per quā gaudeo: appare inquā ⁊ viuam.
¶ Tertia vita principalis culpabilis ⁊c̄.
Iſta eſt vita maloꝝ: vita hoīm pctōꝝ: que
aīe multū dr̄ eſſe periculoſa: qm̄ ipſam ſe-
quit̄ periculū mortis. nā de talibꝰ ſcriptū
eſt in pſ̄. Deſcendēt in infernū viuentes.
Similes ſunt totaliter ſeruitoribꝰ dn̄oꝝ ⁊
patrūfamilias q̄bꝰ de ſero dat̄ modicū de
candela cū qua vadāt ad lectū cū lumine.
accidit ꝙ tales fatui ſeruitores invigilan
do ⁊ trufando expendunt illā candelā mo
dicā: intātū ꝙ ſine lumine vadūt ad lectū
et in tenebris. Moraliter pr̄familias deꝰ
pr̄: qui hoībus ſeruitoribus ſuis dat mo-
dicū de cādela: modicū de vita preſenti ac
cōmodat ⁊ preſtat. j. Eſdre. ix. c. Facta eſt
depcatio noſtra ad dn̄m deū noſtrū: vt di
mitterent̄ nobis relique: et daret̄ pax illiꝰ
in loco ſctō eius: ⁊ illuminaret oculos no
ſtros deꝰ noſter: et daret nobis vitā modi
cam. Iſta eſt candela modica data nobis:
cū qua pergamus ad lectū paradiſi: ſȝ nō
nulli qui iſtā cādelā expēdūt in malis vſi-
bus: vtpote in vitijs ⁊ pctīs/ intātū ꝙ ſi-
ne lumine gratie vadūt ad lectū inferni: q̄
poterūt dicere. In tenebris ſtraui lectulū
meū. Job. xvij. Super tales veniet mors
ſup illos: vt deſcendāt in infernū.
¶ Quarta vita moralis grata ⁊ virtuoſa:
quā ducunt iuſti electi ⁊ boni. Iſtā vitam
optabat patriarcha iacob: q̄ dicebat filijs
ſuis. Emite nobis neceſſaria: vt poſſimꝰ
viuere. Gen̄. xlij. In quibus verbis oſten-
dūtur tria q̄ requirunt̄ ad iſtā vitā habē-
dam et poſſidendam. vtpote
Motus preueniens. emitte nobis.
Virtus ſuperueniens. neceſſaria.
Fructus proueniēs. vt poſſimus viuere.
¶ Primū ⁊c̄. In iſtis emptionibꝰ tēporali
bus mercator dat qd̄ ſuū ē: vt accipiat qd̄
ſuū nō eſt. Sic ſuo mō q̄libet in receptio
ne: q̄ eſt receptio gr̄e: dȝ facere qd̄ ī ſe eſt:
et ſe diſponere quatenꝰ faciat ſe dignū vt
deꝰ gratiā ſibi infundat offerēdo bonā vo
lūtatē: bonū ꝓpoſitū. Apoca. iij. Suadeo
tibi emere a me aurū ignitū ꝓbatū: vt lo
cuples fias. Diſpoſitio em̄ ꝑncipalis ī ho
mine ad hoc ꝙ ſit dignꝰ gr̄a: cōſiſtit ī duo
bus. In declinare a malo: et in facere bo-
nū. Cōſiſtit declinare a malo: in auferen-
do culpā: que cōtrariat̄ gr̄e. nec pn̄t ſtare
ſimul. Nolo mortē pctōris: ſȝ magis vt cō
uertat̄ ⁊ viuat. Anteꝗ deꝰ infundat gra-
tiā neceſſe eſt ꝙ ſimꝰ mortui pctō: ſi iuſti-
cie cupimꝰ viuere. ¶ Itē reqrit̄ virtꝰ ſup-
ueniēs: q2 ſequit̄ nobis neceſſaria. Dicūt
aſtrologi ꝙ anteꝗ infans dr̄ eē viuax opȝ
et eſt neceſſe ꝙ q̄libet planeta influat ſup
eū ꝑ vnū mēſem: ⁊ ſic natꝰ ſeptimo menſe
pōt viuere: ꝓ eo q2 tūc ſeptē planete per
ordinē fluxerūt. Sic moral'r neceſſe eſt ꝙ
in nobis ſeptē: hoc eſt vniuerſitas virtutū
operet̄ in nobis anteꝗ infundat vitā gra
tie ī nobis ꝑſertim ⁊ maxime cōpūctio la
chrymarū: feruor dilectionis: ſacramentū
refectiōis: dulcor deuotiōis: dolor cōpaſ-
ſionis. Prīo neceſſaria ē cōpūctio lachry-
marū: dolor interior de pctīs: ⁊ vocat̄ cō-
tritio. Nempe piſces diu ſine aqua viuere
nō pn̄t. ſic hō nō pōt vitā gr̄e obtinere ſi-
ne ꝯtritione: ſine lachrymarū cōpūctione
In pſ̄. ſcriptū eſt. Deꝰ vitā meā annūcia-
ui tibi: poſuiſti lachrymas meas in cōſpe
ctu tuo. Scd̄o neceſſariꝰ ē feruor dilectio
nis. Sine calore nihil natural'r viuere po
teſt. In ſignū huiꝰ/cor qd̄ eſt in aīali prin
cipiū vite pcipue abūdat ī calore. Sic mo
raliter non datur vita gratie hoī ſine cha
ritatis calore: ſine dilectione: ſine amore
dei et ꝓximi. Aug. lib. cōfeſſionum. Scio
aīa mea ꝙ amor eſt vita tua. et. j. Job. iij.
Qui nō diligit manet ī morte. ergo nō eſt

vita ſine dilectione. Item neceſſarium eſt ad vitã ſacrã ⁊c. Ros deſcēdēs de celo eſt cã vite in plãtis. ſic bona deuotio in hoīe vitã gratie impetrat ī eodē. De btō iohãne baptiſta legit̄ ꝙ viuebat de melle ſilueſtri: et deſignat bonã deuotionem et nō fictã. multis eñ hoībus pctōribus eſt ſilueſtris ⁊ amara licꝫ bonis ⁊ iuſtis dicat̄ dulcis. Itē dolor cōpaſſionis: pietas et mīa: ſiue cōpaſſio/ multũ diſponit ad obtinendũ gratiã vite. Prouer. xj. Clementia ꝑparat vitã. ⁊. c. xxij. Qui pronus eſt ad mīam benedicet̄. ¶ Itē tertio ſequit̄ fructus ꝑueniens: vt poſſimus viuere. fructus vite gratie eſt vita eterna: de qua ſtatim dicet̄.

¶ In quinto loco eſt vita clauſtralis: de q̄ apl's loquit̄ clauſtralibꝰ Coloſ. iij. Mortui eſtis: et vita veſtra abſcondita eſt cum xp̄o. Mortui religioſi ſunt pctō et mũdo: et viuũt xp̄o: quoꝝ vita eſt xp̄s: ſicut dicebat apl's ad Philip. j. Mihi viuere xp̄s ē et mori lucrũ. Felix vita religioſa: q꞉ pura dũ morit̄ mũdo: ⁊ q꞉ viua cũ morit̄ pctō. Iſta vita abſcōdita eſt viatoribꝰ: q̄ in hac vita preſenti peregrinant̄ in corpore. Siquidē vita grē abſcōdita eſt viatoribꝰ: q꞉ neſcit hō an ſit dignꝰ odio vel amore. Itē vita glorie etiã abſcōdita. ī pſ. Q̄ magna multitudo dulcedinis tue dñe: quã abſcōdiſti timētibus te. Item vita clauſtralis abſcōdita eſt cum chriſto.

¶ Sexto vita eterna: q̄ vocat̄ terra viuentiũ. vñ Aug. li. de ſymbolo. In illa vita nō eſt luctus: nō eſt laſſitudo: non eſt infirmitas: non eſt fames: nulla ſitis: nullꝰ eſtus: nulla corruptio: nulla indigētia: ergo illic fratres feſtinate vbi ſemꝑ viuatis. Nēpe vita ſi diligit̄: ibi acquirit̄ vbi nulla morte finit̄. Aug. in quadã epl'a. In natura rerũ ſunt aliqua que diutiſſime viuũt/ ſicut palma inter arbores. ſicuti elephas inter beſtias. ſicut phenix inter volucres. ſic btī in perpetuũ viuũt. Nũq̄ beati mortē nature culpe ⁊ pene videbũt nec ſuſtinebũt. ibi eñ fons vite qui deꝰ eſt. fons aque ſalientis in vitã eternã. Illius vite ſtatꝰ nec cogitari pōt: nec dici. vñ Anſelmꝰ ſcribēs ſorori ſue loquit̄ per hũc modũ. Nullꝰ ibi luctus: nullus dolor: nullus timor: nō triſticia: nō diſcordia: nō inuidia: non tribulatio: nō tentatio: non aeris mutatio: vel corruptio: nō adulatio: nō detractio: non egritudo: nō ſenectus: nō mors: non paupertas: nō nox: nō tenebre: nō edendi: nō bibēdi: nō dormiēdi neceſſitas: ibi fatigatio nulla. ergo ponit̄ quid eſt: ibi venerabilis Anſelmꝰ. Ibidē ſumma leticia: ſumma tranqllitas: ſumma ſecuritas: ſumma dilectio: ſumma pulchritudo: omnis boni plenitudo: ſumma requies: ſumma felicitas: vera ſanitas eterna vita. Ad quam nos perducat ieſus xp̄s ⁊c.

¶ Dñica ꝑma poſt octa. paſche. Ser. iij.

FIet vnum ouile et vnus paſtor. Iohã. x. In ſacroſancto eloq̄o vnitas in triplici differētia reperitur. ſcilꝫ

Unitas increate diuinitatis.
Unitas commendate ſimplicitatis.
Unitas aggregate communitatis.

Prima pars.

¶ Prima vnitas eſt in deo: in quo eſt vnitas ſumma/ ⁊ īdiuidua vnitas. j. Ioh. v. Tres ſunt q̄ teſtimoniũ dãt in celo ⁊c. et hi tres vnũ ſunt in eſſentia. Et qualiter deꝰ vnus? Rñdeo vnus in dignitate: vnus in raritate: vnus in charitate: vnus in ptãte. ꝓpter primũ eſt: ꝓpter ſcdm eſt ꝯſeruãdus: ꝓpter tertiũ eſt diligēdus: ꝓpter quartũ eſt formidãdus. Primo vnꝰ eſt altiſſimꝰ creator oīpotens et metuēdus nimis. Ecci. j. et q꞉ ſingulariter vnꝰ: dꝫ pre ceteris honorari. Itē vnꝰ in raritate: q꞉ vnꝰ eſt ⁊ ſcdm nō hꝫ. Eccl's. iiij. Sil'is aui phenici: q̄ in ſua ſpecie vnica repit̄. Iſtã vnitatē cognouit btũs Augu. cũ dic̄ ⁊ ꝯfitet̄ ī li. ſolilo. Cognoui (inquit) te vnũ deũ verũ eternũ oīno ſimplicē: īdiuiſamq꞉ naturã: patrē a nullo: filiũ a p̄re: ſpm̄ ſctm̄ pariter ab vtroq꞉: ſemper deũ trinũ ⁊ vnũ: ſolũ deũ verũ oīpotentē vnũ vniuerſoꝝ ꝑncipiũ. Cognoui te vnũ lumen: vnũ ſolē: vnũ patrē: vnã vitã: vnũ bonũ: vnũ ꝑncipiũ: vnũ finē oīm creaturarũ. Iſte vnꝰ: q꞉ clarꝰ: iō ꝑcioſus: iō ꝯſeruãdus. Itē vnꝰ in charitate. vñ nō ſolum vnitas triũ ꝑſonarũ ī deo ē rara: ſicut dictũ eſt: imo ē etiã chara: q꞉ charitas dr̄ q̄ſi chara vnitas. Iſta chara trinitas ꝑſonaꝝ in deo nō excludit ab eēntia ſimplicē vnitatē: īmēſitatē: eternitatē: īmutabilitatē: imo magis includit. Iſte vnꝰ in charitate ſimplr̄ diligit omnē creaturã. Diligis oīa que ſunt: ⁊ nihil odiſti eoꝝ q̄ feciſti. Sap. xj. c. de iſto vno loquit̄ apl's Ephe. iiij. ca. Unꝰ deꝰ ⁊ p̄r oīm: q̄ eſt ſuꝑ oēs excellētia dignitatis: ⁊ ꝑ oīa ꝑſentia maieſtatis: ⁊ ī oībꝰ ꝑ infuſionē grē ⁊ veritatis. Itē vnus in ptãte. vnꝰ ſolꝰ ⁊ nō plures: a q̄ nullꝰ appellare pōt: cũ ſit ſolꝰ dñs: ſolꝰ altiſſimꝰ. Audi iſrl' dñs deꝰ vr̄ deꝰ vnꝰ eſt. Deut̄. vj.

Secunda pars.

¶ Secũda vnitas cōmēdate ſimplicitatis: q̄ vnitas reperit̄ ī viro bono ⁊ iuſto: q̄ multũ laudat̄ ⁊ cōmēdat̄. Iſta vnitas īcludit multa moralia bona: ſicut veritatē/ ītegritatē/ ſtabilitatē. Primo iſta vnitas īcludit veritatē et excludit oēm falſitatē. Nã talis vir vnꝰ qualis eſt ī corde: talis eſt in opē. qualis interiꝰ: talis exteriꝰ. q̄lis ī apparētia talis in exiſtētia. oīa q̄ ſunt ī eo vnũ ſunt: ⁊ ad vnũ finē tēdũt: ⁊ nũq̄ ꝑ fallaciã aliud ⁊ aliud oſtendũt. Nō ſic eſt vir fictꝰ ⁊ hypocrita vnꝰ: immo falſus: aliꝰ ī corde aliꝰ in opē. aliꝰ ī apparētia aliꝰ in exiſtētia. q꞉ ſicut dicit btũs Aug. q̄ſquis appetit videri qđ nō eſt: hypocrita eſt. vñ Petrꝰ damaſce. Hypocriſis ſecretũ viſcus. venenũ latens: ſubtile malũ: tinea ſctītatis. hypocriſis ſecura ſimulat: ꝓſpera fallit: curioſa mētitur. Itē vnitas ſimplicitatis īcludit ītegritatē: excludēs duplicitatē. talis vir vnꝰ hoc eſt indiuiſus: qm̄ diuiſio ē cã guerre: vnio pacis. ij. Reg. xvij. Unũ virũ tu q̄ris: ⁊ oīs ppl's erit ī pace. Itē talis vnitas īcludit ſtabilitatē/ ꝯſtãtiã/ ⁊ firmitatē. Nã talis vir vnꝰ et ſimplex iuſtꝰ eſt ſtabilis cōſtãs ⁊ fortis. vñ ſalomon Eccl's. vij. Virũ de mille vnũ repperi. vir dr̄ a ꝟtute. Talis vnitas facit hoīem virtuoſum. res eñ diuiſe non ſunt ita firme ſicut qñ ſunt coniũcte in vnũ.

Tertia pars.

¶ Tertia vnitas ꝑncipalis ⁊c. Iſta eſt vnitas ſacroſctē mr̄is eccleſie: vel vnitas ſacre religiōis. vnitas īquã aggregata ex multis ꝑſonis: de qua vnitate Can. vj. Una ē colũba mea. i. eccl'ia. Nã ſicut plura mēbra ſimul iũcta faciunt vnũ corpꝰ. ſic plures ꝑſone fideles faciunt vnã eccl'iã. ſicut apl's ſcribit iſtã ſimilitudinē Roma. xij. Sicut (inq̄t) in vno corꝑe multa mēbra habemꝰ: ita multi vnũ corpꝰ ſumus ī xp̄o. Corpꝰ eccl'ia; caput xp̄s; mēbra fideles. Iſtã vnitatē ī eccl'ia ſctã ꝯſtituũt vna fides: vna ſpes ꝑmioꝝ: vna charitas aīoꝝ: vnꝰ paſtor ouiũ: vnũ baptiſma fideliũ: vnũ ſacramētale ꝯuiuiũ. ḡ ꝯcludamꝰ audacter/ ꝙ eccl'ia catholica ē vna tunica ꝑcioſa: vna ciuitas luminoſa: vna colũba amoroſa: vnũ celũ ſtellatũ: vnũ tēplũ fundatũ: vnũ ouile vallatũ. Primo vna fides ⁊c. Una eſt fides catholica: vna fides mētiũ: et pietas actionũ incollecta. Itē vna ſpes. Uocati eſtis ī vna ſpe vocatiōis veſtre. Ephe. iiij. Itē vna charitas chara vnitas: q̄ ſic fecit hoīem deo charũ ꝙ ex deo et hoīe factũ eſt vnũ. Iſta tria ſunt tria tabernacula illa: de q̄bus Mat. xvij. Faciamus hic tria tabernacula. tibi vnũ: moyſi vnũ: ⁊ helie vnũ. Itē eccl'ia eſt vna tunica incōſutilis deſuꝑ cōtexta ꝑ totũ: q̄ diuiſa nō fuit: figurãs eccleſiã que ſcindi nō poteſt. Itē eſt vna ciuitas de qua Eſa. xix. Ciuitas ſolis vocabit̄ vna. Ciuitas q̄ſi ciuiũ vnitas: deſignãs vnitatē xp̄ianoꝝ ꝯ errorē grecoꝝ: q̄ vnitatē eccl'ie negãt: et ptãtē petri plus q̄ alioꝝ apl'oꝝ nullatenꝰ cōfirmãt. Itē eſt vna colũba: ſicut dictum eſt. Una ē colũba mea. Cañ. vj. Itē vnꝰ paſtor ouiũ. ī themate. vnꝰ paſtor. Hic ſciēdũ ꝙ ſicut eſt de corꝑe phyſico: ita ē de corpore myſtico: ſicut ꝓbat apl's. j. Cor. xij. Sicut eñ ī corꝑe phyſico mōſtruoſum eſt videre duo capita: ita ī corpore myſtico duos paſtores. ergo vnus paſtor. Itē q꞉ ſi ſint duo paſtores: vel duo ꝑncipes/ impediet̄ pax in republica. probat̄ qm̄ ſi aliq̄s offendat vnũ: fugit et vadit ad alterũ. ſicut anglicꝰ vadit ad gallicos. ⁊ iſto modo impeditur iuſticia: et ꝑ cōſequens pax: qm̄ a iuſticia originatur pax. qm̄ opus iuſticie pax. xij. Metaphyſice ſcriptuꝫ eſt. Nec pluralitas principatuũ bona eſt: vnꝰ ergo princeps. ergo vnꝰ paſtor ī eccl'ia dei. Tertio ⁊c. certũ eñ eſt orbē eſſe connexum: al's enim orbis vnus nō eſſet: vt ꝓbat Ariſto. xij. Metaphy. ſed iſta cōnexio nō eſſet in orbe niſi per ſpecificum ordinē creaturarũ vnius ab alia: ergo tēporalis ſub ſpirituali: ⁊ nō ecōtra. Cōſtat cũ ſpũalis ſit potior ⁊ nobilior tpali. ḡ ī orbe vnꝰ paſtor. Quarto cōiter ptãs a deo eſt. Sap. vj. Data eſt a dño poteſtas vobis. et ad Roma. xiij. Non eſt poteſtas niſi a deo. ⁊ vtraq꞉ ptãs ſpũalis et tpalis ē a deo: ⁊ iſte due poteſtates in vno ſuppoſito vnite ⁊ coniuncte fuerunt/

vtpote in perſona melchiſedech: qui fuit
rex ⁊ ſacerdos. poſtmodū diuiſe fuerunt
tpe leuitice tribꝰ:poſtremo iūcte fuerūt ī
vno ſuppoſito xpo.de quo ſcriptū eſt.Tu
es ſacerdos in eternū ⁊c.quē vocat mel⸗
chiſedech apl's in epl'a ad Heb.ca.vij.di
cēs.Hic ē melchiſedech ⁊c.Eapropt ipm
credimus fuiſſe verū totiꝰ orbis monar⸗
cham.q̄ vtraqꝫ poteſtatē ſpūalē et tpalē
dr habuiſſe:ipo teſtante qui ait Matth.
vlti.Data eſt mihi oīs ptās in celo ⁊ ī ter
ra.Nec poſt xpm qui fuit rex et ſacerdos:
legimꝰ regnū a ſacerdotio fuiſſe diuiſuꝫ:
ſed vnitū iuxta illud.j.Pet.ij.Uos eſtis
genus electū:regale ſacerdotiū. et Job.
apoc.v. Feciſti nos deo nr̄o regnū et ſa⸗
cerdotes.Itē eſt vnū baptiſma ⁊c.vnum
baptiſma.Ephe.iiij.Unū quidē ab vnita
te materie.Joh.iij.Niſi q̄s renatꝰ fuerit
ex aqua ⁊c.Item vnum ab vnitate forme
Matth.vlti.Baptizātes eos in noīe pa
tris ⁊ filij et ſpūſcti.Itē vnū ab vnitate
finis.Mar.vlti.Qui crediderit et bapti⸗
zatꝰ fuerit ſaluꝰ erit. Itē in eccl'ia vnū al
tare:vnū ſacrificiū: vnꝰ panis:⁊ vnū cor
pus multi ſumus:oēs q̄ de vno pane / et
de vno calice participamus.Item eccl'ia
vna ſicut vnū celū ſtellatū: in qua eccl'ia
ſunt luminaria multa/ preſertim vnꝰ ſol:
vna luna:⁊ ſtelle varie in ordine ſuo.Itē
vnū templū: in quo tēplo oēs nationes
vnum xpm adorāt:vnā obſeruāt regulā/
ſicut dic btūs Hiero. Itē vnū ouile:de q̄
in themate.Unū ouile ⁊ vnꝰ paſtor.Ex h
ſequitur ꝙ inſanū eſt dicere duo capita
equalia in xpianitate preſidere vtpote ī⸗
perator et papa: qm̄ hoc contradicit iſti
ſcripture.fiet vnū ouile et vnꝰ paſtor. et
alibi.ſcꝫ Zach.xiiij.In die illa erit domi
nus vnꝰ:et erit nomē eius vnū.Etiam ꝯ⸗
dicit illi articulo.Unā ſanctā eccleſiā ca⸗
tholicā.ergo bn̄ dicit.fiet vnum ouile et
vnus paſtor. Ad primū dꝫ eſſe ingreſſus
canonicꝰ ad vnū ouile. Per ſcdꝫ pbatur
prelatus autenticꝰ per vnum paſtorem.
¶ Quātū ad pmū ſciēdū eſt ꝙ Jo.x.ſcri⸗
ptū eſt. Qui non intrat p oſtium in oui⸗
le ⁊c. pbat qm̄ hmōi ouilis oſtiū ouium
eſt ſcriptura ſacra:q̄ pmittebat meſſiam
futurū monarchā ⁊ totiꝰ orbis paſtorē ge
neralē. ſcꝫ qui ſacras ſcripturas īpleret:
ſed ille ſolus qui ſcripturas impleuit fuit
xps:g ſolꝰ xps intrauit p oſtiū ſcripturas
īplendo:⁊ oēs alij qui intrauerūt p tectū
et tegulas fuerūt latrones et fures.

¶ Quantū ad ſcdm pōt queri quis eſt bo
nus paſtor:et que requirunt ad bonū pa
ſtorē. Siquidem bonus paſtor habet

Gregem pecellere.
Gregem defendere.
Gregem dirigere.
Gregem reficere.
Gregem corrigere.
Gregem adducere.
Gregem agnoſcere.

¶ Primo paſtor bonus ⁊c.dꝫ em̄ precelle
re gregē in vita/potētia/iuſticia/ſciētia/
et doctrina.quatenꝰ tantū diſtet vita ſub
ditoꝝ a vita prelati:quantū diſtant oues
a vita paſtoꝝ. maxime dꝫ pcedere in po⸗
tētia:al's paſtor ſeu iudex iudicis ſeu pa⸗
ſtoris non dꝫ vſurpare officiū.iuxta ſapiē
tem Eccl'i.vij. Noli q̄rere fieri iudex: niſi
valeas virtute irrūpere iniq̄tates. Item
dꝫ precellere in ſciētia: q̄tenus ſciat ſeip⸗
ſum et ſubditos gubernare: al's nō ſit pa
ſtor.Nota petro dictū eſt.paſce oues me
as:nūc inunge et tonde.Bern̄ ſup canti⸗
ca canticoꝝ ſermone. Narrat valeriꝰ ma⸗
ximꝰ de cornelio ꝙ cū ſibi offerret hiſpa⸗
nia ad regendū recuſauit dicens ſe inuti⸗
lem ad regendū. ¶ Scdo prelatꝰ ſeu pa
ſtor hꝫ gregem ptegere ⁊ defendere. Jo.
x.Bonus paſtor ponit aīam ſuā pro oui⸗
bus ſuis.i. vitā.Nempe platꝰ ſeu paſtor
hꝫ ſe opponere p grege ſibi commiſſo cō
tra lupos:ꝯ hereticos: ꝯtra ſciſmaticos:
tyrānos ſi ſit neceſſe exēplo boni paſtoꝛ̄
xpi:qui dedit aīam ſuā p ouibꝰ ſuis. Nō
ſic multi qui hodiernis tpibus non reſi⸗
ſtūt:nō ptegūt:nō defendūt:īmo fugiūt
ſicut mercēnariꝰ videns lupū venientem
fugit.ideo venit lupus rapit et diſpergit
oues.Lupi ſeculares tyrāni rapiūt diſp⸗
gunt grauāt multꝭ modis pplꝫ ſimplicē:
et nō eſt q̄ reſiſtat.nō eſt qui ſe opponat.
Eſa.xxxj.Fugit leo cū concurrit multitu⸗
do paſtorū.Talis paſtor fuit rex dd̄ anq̄
eſſet rex:cū eſſet ouiū paſtor:ſicut hr̄ in.j.
lib.Reg.xvj.Paſcebat ſeruꝰ tuꝰ pris ſui
gregem:et veniebat leo vel vrſus : ⁊ tolle
bat arietē de medio gregis:et pſequebar
eos et pcutiebā: eruebāqꝫ de ore eorum.
Modo ſi li platꝰ bonus ⁊ idoneꝰ tenetur
ouē ſic raptam iniuſte tpal'r ſeu ſpūal'r in
aīa et corpe erigere defendere iuxta poſſe

vn̄ Chryſ.Cadit aſina ⁊ eſt q̄ ſubleuat eā:
cadit aīa ⁊ nō eſt q̄ curet. ¶ Tertio bonus
paſtor hꝫ gregē dirigere ſicut dirigebāt il
li paſtores:de q̄bꝰ Luc.ij. Paſtores erāt ī
regione eadē vigilātes ⁊ cuſtodiētes vigi
lias noctis ſup gregē ſuū.Sꝫ quō diriget
aliū q̄ ſeipm dirigere neſcit:quō cecꝰ ceco
prebebit ducatū: nōne ambo in foueā ca
dēt : Sūt q̄ppe nōnulli q̄ ppt ignorātiā
magnā ī ſermonibꝰ/ ī nouis q̄ſtionibꝰ po
pulū a veritate abducūt.ꝯtra q̄s Jac.iij.
Nolite plures magr̄i fieri fratres mei ſciē
tes ꝙ maius iudiciū ſumitis. Nolite ap⸗
petere cathedrā magiſtralē niſi habeatis
in vobis ſapiētiā ſalutarē.Tales ignorā⸗
tes paſtores maius ſumūt iudicium. hoc
eſt maiorē merētur dānationē. docet Se⸗
neca in lib.de clemē.ad neronē: ꝙ turpiꝰ
⁊ cōfuſibilius eſt medico publice noīato
ꝙ ſub cura ſua multa ſunt funera:ꝙ cui⸗
cūqꝫ alteri imperito q̄ ſe modicū in talibꝰ
intromiſit. Sic ē de paſtoribꝰ ⁊ platis.ꝙ
ſi ex eorū ignorātia aliq̄s error ſequat vel
fiat ī grege ſibi cōmiſſo:ꝯfuſio extrema ſe
quet eos. Et reuera ſic eſt de multis ſicut
de quodā medico imperito: q̄ preſumpſit
hr̄e curā de quodā graui īfirmo:quē occi⸗
dit ex ignorātia medicine. ⁊ cū de hoc ar⸗
gueret libros inſpiciēs cōparit ꝙ fecerat
cōtra pncipia artis ſue. Cui q̄dā ſapiens
dixit. O medice ppoſtere egiſti:q: priꝰ re⸗
ſpicere⁊ poſtea curare debueras. ¶ Quar
to bonus paſtor hꝫ gregē reficere duplici
pabulo corporali⁊ ſpūali. Paſtor em̄ dr a
paſcēdo: p eo q: ipſe conet gregē paſcere
et fouere paſtura eruditiōis et tpalis ſub
uētiōis. Eccl'i.xviij. Qui miām hꝫ:docet ⁊
erudit quaſi paſtor gregē ſuū.ꝯ multos q̄
ſeipſos diligētiſſime paſcūt ī delitijs,mul
tis:de grege tn̄ pauperrimo modicā curā
habentes. Johel'.j. Mugierūt greges ar⸗
mētoꝝ:q: nō ē paſcua eis. ꝯ q̄s p Ezech.
xxxiiij. Ue paſtoribꝰ iſrael qui paſcebāt ſe
metipos. (ſequit) Lac comedebatis ⁊ la⸗
nis operiebamini. ¶ Quinto paſtores ha
bēt gregē corrigere per potētiā ⁊ iuſticiā.
Ad bonū paſtorē ſeu platū ptinet corrige
re delinquētes.nec hoc ē malicia:ſed ma
gis iuſticia ⁊ clementia. Sꝫ nōnulli plati
negligētes ī corrigēdo ſiles dormiētī: de
cuiꝰ manꝰ cadit baculꝰ paſtoralis: vt cui⸗
libet dicat qd̄ fuit dictū pncipali paſtori.
Simō dormis. Mar.xiiij. Talis platꝰ ſeu
paſtor negligēs in corrigēdo: dr idolū Za
cha.xj. Ex defectu correctiōis ſequūt mul
ta mala. Priō ſequit gregis īfectio:q: ſic
vna ouis morbida īficit aliā ſanā.ita vnꝰ
pctōr inficit aliū ſeu alios. Itē ſequit re⸗
bellio:q: cōiter tales q̄ nō corrigunt ſuis
platꝭ rebelles efficiunt. Itē delictoꝝ mul
tiplicatio ſicut dicit ſcriptura. Q: nō pro
fert cito ꝯ malos ſnīa:abſqꝫ timore vllo fi
lij hoīm ppetrant mala. Eccl's.viij. Male
quippe accidit heli q: nō corripuit filios
ſuos pctōres.j.Reg.iiij. ¶ Sexto ad bo⸗
nū paſtorē ſeu platū partiū gregē adduce
re: vbi thema. Alias oues habeo que nō
ſunt ex hoc ouili:⁊ illas opꝫ me adducere
Ad bonū platū ptinet ſubditos adduce⸗
re.hoc ē cōgregare:vnire:nō diſpgere:nō
diuidere:nō minuere:ſed magis numerū
augmētare.ſic paſtor ouiū iacob fecit exē
plo virgaꝝ.nihil em̄ tātū multiplicat fide
les et ipos ꝯſeruat ī bono ſicut exēplū bo
noꝝ platorū.vn̄ ſcriptū ē:ꝙ paſtor cū emi
ſerit oues:vadit ante eas.Tūc ē ſignū bo
ni paſtoris q̄n vadit ante nō retro per exē
plū bone vite:q: tūc oues p bonā vitā ſe⸗
quūtur talē paſtorē. ¶ Septimo ad paſto
rē ptinet ⁊c.vbi thēa. Cognoſco oues me
as:⁊ cognoſcūt me mee. Siq̄dē q̄n eſt mu
tua cognitio īter paſtorē ⁊ oues: ſignū eſt
boni paſtorꝭ.vn̄ plato dr.Diligēter agno⸗
ſce vultū pecoris tui. Prouer.xxvij. Habe
ant g paſtores nr̄i clemētiā vt gregē refi⸗
ciāt.iuſticiā vt gregē corrigant.potētiam
vt gregē protegāt.taliter ſe habeāt vt ip⸗
ſi vna cū grege ſibi credito ad paſcua eter
na perueniant. Amen.

¶ Dñica ſcda poſt oct.paſche. Sermo.j.

FRaternitatē di
ligite:deū timete:regē ho⸗
norificate.j. Pet.ij. Q: in
rege nr̄o eterno et glioſo ē
ineſtimabilis pietas ⁊ cle⸗
mētia:īſuperabilis virtꝰ ⁊ potētia:īcōpa
rabilis bonitas et excellētia: ſibi debetur
amor ⁊ timor honor ⁊ reuerētia. Amor rō
ne clemētie. timor rōne potētie. honor rō
ne excellētie. Primo ī rege nr̄o reperit cle
mētia. vn̄ Seneca de clemētia ad neronē
li.j.c.v. Nullū clemētia ex oībꝰ/magis ꝙ
regē aut pncipē decet.⁊ ſubdit:ꝙ nō mi⸗
nus turpia ſunt regi multa ſupplicia : ꝙ
medico funera. Itē egiſippꝰ de clementia

Titi impatoris romani narrat ꝙ cū eſſet
in obſidione hierl'm: ⁊ q̄dā mulier come
diſſet filiū pre fame: ex clementia fleuit di
cēs. ſi iudei clemētes ſibiipſis fuiſſent: īue
niſſent ipm clemētem. Prouer. xx. Mia ⁊
veritas cuſtodiūt regē: ⁊ roborat᷑ clemen⸗
tia thronꝰ eiꝰ. Juſticia ⁊ mīa cuſtodiūt re
gē ī aīa ⁊ ī corꝑe. et eſt optima mixtura in
principe mīa ⁊ iuſticia: qm̄ mīa ſine iuſti⸗
cia declinat in remiſſionem. Juſticia ſine
mīa declinat ī tribulationē ⁊ crudelitatē.
Qꝛ iſte rex ē ſic clemēs: ſibi debet᷑ amor. ⁊
bonꝰ rex plꝰ ⁊ magis vult diligi q̄ꝫ timeri
a ſubditis. ⁊ multo meliꝰ eſt ſibi. vñ Jſid.
de ſummo bono. Talē te redde ſubditis:
vt magis ameris q̄ꝫ timearis. Et Bern. lo
quēs ꝑſidētibꝰ. Studete magis amari q̄ꝫ
timeri. Pōt eē ratio: qꝛ dilectio malū nō
operat᷑ ꝯ dilectū. Rom. xiiij. Jtē dilectio
facit ſubditū regi faciliꝰ obedire. qm̄ amā
ti nihil ē difficile. ij. Timoth. j. Nō dedit
nobis deꝰ ſpm̄ timoris: ſꝫ virtutis ⁊ dile⸗
ctiōis. Scdo ī rege nr̄o īuenit᷑ īfinita po⸗
tētia: ⁊ bñ decet talē ⁊ tantū regē. Narrat
Ariſto. iij. Polit. ꝙ ad bonū regē eſt potē
tia neceſſaria: quatenus faciat punire ma
los: ⁊ leges faciat obſeruari. Nēpe poten
tia reddit p̄ncipē magis audacē. vnde de
Julio ceſare legit᷑: ꝙ ipe in bello nūq̄ꝫ di⸗
xit ite: ſed ſemꝑ venite. ſemꝑ em̄ p̄cedebat
oēs ꝓpter audaciā. De potētia regis eter
ni hr̄ Eccī. j. Unꝰ eſt altiſſimꝰ creator oīm
oīpotens ⁊ rex potēs et metuēdus ⁊c̄. Jn
q̄bꝰ verbis appet ꝙ iſti regi attribuit᷑ po
tētia creatiua vbi dicit᷑. creator oīm oīpo
tēs. potētia regitiua vbi dr̄: ꝙ rex potēs.
potētia iudicatiua vbi dr̄. metuēdus. Qꝛ
ſic potēs ē rex nr̄: ſibi debet᷑ timor. Lu. xij.
Timete illū qui poſtq̄ꝫ occiderit: hꝫ ptātē
mittere ī gehēnā. Sꝫ q̄d tyrānꝰ: potēs in
corpore ſolū: iſte ī aīa ⁊ in corꝑe. tyrānꝰ in
pena tꝑali ſolū: iſte ī eterna. tyrānus ſolū
potēs ī vita p̄nti: iſte ⁊ poſt vitā. ḡ illū ti⸗
mere. Tertio ī rege nr̄o inuenit᷑ excellētia
vtpote excellēs ī bonitate: ī virtute: in ſa⸗
piētia. Narrat Ariſto. iij. Polit. ꝙ prudē⸗
tia ⁊ ſapiētia eſt virtꝰ ꝓpria principis. et
Boe. j. de ꝯſol. dic̄. Beatas fore reſpubli⸗
cas ſi eas ſtudio ſapiētū regi: vel earū re
ctorē ſtudere ſapiētie ꝯtigiſſet. Exēplū de
Julio ceſare. de Karolo magno: q̄ ſtudio
ſapiētie ītēdebāt de nocte. de die aūt ī gu
bernatione reipublice. Patet hoc etiā de
Theodoſio: ⁊ multis alijs: q̄bꝰ dr̄. Diligi⸗
te ſapiētiā vt ī ꝑpetuū regnetis. Sap. vj.
Rex nr̄ magnꝰ ī ſapiētia. Rex magnꝰ ego
dicit dñs. Malach. j. īmo rex regū ⁊ dñs
dominātiū. et ob hoc ſibi debetur honor.
Regi ſeculoꝝ īmortali ⁊ inuiſibili ſoli deo
honor ⁊ gl'ia. Legimꝰ in ſcriptura multos
reges fuiſſe honoratos. Dauid ꝓpter cle
mētiā. Salomō ꝓpter ſapiētiā. Aſuerꝰ ꝓ
pter magnificētiā. Judas machabeꝰ pro
pter audaciā. Nabuchodonoſor ꝓpter po
tētiā. Tria ſupradicta q̄ debētur regi nr̄o
xp̄o: ponunt᷑ ī themate vbi dr̄. Fraternita
tē diligite: deū timere: regē honorificate.
Jn primo iſtius regis bonitas adamat᷑.
fraternitatem diligite.
Jn ſcdo eiꝰ ptās formidatur. deū timete.
Jn tertio eius ſublimitas exaltatur. regē
honorificate.

Prima pars.

¶ Quantū ad primū ⁊c̄.

vbi ſciendū ꝙ inter illos dr̄ eſſe bona fra
ternitas: et per conſequēs dilectio
Qui procedunt ex vna proſapia.
Qui non recedunt in vna poſſeſſione he⸗
reditaria.
Qui militāt ſub vna regulari obſuātia.
¶ Prīa fraternitas dr̄ eē inter illos q̄ ꝓce
dūt ab vna radice: ab vno p̄re: ab vno ſti⸗
pite. Roma. ix. Qui ſunt cognati mei ſm̄
carnē: q̄ ſūt iſraelite. ꝓ q̄bꝰ ipe apl's opta
bat anathema eē: ⁊ ſic vehementer dilige
bat iſtā fraternitatem. Sic oēs filij iacob
vocabāt ſe fratres. Gen. xlij. Oēs filij vniꝰ
viri ſumꝰ. ⁊ ibidē. Duodecim fratres ſerui
tui ſumꝰ: filij viri vniꝰ. Talis fraternitas
eſt īter hoīes mūdi: q̄ ab vno p̄re adā oēs
gnal'r ꝓceſſert. Oēs vos fr̄es eſtis. Mat.
xxiij. De tali fraternitate interrogabat io
ſeph cū dicebat. Fratres meos q̄ro. Gen.
xxxvij. ¶ Scda fraternitas eſt īter oēs ca⸗
tholicos xp̄ianos q̄ ſeruāt vnā legē: tenēt
firmiter vnā catholicā fidē: credūt in vnū
creatorē: colunt vnū redēptorē: de q̄ Luc.
xxij. nā fuit dictū petro apl'o. Tu aliqñ cō
uerſus ꝯfirma fr̄es tuos. ſupple in fide. ⁊
Joh. xx. Uade ad fr̄es meos: ⁊ dic eis ⁊c̄.
Jnter tales appet fraternitatis dilectio
Qñ frater a fratre non leditur.
Qñ frater a fratre inſtruitur.
Qñ frater a fratre corripitur.
Qñ frater a fratre in neceſſitate iuuatur.
Qñ frater cū fratre pacifice cōſeruatur.
Qñ frater a fratre humiliter ſupportat᷑.
¶ De dilectiōe iſtiꝰ fraternitatꝭ hr̄. j. Joh.
iiij. Hoc mandatū habemꝰ a deo: vt q̄ dili
git deū: diligat ⁊ fratrē ſuū. ¶ Tertia fra⸗
ternitas ⁊c̄. Jſto mō vocati ſūt fr̄es abraā
et loth multū pacifice viuentes ⁊ dicētes.
Ne q̄ſo ſit iurgiū īter me ⁊ te: ⁊ īter paſto⸗
res meos et paſtores tuos: fr̄es em̄ ſumꝰ.
Gen. xiij. ¶ Quarta fr̄nitas ⁊c̄. Talis fr̄ni
tas īter regulares reꝑit᷑: īter q̄s dꝫ eē dile
ctio ꝓpt᷑ vnitatē quā habēt īter ſe: cū ſint
vnū habitū deferētes: vnū p̄ronū venerā
tes: vnā regulā obſeruātes: ſub vno clau⸗
ſtrali dñio: ſub vno carnali edulio: ſub vno
voto obligatorio. de dilectiōe iſtiꝰ fr̄nitatꝭ
hr̄ ī regula btī Augu. Añ oīa fr̄es chariſſi
mi diligat᷑ deꝰ: deinde primꝰ ⁊c̄. ⁊. j. Pet.
iij. Sitis vnanimes fraternitatis amato⸗
res. ⁊ in themate. Fraternitatē diligite.

Secunda pars.

¶ Quātum ad ſecūdum

articulū vbi dr̄. Deū timete. q̄rit᷑ q̄bꝰ ſim⸗
pl'r ꝑ apl'm Petrū dr̄ deū timete? Rñdeo
dirigit᷑ multis generibꝰ hoīm: vtpote
Peccantibus vt peniteant.
Penitentibus vt magis doleant.
Pugnantibus vt laborent.
Patientibus ne deficiant.
¶ Prīo peccantes deū timete: q̄ hꝫ vos iu
dicare: nec poteritꝭ euadere: nec ad aliquē
appellare. ḡ deū timete. O miſeri pctōres
ſi vultis a pctīs liberari timete penā īfer⸗
nalis īcēdij. timete examē gnālis iudicij.
timete mortē ⁊ finē tꝑalis ſpacij: vt q̄libet
dicat. A tribus timuit cor meū. Eccī. xxvj.
Ergo timete: qꝛ timor dñi expellit peccatū
Eccī. j. et per timorē declinat oīs a malo.
Prouer. xv. ⁊ Eccī. xxj. Qui timet deū con
uertet᷑ ad cor ſuū ꝑ ꝯtritionē de pctīs. Ex
periētia docet ꝙ latro videns iudicē ipm
īſequērē ꝑ timore ipiꝰ rē furtiuā ꝓijcit ad
terrā. Sic pctōr ſciēs ſuū iudicē aſſiſtere
añ ianuā. ¶ Jtē ſcdo dirigitur deū timete
penitētibꝰ: q̄ bꝰ timor īpetrat veniā de pec
catis. Si ſeruꝰ a timore dñi ſui/ quē offen
dit: penitet ⁊ hūiliter cōfitet᷑ reatū ſuū: ⁊
ꝓmittit bonā emēdā: ſic ptꝫ Luc. xv. de fi
lio ꝓdigo q̄ ꝓpter verā p̄niam ꝑ patrē ad
veniā admiſſus. Eccl'i. ij. Qui timēt dñm
inq̄rēt q̄ bñplacita ſunt ei. Eccī. j. Qui ſi⸗
ne timore dñi ē nō poterit iuſtificari ꝑ pe
nitētiā. ḡ penitētibꝰ ē neceſſariꝰ tīor dñi.
Nā timor dñi mūdat animā a pctīs p̄teri
tis: ⁊ prohibet a cōmittēdis. ḡ penitētes
deū timete. ¶ Jtē dirigit᷑ deum timere pu
gnātibꝰ. Siq̄dē timor īgerit ſollicitudīeꝫ
et excludit negligētiā ī negocijs iuxta illū
Eccl'i. vij. Qui timet deū nihil negligit. et
Prouer. xiiij. Jn tīore dñi fiducia fortitu⸗
dinis. Et ī pugna ī q̄ ſumꝰ īdigemꝰ fortitu
dine ⁊ timore. Eccī. xxvij. Si nō in timore
dñi tenueris te inſtāter: cito ſubuertet᷑ do
mus tua. Et Greg. ī mora. Jn via ſcl'i tīor
dei debilitat: ī via dei fortitudinē gignit.
¶ Jtē dirigit᷑ deū timete patiētibꝰ. Expiē
tia docet ꝙ īfirmꝰ timēs mori ſciēs ꝑ mor
tē ſepari aīam a corꝑe: libenter recipit po
tionē amarā: ⁊ libēter tenet dietā ⁊ facit ab
ſtinētiā. Sic moral'r ē ꝙ timēs ſeparari a
deo ꝑ aliq̄d mortale pctm̄: libēter ſuſtinet
tribulatiōes ⁊ patiēter. Propt᷑ tētatiōes
et tribulatiōes q̄s ſctūs Job ſuſtinuit: vo
catꝰ ē vir rectꝰ/ ⁊ iuſtꝰ/ timēs deū: recedēs
a malo. Job. j. et Eccī. ij. Qui timēt dñm:
cuſtodiūt mādata eiꝰ: ⁊ patiētiā habebūt
Dicit btūs Hiero. ī q̄dā epl'a: ꝙ tīor ē cu⸗
ſtos oīm v̄tutū. ⁊ timētes deū patiētiā ha
bebūt vſq̄ꝫ ī finē. ḡ in timore eſto q̄tidie.

Tertia pars.

¶ Quantū ad tertiū ar⸗

ticulum regem honorificare. vbi ſciēdum
ꝙ multe ꝑſone cōiter honorant᷑: vtpote
Honorat᷑ medicꝰ q̄ ſanat de infirmitate.
Honoratur p̄nceps ꝓ ſua ſtrenuitate.
Honoratur p̄r eius viſa neceſſitate.
Honorat᷑ ſacerdos ꝓ ſui ordīs dignitate.
Honoratur v̄tuoſus eiꝰ experta bonitate.
Honorat᷑ ſctūs audita eiꝰ felicitate.
¶ Prīo honorat᷑ medicꝰ. Eccī. xxxviij. Ho⸗
nora medicū (corꝑalē ⁊ ſp̄ualē) Corꝑalis
medicꝰ ſanat ſolū corpꝰ: ſꝫ medicꝰ ſp̄ualis
ſcꝫ deꝰ ſanat aīam ⁊ corpꝰ. honora ḡ medi
cū q̄druplr: vtpote p̄cibꝰ: muneribꝰ: obe⸗
diēdo: gr̄as agēdo. ⁊ vterq̄ꝫ medicꝰ eſt ſic
honorādus. Ex iſto dicto elicit᷑ vna cōclu
ſio/ ꝙ licitū ē vti medicinis: cū ḃ dicat᷑ ho
nora medicū. Jn huiꝰ exēplū Eſa. fecit em
plaſtrū caricaꝝ: ⁊ ſanauit ezechiā. iiij. reg.
xx. Jtē medicꝰ magnꝰ Lucas euāg. magni
medici coſmas ⁊ damianꝰ. ⁊ ſi arguat᷑ de
btā agatha q̄ dixit btō petro. Medicinā
carnalē corpori meo nūq̄ꝫ exhibui ⁊c̄. Rñ.
priuilegiū ſpeciale nō frangit legē cōem:

quia licitū eſt vti medicinis etiā religio-
ſis.ſeq̄tur.ꝓpter neceſſitatē ⁊ infirmita-
tē/ꝓpter quā eſt honorādus.Luc.v.Nō
egent q̄ ſani ſunt medico:ſed q̄ male hn̄t.
¶ Scđo honorat̄ princeps.Narrat btūs
Hierony.quadā epl'a/ꝙ qn̄ princeps ro-
man⁹ reuertebat̄ de bello obtenta victo-
ria:quattuor honores impēdebāt ſibi ro-
mani.Primus qm̄ ponebat̄ in curru:quē
trahebāt quattuor equi albi.Scđus oēs
captiui in bello ſeq̄bant̄ currū in ſignum
victorie.Terti⁹ qm̄ totus ppl's exibat ſibi
obuiā cū leticia magna.Quartus honor
ꝙ inducebat̄ ad capitoliū cum tali ſolēni
ꝓceſſione.Iſte ṗnceps eſt xp̄s.princeps
pacꝫ.ṗnceps regū terre:q̄ fuit ſic honora
tus ī ſua aſcēſiōe:cui applicent̄ honores
ſupradicti:quē nos in terra honorare de
bem⁹. Sed pōt queri q̄ ſunt illi a q̄bus
iſte pr̄ceps vult ſimpliciter(al's ſil'r) ho
norari:Rn̄det̄ vult honorari ab hūilib⁹.
Eccl'i.iij. Magna potētia dei ſoli⁹:et ab
humilib⁹ honorat̄.Tales humiles q̄ ho-
norant deū verſa vice honorant̄:ſicut ptꝫ
de maria v̄gine:q̄ per hūilitatē facta eſt
mater xp̄i:qđ fuit maxim⁹ honor.Itē ho
norat̄ deus a miſericordibus:iuxta illud
Prouerb.iij.Honora dominū de tua ſub
ſtantia ⁊c.nota de tua ſubſtantia:non
de aliena.honora dn̄m.i.nō q̄ras ꝓpriū
honorē:ſed dei.propter miām honorati
ſunt amici tui de⁹ ⁊c. ¶ Itē honorat̄ pa-
ter carnalis:⁊ mater pariter:⁊ equaliter
vterq̄ꝫ.de quo honore Exod.xx.Honora
patrē tuū et matrē tuā:vt ſis lōgeu⁹ ſup
terrā.Eccl'i.iij.Sicut q̄ theſaurizat:ita
et q̄ honorificat matrē ſuā.Qui honorat
prē̄ꝫ ſuū iocn̄dabit̄ ī filijs:⁊ ī die orōnis
ſue exaudiet̄.Qui honorat prē̄ꝫ ſuū vita
viuet longiore.et q̄ obedit prī:refrigera-
bit matrē.Qui timet dn̄m honorat parē
tes.Honora patrē tuū vt ſuꝑueniat tibi
benedictio a deo.Unde deſcribuntur he
vtilitates ex tali honore:que ſunt
Multiplicatio meritorum.
Iocundatio animorū.
Exauditio petitorum.
Benedictio bonorum ⁊ iuſtoꝝ.
Prolongatio vite filiorum.
¶ Prima vtilitas ⁊c.vn̄ in textu.ſicut qui
theſaurizat:ita et q̄ honorat prē̄ꝫ.Ratio
qm̄ honorare parentes eſt maxīa pietas:
que multū eſt neceſſaria.Nam pietas ad
oīa vtilis eſt.ſicut dicit apl's.i.ad Timo.
iiij.Pietas erga parentes eſt meritoria:
nō inquantū eſt naturalis:ſed inquantū
ꝑcipit̄ a deo. Scđa vtilitas ⁊c.in textu.
iocundabit̄ in filijs ex tali honore:q2 iu-
ſte facit meret̄ talē iocūditatē in filijs ꝓ-
prijs.in ps̄.Non vidi iuſtū derelictū:nec
ſemen eius querēs panē.etiā quia gratis
meretur talē iocūditatem gratā in filijs
ſuis.Tertia vtilitas eſt.in die orōnis ſue
exaudiet̄.Ratio q2 ſicut q̄ declinat aures
ſuas ne audiat legem:orō ei⁹ erit execra-
bilis.Prouerb.xxviij.ita q̄ cuſtodit pre-
ceptū legis de honore parentū erit ꝑ op-
poſitū exaudibilis. Quarta vtilitas ⁊c.
in textu.vita viuet longiore.Ratio iuſtū
eſt vt q2 fili⁹ honorādo parentes/in ſuſtē
tando vitā eorū et ꝓlogādo laborauit:ꝙ
ipſe fili⁹ viuat vita lōgiore.Deut̄.v.Ho-
nora patrē tuū et matrē tuā ſicut ꝑcepit
tibi dn̄s:vt longo tp̄e viuas.Quinta vti
litas ⁊c.in textu.ſuꝑueniat tibi bn̄dictio
diuina magis ꝙ̄ humana.talib⁹ honorā
tib⁹ dicet̄ finaliter.venite benedicti ⁊c.
¶ Itē honorat̄ ſacerdos.de quo honore
loquit̄ apl's.i.Timoth.v.Qui bn̄ p̄ſunt
p̄ſbyteri duplici honore digni habeant̄
maxime q̄ laborāt in v̄bo et in doctrina.
Digni ſunt duplici honore.ſ.in vita pn̄ti
⁊ in futuro.In p̄ſenti eis neceſſaria mini
ſtrādo.In hui⁹ ſignū in lege moyſi p̄mo-
gēito debebat̄ duplex honor ſicut Deut̄.
xxj.et in futuro honorabunt̄ duplici ho-
nore vtpote aurea ⁊ aureola.aurea coro-
na eſt ibi premiū eſſentiale.aureola vero
p̄miū accidētale.In pn̄ti ergo honorant̄
ſacerdotes duplici honore.ſ.tp̄ali ⁊ ſpiri
tuali.maxime illi q̄ laborāt in v̄bo/in do
ctrina/in p̄dicatione/ſunt digni honore
duplici.tales inquā duplicia poſſidebūt
Eſaie.lxj. De hmōi honore loquit̄ beat⁹
Aug.ſuꝑ autoritate apl'i per hūc modū.
Preſbyteri q̄ bn̄ preſunt vita ⁊ doctrina
digni habent̄ a ſubditꝫ duplici honore.ſ.
vt ſpūal'r eis obediāt:⁊ bōa exteriora eis
miniſtrēt.boni em̄ diſpēſatores ⁊ fideles
nō ſolū ſublimi p̄miari debēt:ſed etiā et
honore terreno:vt nō ꝯtriſtent̄ indigētia
ſumptuū:⁊ gaudeāt obedientia ſpūaliū
p̄ſbyteroꝝ.Prelatꝫ p̄ſidētib⁹ oīb⁹ eſt ho
nor exhibēdus:qm̄ tal' p̄r vocat̄.malach.
i.Fili⁹ honorat patrē:⁊ ſeru⁹ timet dn̄m
ſuū.Rō q̄re honorādus eſt p̄lat⁹:q2 q̄ ho

norant eū deū honorāt.Maximus in ſer
mone.Qui honorāt miſſos:manifeſtū eſt
eos honorare mittentem:qm̄ dignitas q̄
exhibet̄ miniſtris:illis quoꝝ miniſtri ſūt
exhibet̄. ¶ Itē honorat̄ homo v̄tuoſus
īmo virtuti ꝓprie debet̄ honor ſicut dicit
phs.Cui alludit apl's Rom.ij.gloria ho
nor ⁊ pax oī opanti bonū.⁊ Boeti⁹.Non
v̄tutib⁹ ex dignitate:ſed dignitati ex v̄tu
tib⁹ honor acceſſit.Ite honorat̄ in prīa.
de q̄ honore Aug.lib.de ciuita.dei.Uer⁹
honor q̄ nulli negabit̄ digno:nulli defe-
ret̄ indigno:ſed nec ad ip̄m ambiet vllus
indign⁹:vbi null⁹ p̄mittit̄ eſſe niſi dign⁹.
Cui⁹ figura p̄ceſſit Heſter.vj.vbi legitur
ꝙ aſuer⁹ dixit ad amā.Quid dꝫ fieri viro
quē rex honorare deſiderat:Rn̄.hō quē
rex honorare cupit:dꝫ īdui veſtib⁹ regijs
et imponi ſuꝑ equū qui de ſella regꝫ eſt:
⁊ accipere regiū diadema ſuꝑ caput ſuū:
⁊ p̄m⁹ de pr̄cipib⁹ regijs teneat equū ei⁹
et per plateas ciuitatis incedēs clamet ⁊
dicat.Sic honorabit̄ quēcūq̄ꝫ rex hono-
rare voluerit.Uolēs honorari ī paradiſo
dꝫ indui veſtibus regijs q̄ pr̄cipales ve-
ſtes virtutū ſine q̄b⁹ null⁹ honorabit̄:ſed
mittet̄ in tenebras exteriores.Equus re-
gius eſt crux ſalutifera:quā xp̄us eq̄tauit
ſuꝑ quā talis honorādus aſcēdet ꝑ ſctāꝫ
meditationē:⁊ deducet̄ ꝑ plateas ciuita
tis paradiſi per primū et principalē.ſcilꝫ
michaelē archāgelū principē militie āge
loꝝ et coronabit̄.Et ſic talis ſanctus et
ſancti honorant̄ a deo in celo:⁊ nos ī ter
ra eos honorare debem⁹ ꝓpter multa
Propter honorē diuine maieſtatis.
Propter auxiliū noſtre infirmitatis.
Propter augmentū noſtre ſecuritatis.
¶ Primo ⁊c.honorādo ſctōs honoram⁹
deū:q̄ eos fecit:q̄ in ſanctis ſuis ſēꝑ eſt
mirabilis.Scđo ⁊c.nos debiles ⁊ īfirmi
per noſmetipſos ſalutē habere nō poſſu
mus:qm̄ inſufficientes ſumus:et ſancti
ſuis p̄cib⁹ impetrant nobis honorē eter-
num:ſicut berſabee ſuis precibus a rege
dauid regi ſalomoni regnū iſrael.iij.Re
gum.j.⁊c.Spem habemus qm̄ ſicut ſan
cti obtinuerunt honorē et gloriā:ita nos
ipſis intercedentibus obtinebimus.Ad
illū honorē nos ꝑducat ieſus xp̄s.Amē.

¶ Dominica ſecunda poſt octauas
paſche. Sermo.ij.

Deum timete.i.
Pet.ij.cap.Reperio in ſa-
cra ſcriptura ꝙ hoīes con-
ſueuerunt timere aliquem
dominū propter tria.
Primo qn̄ eſt fortis et potens cui nullus
poteſt reſiſtere.
Scđo qn̄ eſt ſapiēs et ingenioſus quem
nullus pōt decipere.
Tertio quādo eſt ad punire volūtari⁹:et
iuſticiā defendere.
¶ Prima clauſula ſic declarat̄.dicit Ari-
ſtotel.ij.lib.rhetorice/ꝙ illa timemus ex
q̄bus nobis mala eueniūt.ſi igit̄ ṗncipi
vel dn̄o qui hꝫ potentiā inſuꝑabilē:⁊ cui
nō pōt hō ꝯdicere:aliq̄s nō obediret:poſ
ſet ſibi pr̄ceps nocere atq̄ꝫ eū dānificare
iō tales cōiter ab hoīb⁹ timent̄:q2 vt dic̄
Ariſto.iij.ethicoꝝ ꝙ eſſet aliq̄s inſan⁹ vl'
ſine ſenſu dolorꝫ:ſi nihil timeret:neq̄ꝫ ter
remotū:neq̄ꝫ īundatiōes:neq̄ꝫ alia ꝑicu-
la.De h̄ habem⁹ exēplū in ſacra ſcriptu-
ra.Iudith.iij.⁊.iiij.ca.vbi legit̄ ꝙ cū na
buchodonoſor miſiſſet holofernē ṗncipē
militie ſue cū.cxx.milib⁹ peditū:⁊.xij.mi
lib⁹ equitū vt vniuerſam terrā ei⁹ impio
ſubiugaret:q̄ oēs ſibi reſiſtētes īterficie-
bat.dic̄ tex.cecidit timor illi⁹ ſuꝑ oēs ha
bitātes terrā.Et cū reges ⁊ ṗncipes ſyrie
hec audiuiſſent:miſerūt legatos ſuos ad
holofernē:q̄ dixerūt ſibi.Deſinat īdigna
tio tua circa nos.oīs ciuitas nr̄a:oīſq̄ꝫ
poſſeſſio nr̄a:et vniuerſe facultates nr̄e:
ſint oīa nr̄a ſub lege tua.nos etiam ⁊ filij
nr̄i ſerui tui ſum⁹.q̄ venit ad eos holofer
nes:⁊ obtinuit oēs ciuitates.⁊ ſeq̄t̄.Au-
diētes hec filij iſrl'/q̄ habitabāt in terra
iudee:timuerūt valde a facie ei⁹.tremor
etiā ⁊ horror inuaſit ſenſus eoꝝ.Apparet
igit̄ prima clauſula. ¶ Scđa clauſula ſic
declarat̄.dic̄ phs.ij.rhetorice/ꝙ ptās et
ſuꝑ ip̄m aliū eſſe eſt terribile.iō hoīes na
tural'r fugiūt ſeruitutē:⁊ ꝙ nō ſint ſub al
teri⁹ dn̄io.ſed vbi habent dn̄m ſapiētē et
prudentē ⁊ cognoſcentē bona ⁊ mala q̄ a
ſubditꝫ fiunt:cōiter tales timēt offendere
ac delinq̄re ꝯ talē dn̄m.De h̄ habem⁹ exē
plū.iij.Reg.iij.ꝙ cū dn̄s apparuiſſet ſa-
lomoni ꝑ ſomniū:⁊ poſtulaſſet ab eo ſalo
mon ſapiētiā:vt ꝑ eā iuſte iudicaret:⁊ re-
gere poſſet pplꝫ ſuū:de⁹ ꝯceſſit ſibi ſapiē
tiā ac dedit ad diſcernēdū iudiciū,cumq̄ꝫ

ſalomõ dediſſet ſniam illis duabꝰ meretricibus que cõtendebãt ſuper puero viuo: ⁊ iudicaſſet q̃ earũ erat mater pueri viui. dicit tex. Audiuit itaqꝫ oĩs iſrael iudiciũ quod iudicaſſet rex et timuerunt regem videntes ſapientiã dei eſſe in eo. Apparet igit̃ ſecũda clauſula. ¶ Tertia clauſula ſic declarat̃. dicit Ariſtotel'. ij. rhetorice/ꝙ timor prouenit ex phantaſia futuri mali corruptiui vel cõtriſtatiui: ideo illi q̃ ſunt culpabiles: ⁊ ſciũt ꝙ eorũ prĩceps vel iudex eſt inclinatus ad tenendũ ⁊ faciendũ iuſticiã: qui etiã neqꝫ prece: neqꝫ precio põt flecti: iõ tales dñm ſuum: vel etiã iudicem timẽt: ne eos puniat vel interficiat. qꝛ vt dicit Seneca in ꝓuerbijs. timidus eſt q̃ ſe moriturũ putat. De hoc habemꝰ exemplũ. iij. Reg̃. j. de adonia q̃ tractabat ꝓditionẽ ꝯtra regẽ ſalomonẽ: ⁊ auferre ſibi regnũ. Cũqꝫ ſalomon incepiſſet regnare audiẽs adonias timuit et abijt in tabernaculũ dñi tenuitqꝫ cornu altaris. Etiã. iij. Reg̃. xix. legit̃ ꝙ cũ propheta helias feciſſet occidi oẽs ꝓphas baal gladio: iezabel vxor regis achab hoc audiens fuit turbata ꝯ prophetam dñi: ⁊ voluit eũ interficere: qͦd audiẽs propheta timuit. vñ dic̃ tex. Timuit ergo helias et ſurgens abijt q̃cũqꝫ eũ ferebat voluntas. Apparet ergo tertia clauſula: ⁊ ꝑ conſequẽs tota regula preaſſumpta. Modo noſtro propoſito applicando/ reperio ꝙ deus habet iſtas tres cõditiones et excellentias.

Primo nullus hoĩm ei reſiſtere põt: adeo eſt fortis ⁊ potens.

Scd̃o nullus eũ decipere põt: adeo eſt ſapiens ⁊ ingenioſus.

Tertio eſt ad iuſticiã defendẽdũ/ et ad puniendũ voluntarius.

¶ Primo dixi ꝙ deus hꝫ ptãtem inſupabilẽ. ita dꝛ Heſter. xiij. Dñe rex omnipotens in ditione tua cuncta ſunt poſita: et nõ eſt qui poſſit reſiſtere volũtati tue. dominus oĩm tu es. vñ tanta eſt ſua ptãs ꝙ excellit cuiuſlibet principis tp̃alis poteſtatem. Et rõ eſt: qꝛ videmꝰ cõmuniter ꝙ poteſtas oĩm dominoꝝ temporaliũ hꝫ tres defectus. videlꝫ

Primo qꝛ non põt diu durare.

Scd̃o qꝛ põt homo eã effugere ⁊ euadere

Tertio quia ſolũ corpus poteſt affligere et moleſtare.

¶ Dixi primo ꝙ poteſtas dñoꝝ tp̃alium cito trãſit ⁊ finit̃. ita dixit ille pħs de quo legit̃ in lib. de ſecretis ſecretoꝝ ariſtotel'. ꝙ cũ alexãder miraret̃ quare ille pħs ita parum eũ timeret: dixit ei pħus. Rex poteſtas tua q̃ preterijt iã nihil eſt: et iõ nõ timeo eã: illã vero que pñs eſt nõ timeo: qꝛ adeo modica eſt ⁊ trãſitiua ſicut iſtãs tp̃is. illa vero q̃ futura adeo eſt incerta ꝙ merito timeri nõ debeat. Nõ eſt ſic de poteſtate diuina: qꝛ nec ipſe deus tranſit: nec põt priuari ptãte ſua. vñ Daniel'. vij. Ptãs eius/ poteſtas eterna q̃ non auferetur: ⁊ regnum eius qͦd nõ corrũpetur.

¶ Dixi ſcd̃o ꝙ poteſtatẽ dñoꝝ tp̃aliũ homo põt fugere ſiquis eum offenderit ⁊ ſe abſcõderit. ita legimꝰ de dauid. j. Regũ. in multis capl'is: q̃ a facie ſaul ſe abſcõdebat: modo ĩ vno loco: mõ in alio. Sed nõ põt ſic fieri deo: iõ dꝛ Job. xxxiiij. Nõ ſũt tenebre: ⁊ nõ eſt vmbra mortis vt abſcondant̃ qui operant̃ iniquitatẽ. ideo dd̃ timendo dicebat ſic in pſ̃. Quo ibo a ſpiritu tuo: ⁊ quo a facie tua fugiã? Si aſcendero in celũ tu illic ⁊c. vſqꝫ dextera tua.

¶ Dixi tertio ꝙ ptãs dñoꝝ temporalium ſolũ ad corpꝰ ſe extendit ⁊ pñt punire: iõ martyres xp̃i hoc ꝯſiderantes corpꝰ expoſuerũt tyrãnis: hec ꝓ nihilo ducẽtes: ſciẽtes ꝙ aĩe nihil nocere poterant. Deꝰ autem põt in vtraqꝫ: qꝛ hꝫ poteſtatẽ et ſup aĩam et ſup corpus. ideo ptꝫ ꝙ plus omnibꝰ eſt timẽdus. iõ dꝛ Matth. x. Nolite timere eos qui occidũt corpus: aĩam aũt non poſſunt occidere: ſed potiꝰ timete. eũ q̃ poteſt ⁊ aĩam et corpus perdere in gehennã. Apparet ergo ꝙ deꝰ habet ptãtẽ inuincibilem ⁊ inſuperabilẽ. Jdeo dicit Aug̃. ſup pſ̃. lxxiiij. Nõ eſt quo fugias a deo irato: niſi ad deũ placatum.

¶ Dixi ſcd̃o principal'r ꝙ deus hꝫ ſapientiã infallibilẽ: qꝛ nihil põt eum latere. ad Heb. iiij. Oĩa nuda et aperta ſunt oculis eiꝰ. vñ tanta eſt ſapientia dei ⁊ cognitio: ꝙ ipſe ſcit oĩa q̃ fiunt: et qñ fiunt: ⁊ locũ in quo fiunt. ⁊ omnia q̃ facta ſunt: ⁊ que poſſibilia ſunt fieri ab initio ſiue principio mũdi vſqꝫ ad finem quantũcũqꝫ facta fuerint ſecrete ⁊ abſcõdite: qꝛ in mũdo nõ eſt locus vbi nõ ſit deꝰ: ideo valde debemꝰ attendere quid agimꝰ ⁊ timere: cum oĩa opa nr̃a ſint nuda ⁊ apta oculis eius. Jõ Aug̃. de v̓bis dñi. ſ̓mone. xvij.

Deus timendus eſt in publico: timẽdus in ſecreto: cũ ꝓcedis videris: ⁊ cũ intras videris: lucerna ardet et ipſe videt te: lucerna extincta eſt ipſe videt te. ip̃m time cui cura eſt vt videat te: et ſaltem timendo caſtꝰ eſto: aut ſi peccare vis quere vbi te deus non videat. hec ille.

¶ Tertio dixi ꝙ hꝫ ⁊ tenet iuſticiã inflexibilem. ita dicit Augu. lib. iij. de ſymbolo. Jlle iudex nec gr̃a preuenit̃: nec mĩa iam flectitur: nec pecunia iã corrũpit̃: nec ſatiſfactiõe vel pecunia mitigat̃. hic dũ tẽpus habetur agat aĩa ꝓ ſe quãdiu eſt locus miẽ: qꝛ ibi erit locus iuſticie. hec ille. Jdeo dicebat ille ſctũs Job. cap̃. ix. Verebar oĩa opa mea: ſciens ꝙ nõ parceres delinquẽti. etiam dꝛ. in pſ̃. Juſtus dñs ⁊ iuſticias dilexit. ideo qꝛ tenet iuſticiã inflexibilẽ: ideo debemꝰ eum timere. Et rõ eſt: qꝛ videmus cõmuniter ꝙ dñi mag̃ ſolent timeri qui graues vindictas frequẽter fecerũt. Jpſe aũt deus eſt qui fecit innumerabiles et grauiſſimas punitiones. ſicut ptꝫ de angelis peccantibꝰ. de p̂mis parẽtibus. de mũdo deſtructo ꝑ diluuiũ et alia innumerabilia. et deus etiã eſt aliquotiens timendus: qꝛ peccatores grauius punit q̃ aliqui dñi tẽporales. quia qñ de aliquo ſolet fieri vindicta: ſolet interdũ citari: et hꝫ tẽpus ad rñdendũ ⁊ cogitandũ de liberatiõe ſua: ſed deus non eſt ſubiectꝰ iſtis legibꝰ: qꝛ frequẽter facit vindictã ſubitaꝫ. Eccl'i. v. Subito veniet ira illius: ⁊ in tp̃e vindicte diſperdet te. Exemplũ ponit ad ꝓpoſitũ btũs Grego. in libro dialogoꝝ/ de quodã qui in vigilia paſche quandã puellã corruperat. Cũ aũt in mane timeret intrare eccl'iam: ne forte diabolo traderet̃: victus tñ pudore intrauit cum timore magno. iterũ ſecunda die: ſed minus timens. ⁊ cũ ſic ſeptem diebus feciſſet: iã quaſi ſecurꝰ/ ecce ſubita morte eſt percuſſus. Cũ autem traditꝰ eſſet ſepulture: tandiu flamma eiꝰ ſepulcrum combuſſit: quouſqꝫ corpus eius eſt in nihilum redactũ. Apparet igitur tertia clauſula: et per conſequens tota minor propoſitio. Ex antedictis igitur formetur talis ratio. ſcilꝫ ex maiori ⁊ minori et concludatur ſic thema. ergo deũ timete. in quibus verbis apoſtolus duo nobis oſtendit.

Primo quẽ in noſtris tribulationibus debeamus deuote inuocare. deum.

Scd̃o quomodo in hoc mundo indeuoto debeamus ſapienter perſeuerare. timete.

Prima pars.

¶ Primo dixi in noſtra

tribulatiõe quẽ debemꝰ inuocare: ⁊ dicit deum. Et ratio eſt. docet experiẽtia ꝙ qlibet qñ eſt poſitus in tribulatione vl' magna neceſſitate: recurrit ad illũ qui eum conſueuit adiuuare. Modo ſic eſt ꝙ nos in hoc mũdo: ⁊ ſpecialiter illi q̃ ſunt dei amici/ ſuſtinent aduerſitates ⁊ tribulationes. Et cauſa eſt: qꝛ maius beneficiuꝫ eſt quod deꝰ confert homini qñ ipſum affligit: q̃ꝫ qñ ipſum proſperari permittit. plus eñ confert pater vel mater puero q̃ ipſum corrigit: q̃ qui ad voluntatem ſuã facere permittit. et frenetico ⁊ inſano qui ipſum ligat: q̃ qui ipſius inſaniam nõ refrenat. tunc enim exponitur periculo: ſicut nauis ſine nauta et ventis et procellis exponitur. vnde pſ̃. Dimiſi eos ſ̓m deſideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus ſuis. Jdeo deus filios ſuos/ et amicos/ et omnes nos volens a peccatis et malis refrenare: permittit ꝙ ſuſtineamus tribulationes: vt ſic ab amore mundi nos compeſcat: et a peccato retrahat. ideo ne in tribulationibꝰ deficiamus debemus deum inuocare: quia ipſe talium adiutor eſt. vnde pſ̃. Adiutoriũ noſtrum in noĩe domini. et alibi. Adiutor in tribulationibus/ que inuenerunt nos nimis. et hec quantũ ad primum.

Secũda pars.

¶ Secũdo dixi ꝙ oſten

ditur in hoc mũdo qualiter debemꝰ perſeuerare. timete. Ratio eſt: ille enim qui debet ſtare inter hoĩes proditores: et qui nitunt̃ hominẽ fallere ⁊ decipere: ſemper debet timere. cum ergo nos ſimus ĩ hoc mundo qui amatores ſuos perdere nititur et ducere ad perditionem. iõ Auguſtinus. Ama ſeculum et abſorbebit te. ergo mundũ iſtum debemus tranſire cũ timore. ergo timete mũdum et timete deum: qꝛ prout dicit̃ Eccl'i. j. ca. Timẽti deũ bene erit in extremis. et conſequenter hic diuinam gratiam: ⁊ in futuro eternam gloriam. quam ⁊c.

¶ Dñica ſcđa poſt octa.paſche. Ser.iij.

Plorabitis ⁊ flebitis vos: mũdus aũt gaudebit. Johis.xvj. Tria ſub deo ſunt loca/in quibꝰ habitatores exiſtũt: ⁊ inter ea

A differentia aſſignatur. Iſta ſunt

Paradiſus.
Infernus.
Iſte mundus.

¶ In paradiſo pura leticia gratulat̃. In inferno mera triſticia aſſignat̃. In mũdo iſto vtriuſqꝫ mixtura predicatur.

Prima pars.

¶ Primus locus eſt paradiſus: vbi purũ gaudiũ: pura leticia regnat ſine mixtura cuiuſcunqꝫ triſticie. vñ Aug.li.de ſymbolo. Nõ eſt ibi in illa vita mors: nõ ē ibi luctꝰ: nõ laſſitudo: nõ ē īfirmitas: nõ fames: nulla ſitis: nullꝰ eſtꝰ: nulla corruptio: nulla indigētia: nulla meſticia: nulla triſticia. Et idē li.de ſolilo. Hoc eſt ſummũ bonũ: gaudiũ angeloꝝ: et oīm ſctõꝝ leticia ſempiterna: eternũ gaudiũ: gaudiũ eternitatis: letet̃ ꝙ cor querētium dñm: ſꝫ multomagis īuenientiũ. ſi eñ leticia in inquirendo: q̃lis erit leticia in inueniēdo. querã ꝙ ſemꝑ vt intrē ī gaudiũ dñi mei. Itē idē. Gaudiũ ſuꝑ gaudiũ/vincēs oē gaudiũ: extra qđ nõ eſt gaudiũ. teſte ſacro eloquio. ī paradiſo leticia ſempiterna ſuper capita eoꝝ: gaudiũ ⁊ leticiã obtinebũt: ⁊ fugiet ab eis dolor et gemitꝰ. Aug. vbi.ſ. Ibi gaudiũ infinitũ: ibi leticia ſine triſticia: ibi leticia ſemꝑ habet̃: ibi nullũ malũ timet̃. De gaudio paradiſi loquitur btũs Bern. ī q̃dã ſmo. ꝑ hũc modũ. Illud eſt verũ ⁊ ſummũ gaudiũ: qđ non de creatura: ſed de creatore excipit̃: qđ cũ accipis nemo tollet a te. Cui alludit ſacrũ euangeliũ. Et gaudiũ vr̃m nemo tollet a vobis. cui cõparata aliũde oīs iocũditas meror eſt: oīs ſuauitas dolor ē: oē dulce amarũ: oē decoꝝ fedũ: oē qđ delectat moleſtũ eſt. Gaudēt q̃ppe btĩ in paradiſo de dei clara viſiõe. de eiuſdē adepta fruitione. de ꝑiculoꝝ euaſione. de ſctõꝝ ſociali cõiũctione. Amodo btĩ nõ audiēt gemitũ: nec plãctũ ſicut ī mũdo iſto auditur. nõ ſentiēt famē nec ſitim: nõ patient̃ dolorē nec timorē: ſꝫ deꝰ ipē dabit auditui eoꝝ gaudiũ ⁊ leticiã Nã letificat eos in gaudio cũ vultu ſuo.

Secunda pars.

B ¶ Secundũ principale infernꝰ vbi mera triſticia ſine vlla leticia aſſignat̃. ibi fletꝰ ⁊ ſtridor dētiũ: ibi ploratus ⁊ vlulatꝰ multꝰ. Ibi ſm Anſel. nullus ordo: ſꝫ ſempiternꝰ horror. ibi ꝯfuſio vlulãtiũ: īordinata multitudo gemētium: ibi ignis ſulphureꝰ: flãma tartarea. O dãnati plorabitis ⁊ flebitis de penaꝝ acerbitate: de penaꝝ diuerſitate: de penarũ eternitate: de loci tenebroſitate. ibi cauſabit̃ fletus ille ex tpaliũ amiſſiõe q̃ bona rel que rũt. Itē cauſabit̃ ex amiſſiõe tãti boni: qꝛ ſm Chryſ. oēs gehenne cruciatꝰ ſuꝑat carētia tãti boni. Itē cauſabit̃ fletus ille ex defectu auxilij: qꝛ nullũ poterũt hr̃e adiutoriũ: oī cõſolatore ⁊ auxilio deſtituti. De iſto luctu ſeu plãctu damnatoꝝ hr̃ Amos viij. Cõuertã feſtiuitates vr̃as in luctũ: et oīa cantica veſtra in planctũ. Itē damnati cũ fletu atqꝫ ploratu clamabũt ī pena. Defecit gaudium cordis nr̃i: verſus eſt in luctũ chorꝰ noſter. cecidit corona capitis noſtri: ve nobis qꝛ peccauimus. Threno. vlti. Flebunt ibi guloſi. flebunt luxurioſi. flebunt accidioſi. flebunt iracũdi. flebunt inuidi. flebunt ſuperbi. flebũt auari. Primus numerꝰ guloſoꝝ: de quo Mat.xxiiij. vbi legitur ꝙ fuit dictum illi ſeruo malo. Veniet dñs illiꝰ ſerui mali in die qua non ſperat: et hora qua ignorat: et diuidet eũ: partemqꝫ eius ponet cum hypocritis. illic erit fletus et ſtridor dentium. Secundus fletus luxurioſorũ: de quo Mat.xiij. Simile eſt regnũ celorum ſagene ⁊c. Per piſces in aqua intelligũtur luxurioſi: qui viuunt et male/in fluxu carnalium voluptatũ: qui mittentur in ignem ibi erit fletus et ſtridor dentium. Item accidioſi flebũt. Mat.xxv. Seruũ inutilem ocioſum ꝓijcie in tenebras exteriores: ibi erit fletꝰ et ſtridor dentiũ. Quarto flebũt cupidi ſiue auari. Mat.xxij. Amice quõ huc intraſti nõ habēs veſtē nuptialē.i. charitatem que opponit̃ auaricie. at ille obmutuit. ⁊ iratus rex tradidit eũ tortoribꝰ.i. demonibus q̃ ſunt tortores aīarũ ī infernũ q̃ miſſus in tenebris exterioribꝰ ibi erit fletus ⁊ ſtridor dentium. Quinto flebunt iracũdi Mat.xiij. vbi legit̃/ꝙ inimicꝰ ſuꝑſeminauit zizania. zizania inimici eſt iracundia. et mittet dñs angelos qui colligent de regno oĩa ſcandala: ⁊ mittent in caminũ ignis ibi erit fletus et ſtridor dentium. Sexto flebũt inuidi. Mat.viij. Filij regni.i. iudei et alij inuidi/eijcient̃ in tenebras exteriores: ibi erit fletꝰ et ſtridor dētium. Septimo flebũt ſuperbi. Luc.xiij. dicēt mali clauſa porta: Dñe aperi nobis manducauimus corã te ⁊ bibimus: et in plateis noſtris docuiſti. tunc reſpõdebit eis dicēs. Neſcio vos vnde ſitis. Diſcedite a me oēs operarij iniquitatis. ibi erit fletus et ſtridor dentium.

Tertia pars.

C ¶ Tertiũ principale. locus tertius. iſte mũdus vbi eſt mixtura fletus et gaudij. Siquidē boni in hac vita flent lugent atqꝫ triſtant̃ de multis.

Primo ex conſideratione peccatoꝝ preteritorum.
Secũdo ex conſideratione quotidianorũ incõmodorum.
Tertio ex formidine futuroꝝ malorum.
Quarto ex perditione hoīm peccatorum
Quinto ex recordatione paſſionis chriſti dolorum.

¶ Primo plorant boni ⁊c. et iſte eſt ploratus ꝯtritionis: de quo ſic plorauit dauid cũ dicebat. Lauabo ꝑ ſingulas noctes lectũ meũ: lachrymis meis ſtratũ meũ rigabo. De iſto ploratu ſiue triſticia loquitur apl's.ij. Coꝝ.vij. Gaudeo qꝛ triſtati eſtis ad pnĩaꝫ. hac de cauſa fleuit amare btũs Petrus apl's: et multi pctõres: qui ꝑ talē ploratũ facti ſunt iuſti et boni: ex quo ſecutũ eſt gaudiũ: non ſolũ in hoībꝰ flentibus: ſed etiã in angelis: qꝛ gaudiũ eſt angelis dei ſuꝑ vno pctõre pnĩaꝫ agēte ⁊c. ¶ Scđo plorãt ſctĩ ⁊c. et ſic plorabat ꝓpheta in pſ. Tota die ꝯtriſtatꝰ ingre. qm̃ lumbi mei ⁊c. Ob hanc rem plorabat tobias q̃ dixit raphaeli. Quale gaudiũ mihi erit. magis libet mihi flere q̃ gaudere qꝛ in tenebris ſedeo et lumē celi non video. Tob.v.ca. ¶ Tertio plorãt ſancti ⁊c. et talis ploratꝰ ex timore procedit: qm̃ timent diuinũ iudiciũ. timent qꝛ neſciunt in quo ſtatu ſunt. timent qꝛ neſciũt quid pariat craſtinꝰ dies. Itē timent ſuccũbere in tētationibꝰ. Item timent quo fine claudet̃ vltimꝰ dies. ex oībus iſtis merito lachrymãtur. vñ ergo fuit dictũ apl'is. Plorabitis ⁊ flebitis vos. ¶ Quarto plorant ⁊c. ſic amare plorabat btũs dñicus: qm̃ ſpālem gratiã dederat ſibi deꝰ flendi ꝓ pctõribus. Item btã monica flebat ꝑditionem filij ſui Auguſtini. ſic plorabat Hiere. Quis dabit capiti meo aquã: oculis meis fontē lachrymaꝝ: ⁊ plorabo die ac nocte īterfectos filie ppl'i mei. Hier.ix. ¶ Quinto plorãt deuoti ſaltem interiꝰ dolores xp̃i in paſſione: ſic plorabat magdalena: cui fuit dictum. Mulier qđ ploras? in pſ. Ad veſperũ demorabit̃ fletus: ⁊ ad matutinũ leticia. veſpeꝝ fuit paſſio: ideo fletus. matutinũ reſurrectio ıõ gaudium et leticia. Siquidē crux ſpine claui lãcea flagella pũgunt corda deuotoꝝ vſqꝫ ad lachrymarũ effuſionē. Sed nunq̃d in tãto ploratu: in tanto fletu: eſt mixtũ aliq̃d de gaudio? ſcriptũ eſt. ſpe gaudentes: in tribulatiõe patiētes. Rom.xij. Nunquid mulier parturiēs plus gaudet de futura prole: q̃ de pñti dolore? nũquid ſcriptum eſt: Gaudere cũ gaudētibus: flere cũ flentibus. Rom.xij. Nũquid deus in deſerto tribulationis miniſtrauit mãna conſolationis? imo plus abundant cõſolatiões q̃ tribulationes. Declarata ſunt tria ſuperius introducta: ⁊ ſic plorabitis ⁊ flebitis vos: mũdus aũt gaudebit. De quo gaudio ē nũc vidēdũ. Nã mũdani hoīes

Gaudent de tēporali ſubſtantia.
D Gaudent alij de exquiſita malicia.
Gaudent alij de humana laudatione.
Gaudent alij de ſubditoꝝ oppreſſione.
Gaudēt alij de proximoꝝ aduerſitate.
Gaudent alij de fatua vanitate.

¶ Primũ gaudiũ ⁊c. ſic gaudebat de temporalibꝰ diuitijs ille qui volebat ampliare horrea ſua: ſed modicum durauit gaudiũ illud: qm̃ illa nocte extīctus et male mortuꝰ ē. Luc.xij. ſic gaudebat diues epulo q̃ induebat̃ purpura ⁊ byſſo. Luc.xvj. Et ſic multi alij gaudent ad ſonitũ tympani: qui ducũt dies ſuos in bonis: et in puncto ad īferna deſcēdũt. Job.xxj. Tale gaudiũ tranſitoriũ eſt: et modicũ durat ꝓ eo qꝛ mũdi ꝓſꝑitas cito trãſit. Gaudiũ hypocrite ad inſtar pũcti. Job.xx. ¶ Itē ſcđo gaudēt multi ⁊c. ſicut gaudēt et letant̃ cũ malefecerint: et exultãt in rebus peſſimis. Prouerb.ij. Tales ſunt ſil'es illis q̃ ducunt̃ ad patibulũ cũ fune ī collo et de illo gaudēt, de tali gaudio Eccl'i.xix.

Qui gaudet iniquitate denotabitur.i.de
nota libri vite delebitur. Si laborans ad
mortē rideret ⁊ gauderet:reputaretur fre
neticꝰ. Pctōr mortalis laborat ad mortē
aīe.et ſi gaudet de pctō inſanꝰ eſt. Riſum
reputaui errorē:et gaudio dixi.qd fruſtra
decipis. Eccl's.ij. Si talis aduerteret ad
dei offenſam.ad pcti maculā.ꝓculdubio
fleret et nō gauderet nec rideret. Luce
xix. Si cognouiſſes et tu. non gauderes.
Gaudiū eſt ſtulto facere ſtulticiā.prouer.
xv. Stultitia/gaudiū ſtulto. Talis q̄ gau
det de pctō ſuo/eſt ſicut piſcis comedens
cibū cū hamo:vl' ſicut auis comede̅s gra
nū cum laq̄o.q: tale gaudiū ſupra modū
eſt fatuū: cum poſt gaudiū ſequaꝛ dolor
mortis. ¶ Ite̅ tertio multi gaude̅t de hu
mana laudatiōe. Tale gaudiū breue eſt:
q: laus impiorꝝ breuis eſt:⁊ gaudiū hypo
crite. Tales q̄ gaude̅t:et laudari appetūt
de v̄tutibꝰ et bonis opibꝰ inaniter gau/
dent:⁊ ſunt ſil'es phariſeo: q̄ ſe iactabat
de bonis opibꝰ:ꝑpt' qd̄ de iuſto pctō: ef/
fectus eſt.et tales finaliter ꝯfunduntur.
¶ Quarto multi gaude̅t ſicuti tyranni de
opp̄ſſione ſubditorꝝ:de q̄bꝰ Abachuc.iij.
Exultatio eorꝝ:ſicut eius q̄ deuorat pau/
pere̅ in abſcōdito. ¶ Quīto ſunt nōnulli
q̄ de malo et de aduerſitate ꝓximorꝝ gau
dent:qd̄ eſt dānoſum valde. de quo gau/
dio Hierony. Inuidi in aliena felicitate
triſtanꝛ:⁊ in aliena triſticia gaude̅t. ¶ Le
tanꝛ inſup multi de honoribꝰ:de poteſta
tibꝰ ꝓpter vanitatem: ⁊ tale eſt gaudiu̅
ſomniātis vanū vacuū trāſitoriū pericu/
loſum:qd̄ cito tranſit in luctū. Nā extre/
ma gaudij luctꝰ occupat:q: poſt tale gau
diū/ſequiꝛ dolor in trāſitu mortꝫ: horror
in exitu in h' mūdo. bn̄ ergo extrema gau
dij ⁊c. Prouer.xiiij. ¶ Gaudiū mūdi nihil
eſt quantū ad inte̅tione̅.quantū ad dura
tione̅.quantū ad vtilitate̅. Primo quātū
ad intentione̅ nihil.q: non eſt leticia:ſed
magꝫ inſania et triſticia. Sap.xiiij. Dū le
tanꝛ inſaniūt. Item nihil quātū ad dura
tione̅:qm̄ gaudiū hypocrite ad inſtar pū
cti. Iob.xx. Item nihil quātū ad vtilita/
te̅:q: extrema gaudij ⁊c. Hic pōt queri ſi
debemꝰ aliquādo gaudere? Dico ꝙ ſic ſcꝫ
de diuinis beneficijs:q̄ ſunt multa ⁊ ma
gna beneficia. creatio/īcarnatio/paſſio/
aſcenſio/⁊ magis reſurrectio. Magnum
gaudiū dꝫ eſſe in nobis bn̄ficiū creatiōis
Gaudeamus ergo ⁊ exultemus ⁊ demus
glīaꝫ deo.q: de nihilo nos creauit. Apoc.
xix. Aīam in corꝑe mirabiliter inſpirauit.
Magnū bn̄ficiū incarnatio cū natiuita/
te.nūq̄d gaudendū de tanto bn̄ficio cum
abraam:qui exultauit ⁊ gauiſus eſt cū il/
lū in ſpiritu vidit. Ite̅ gaude̅dū cū iohā/
ne baptiſta q̄ exultauit exiſtens in vtero
mr̄is ſue. Ite̅ gaude̅dū cū regibꝰ q̄ viden
tes ſtellā cōducente̅ ad locū natiuitatis:
gauiſi ſūt gaudio magno valde. Ite̅ gau
dendū cū angelis ⁊ paſtoribꝰ/q̄bꝰ fuit al
ta voce preconizatū. Euāgelizo vob' gau
diū magnū. Luc.ij. Ite̅ gaude̅dū de bn̄fi
cio paſſiōis: ſicut gaudebat abachuc ſui
lib.cap.iij. Ego in dn̄o gaudebo:⁊ exulta
bo ī deo ieſu meo. Ipſe ſiquide̅ ih̄s ꝓpo
ſito ſibi gaudio ſuſtinuit cruce̅. Heb.xij.
Ite̅ gaudere de glīoſa reſurrectione cum
apl'is:q̄ gauiſi ſunt viſo dn̄o. Ite̅ de mira
bili aſce̅ſione:ſicut ip̄e ih̄s dicebat apl'is
Si diligeretꝫ me gauderetꝫ vtiq̄: q: va/
do ad prēꝫ. Ioh.xiiij. Ite̅ gaudere ⁊c.de
iſto Iaco.j. Oe̅ gaudiū exiſtimate fr̄es cū
in varias te̅tatiōes incideritꝫ. Per tenta
tiones intelligit tribulatiōes: de q̄bꝰ eſt
gaudendū:nō triſtandū exe̅plo apl'orꝝ: q̄
ibāt gaude̅tes a ꝯſpectu ꝯcilij:qm̄ digni
habiti ſunt pro noīe ieſu ꝯtumeliā pati.
Actuū.v. Didicerant em̄ apl'i doctrinam
xp̄i dice̅tis. Bt̄i eritis cū oderint vos ho
mines:⁊ cū exprobrauerīt vos:⁊ ꝑſecuti
vos fuerīt:et dixerint oē malū aduerſum
vos.ſequiꝛ. Gaudete in illa die et exulta/
te ⁊c. Matth.v.⁊ Luc.vj. Tertiū gaude/
re ⁊c. de quo apl's Ro.xij. Gaudere cum
gaude̅tibꝰ:flere cū flentibus. Gaudere cū
gaude̅tibꝰ/ꝯgratulādo: flere cū fle̅tibus
cōpatie̅do.ſicut Iob. Flebā quondā ſuꝑ
eo q̄ afflictꝰ erat. Iob.xxx. Preſertim gau
det hō iuſtus de ꝑfectu ꝓximi ſui ſicut de
pctōrꝝ pn̄ia.de tribulatorꝝ patie̅tia.de ꝑ
ficiendorꝝ ꝑſeuerātia. De p̄mo gaudio.ij.
Corꝝ.vij. Gaudeo nūc q: ꝯtriſtati eſtis ad
pn̄iam. Et angeli gaude̅t de h:q: gaudiū
eſt angelis ⁊c. De ſcd̄o gaudio ſic gaude/
bat mater machabeorꝝ de patie̅tia filiorꝝ
īmo ipſos ad martyriū aīabat.ij. Mach.
vij. De tertio gaudio.ij. Ioh.cap.vnico.
Gauiſus ſum valde: qm̄ inueni de filijs
tuis ābulātes in v̄itate. Per iſta gaudia
ad celi gaudia ꝑducat nos dei mīa. Ame̅.
¶ Dn̄ica tertia poſt octa.paſche. Ser.j.

SIt om̄is homo
tardus ad loque̅duꝫ. Iac.j.
Iuxta ſcripture veritatem
danꝛ due regule. Quarū pri
ma eſt hec
Multū nos oēs quotquot ſumus cauere
debemꝰ ne deū grauemꝰ vel offendamꝰ.
Hec regula declaraꝛ tripliciter.
Primo ꝓbatur ratione naturali.
Scd̄o doctrina euangelicali.
Tertio doctrina diuinali.
¶ Primo ꝓbatur ratione naturali.homo
em̄ debet vitare pctm̄:⁊ cito conuerti ad
deū:q: quāto magis moraꝛ homo in pec/
cato:ſemꝑ addit pctm̄ pctō: ⁊ ita penam
pene.q: vt dic̄ Greg.pctm̄ qd̄ ꝑ pn̄iaꝫ nō
diluitur mox ſuo pōdere ad aliud trahit.
hec ille. Et ſicut ille q̄ recipit mutuo pecu
niam ad vſurā:quātomagis differt ſolue
re:tantomagis ⁊ plus ſoluet tp̄e ſolutio
nis. Sic hō quāto diutiꝰ eſt in pctīs: tan
to plꝰ ſoluet de pena. Iō apl's ad Ro.ij.
Scd̄m duritiā tuā/et cor impenite̅s the/
ſaurizas tibi irā. Et q: eiuſde̅ rōnis nō tar
dare: cōuerti:⁊ eſſe tardum ad grauandū
E ¶ Dico prīo ꝙ in prima contemplatione tractabitur quomodo ieſus chriſtus mutatus eſt de hoc mūdo tenebroſo: cum di. aſcendit. Pro quo notandum/ ꝙ tali die ſicut hodie/ chriſtus vidētibus diſcipulis a monte oliueti eſt eleuatus in celum: et nubes ſuſcepit eū ab oculis eorum. ⁊ ſic comitatus animabus ſanctorum patrum/ quas de inferno adduxerat: et celeſtium ſpirituum exercitu ſociatus: in iubilo aſcēdit ſuper omnes celos: mūdū deſerēs preſentia corporali. ¶ Ubi poſſet queri quare chriſtus non remanſit in hoc mundo vſqꝫ ad finem ſeculi: nunquid melius fuiſſet ꝙ ſemper nobiſcū ſtetiſſet? Dicendum ꝙ licꝫ preſentia corporalis chriſti fuerit ſubtracta fidelibꝰ ꝑ aſcēſionem: tamē diuinitas ipſius ſemꝑ adeſt fidelibus: ſm̄ ꝙ ipſe dicit Matth. vltīo. Ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſqꝫ ad cōſummationem ſeculi. Qui em̄ abijt in celos: non deſerit adoptatos. vt dicit Leo papa. ſcꝫ preſentia diuinitatis. Sed quare ſubtraxit preſentiam corporalem? Dicēdum ꝙ propter maiorem vtilitatem noſtram. ipſa enim aſcēſio chriſti in celū/ qua corporalem ſuam preſentiam nobis ſubtraxit: magis fuit vtilis nobis: ꝙ̄ preſentia corporalis fuiſſet. quia ꝓpter eius abſentiam corporalē/ fides noſtra eſt augmētata: ſpes ſubleuata: ⁊ charitas inflāmata. ſi enim ipſe ſemꝑ fuiſſet inter nos: fides noſtra non fuiſſet ſubleuata: et charitas fuiſſet magis circa terrena occupata. et ideo ad fidem augmentandam: ad ſpem ſubleuādam: ad charitatem inflammandam/ chriſtus diſcipulos ſuos ⁊ nos in hoc mundo deſeruit: aſcendens hodie ſuper omnes celos. Et reperio ꝙ chriſtus hodie ſuper omnes celos aſcēdit: quadruplici ratione. Nam ꝓprie res aliqua quattuor modis dicitur aſcendere.

Primo per naturalem inclinationē.

Scd̄o per violentiam et coactionē.

Tertio per agilitatē et perfectionē.

Quarto per virtuoſam attractionē.

¶ Dico primo et principaliter ꝙ chriſtus hodie celos aſcēdit prout res aliqua aſcēdit ſurſum per naturalem inclinationem. Res enim materiales a principijs intrinſecis mote alique deſcendunt deorſum naturaliter in centro quieſcentes/ vt grauia ſicut terra et aqua: et alique aſcendūt ſurſum/ vt leuia ſicut ignis et aer: qui quidē deſcenſus et etiam aſcenſus fit naturaliter ex proprietate et inclinatione nature: quia natura eſt principium motus ⁊ quietis eius in quo eſt primo et per ſe et non/ ſm̄ accidēs. in. ij. Phyſi. et iſto modo chriſtus aſcēdit hodie ſuper omnes celos per naturalem inclinationem. hoc eſt per virtutem propriam. diuinitatis ſcꝫ et anime glorificate: ex cuius redundātia glorificatur corpus: vt Augu. dicit ad Dioſcorum. eſt enim tāta obedientia corporis glorioſi ad animam beatam/ ꝙ ſicut Aug. dicit xxij. de ciuitate dei: vbi volet ſpiritus ibi erit protinus et corpus. et ideo ex virtute anime volentis/ corpus chriſti aſcendit in celum naturaliter: hoc eſt propria virtute tāꝙ̄ principio intrinſeco. primo quidem virtute diuina: ſecundo anime glorificate ſociātis corpus ſicut vult. verba ſunt ſancti doctoris in. iij. par. q. lvij. art. ij. in corpore. Iſto modo poſſumus nos poſt chriſtum aſcēdere quaſi naturaliter per innocentiam et ſimplicitatem. quemadmodū enim grauia naturaliter deſcendunt: ſic ⁊ peccatores onerati graui onere peccatoꝝ naturaliter tendunt deorſum: iuxta illud p̄s. xxxvij. Quoniā iniquitates mee ſupergreſſe ſunt caput meum: et ſicut onus graue grauate ſunt ſuper me. Innocētes vo et iuſti/ qui non ſunt grauati pōdere peccatorum: et nihil habent contrarium aſcēſioni: tales ſicut leuia aſcēdūt ſurſuꝫ. hoc eſt in celū. et ideo dixit propheta p̄s. xxiij. Quis aſcendet in mōtem domini: aut q̄s ſtabit in loco ſancto eius? Innocens manibus et mundo corde. Dicit ergo ꝓpheta: quis aſcendet in montē domini? ⁊ non immerito interrogat quis aſcendet. quoniam quādo aliqua res difficilis eſt ad faciendum pauci faciunt eā: et eſt quaſi inſolita. Solet queri quis poterit facere tā magnum: tam mirificum: ita nunc aſcēdere in montem paradiſi: et aſcendere in celum poſt chriſtum eſt difficile et arduum: quia pauci aſcendunt: immo multi deſcēdunt. ſcilꝫ in infernum. et ideo querit p̄s. quis poterit hoc facere. et iō querit quaſi admiratiue ſalomon Eccl's. iij. Quis nouit ſi ſpiritus filiorum adam aſcēdat ſurſum? et ideo reſpondet propheta ꝙ innocens manibus et mundo corde: qui nō accepit in vano animam ſuam: nec iurauit in dolo proximo ſuo: hic aſcendet in montem domini: et ſtabit in loco ſancto eius. Conſidereris ergo vos ſi aſcenditis poſt chriſtum iſto modo. et reperio ꝙ nō. nam vos non eſtis innocētes manibus: immo nocentes manibus per homicidium: per rapinam: per violentiam. non mundo corde: faciendo cōſilia tractatus bandagia: habentes adinuicem mel in ore: fel in corde. Accipitis aīas veſtras in vanum: quia eas quaſi nihil reputatis: eas vendentes pro delectatione peccati luxurie vel auaricie. Iuratis in dolo proximis veſtris per mendacia: periuria: facientes iurare in curia ſine deliberatione: ſine etate perfecta. quapropter nō aſcendetis cum chriſto in celū: nec habitabitis in loco ſancto eius: quia excōmunicati non debent eſſe in eccleſia: que eſt locus ſc̄tūs: nec audire officium: nec intereſſe eidem: ſed expelli vt canes. Sic et vos niſi cōuerſi fueritis a via veſtra mala/ et a peſſimis cogitationibus veſtris: non aſcendetis cum chriſto in celum: ſed deſcēdetis cum lucifero in infernum. et verificabitur de vobis. Deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Exo. xv.

¶ Dixi ſecūdo minus principaliter/ ꝙ hodie chriſtus aſcendit ſuper omnes celos prout res aliqua per violētiam et coactionem. E Res enim graues que ſm̄ ſuam naturam deſcendunt: aliquando tamen per violentiam aſcendunt: ſicut patet cum lapis proijcitur ſurſum: infertur ſibi violentia ab impellēte. Sic corpus chriſti quod ſm̄ ſuam propriam naturam non poterat in celum aſcendere: per virtutem diuinitatis ipſum eleuantis: et per gratiam et gloriam anime beate/ eſt eleuatum in celum quaſi violenter. Uel aliter. ꝓpter peccatum primi parentis celū erat clauſum: ita ꝙ corpus aliquod humanum non poterat illud penetrare: chriſtus vo per meritum mortis ⁊ paſſionis ſue/ violentiam intulit celo hodie celos penetrando: et ſuper omnes celos aſcendendo violenter. de quo poteſt intelligi illud quod ſcribitur Luce vltimo. Nonne ſic oportuit pati chriſtum: ⁊ ita intrare in gloriam ſuam ſcilꝫ violenter. Iſto modo poſſumus nos poſt chriſtum aſcendere violenter per penitentiā aſperam. In penitentia enim fit violentia carni. caro enim que conſueuit bene comedere: et bene bibere: ꝙ habeat ieiunare in hoc violentatur caro: etiā que conſueuit in luxuria delectari: ꝙ habeat caſte viuere: et ſic de alijs aſperitatibꝰ penitentie: que carnem violentāt. iſto modo penitentes violenter poſt xp̄m aſcendunt

Et ꝙ penitētia faciat aſcēdere: ptʒ. cōſtat em̄ ꝙ quāto aliqs magis recedit a termino a quo: magis accedit ad terminū ad quē. cū ergo pn̄ia faciat recedere a termino a quo. ſ. a pctō ꝑ qd̄ habitamus in inferno: per cōſequēs facit accedere ad terminū ad quē. ſ. ad celū: vel ad gloriā paradiſi. ⁊ iō dixit Johānes baptiſta Mat. in cap. iij. Penitētiā agite. appropinquabit em̄ regnū celoꝝ. Et penitētes ſic violēter in celū aſcēdentes: ipſi celo violentiā inferūt: qm̄ a diebus Johānis bapt. qui penitentiā ꝑdicauit: regnum celoꝝ vim patitur et violenti rapiūt illud. ſicut ſcribit Mat. xj. Et de iſtis talibus q̄ per pn̄iam ſaluāt aīas ſuas: dixit abdias ꝓpha ī ca. vnico. Aſcendēt ſaluatores in mōtē ſion. h' eſt ī celū vbi ſpeculabunt deū: vidētes eū ſicuti eſt. Iſto modo vos nō aſcēditis poſt xp̄m in celuʒ. Qꝛ qꝛ em̄ in quadrageſima penitentiā agatis: ſtatim eā dimittitiſ ad vitia et peccata redeuntes: īmo aliqui nullā penitentiā agunt: nunq̄ cōfitētur: ſed plures ex vobis bene faciūt penitētiā diaboli. diabolus em̄ nunq̄ comedit: ſed ſemp ieiunat. nunq̄ dormit: ſed ſemper vigilat. nunqꝫ quieſcit: ſed ſemp laborat: ſed tamē iſta pn̄ia nihil ſibi ꝓficit. Sic ⁊ vos ieiunatis vigilatis laboratiſ magnas violētias corporib⁹ et aīabus veſtris īferendo ꝓpter inhoneſtū lucrū/ ⁊ inordinatum appetitū bonoꝝ tēporaliū. hec penitentia nō facit vos in celū poſt xp̄m aſcēdere: ſed in infernum deſcendere. Attendite ne verificetur de vobis. deſcenderūt in egyptū. ſ. in infernū/ et ſteterūt coram pharaone. ſ. lucifero. Geñ. xliij.

F ¶ Dixi tertio minus principaliter/ ꝙ xp̄s hodie celos aſcendit prout res aliqua ꝑ agilitatē et ꝑfectionē. Sicut em̄ hō pinguis vel oneratus nō pōt aſcēdere. leuis vero vel agilis faciliter aſcēdit. Sic xp̄s ante paſſionē habuit corpus graue et pōderoſum: poſtq̄ non ſurrexit a mortuis: habuit corp⁹ agile et leue ſequens aīam glorificatā ad libitū volūtatis. Tāta fuit agilitas in corpore xp̄i hodie: ꝙ in minori ſpacio q̄ vnius hore/ aſcendit a monte oliueti vſqꝫ ad celū empyreū: vbi eſt tātū ſpacium ſm aliquos doctores: quantum vnus homo ambulans per planam viam poſſet ire etiā ſi qualibet die quadragīta milliaria iret ⁊ viueret. xij. milib⁹ ſeptingentis annis. Iſto modo poſſumus nos poſt xp̄m aſcendere agiliter duob⁹ modis ſcʒ per indigentiā et paupertatē: ſiue per perfectam humilitatē. Auis enim nimis pinguis nō pōt in altum aſcendere. macilenta xͦo bene aſcēdit. Duo igit ſunt que impinguāt onerant et inflant hoīem in vita preſenti. ſcʒ abūdantia rerū tēporaliū: et ſuperbia. et iſta duo impediunt hominē ne poſſit poſt xp̄m aſcēdere. Impinguatus em̄ et dilatatus in abūdātia rerum tēporaliū/ non poterit celū aſcēdere: qꝛ diues difficile intrabit in regnū celoꝝ. Facilius eſt enim camelum per foramē acus tranſire: q̄ diuitem intrare in regnū celorū. Matth. xix. Oportet abijcere onus bonoꝝ temporaliū. paupertatē admittere ſpiritu amplectēdo. nam beati paupes ſpū qm̄ ipſoꝝ eſt regnum celorū. mat. v. Itē etiā poteſtis aſcēdere agiliter per perfectā humilitatē. ſuperbia enim inflat: et facit hoīem pinguem et ponderoſum: et non valentē aſcendere: ſed magis deſcendere: qꝛ grauia et pōderoſa deſcendūt. Humilitas xͦo facit hoīem aſcēdere duplici ratione. Primo ratione modificationis. Scdͦo ratione cōtrapoſitionis. Ratione modificationis. ſcit em̄ humilitas ꝙ arcta ſit via que ducit ad vitā Matth. vij. et iō deprimit ſe: et modificat ſe/ deponēdo oēm tumorem vt poſſit per anguſtam portam intrare celū. Secūdo ratione ꝯtrapoſitionis. ponit enim ſe hūilitas in vna ſtatera/ ſciens ꝙ ſua oppoſita et inimica ſupbia ponit ſe ī altera et quia ſcit ꝙ ſupbia erigit ſe in altū: ipa ponit ſe in imo: ſciens ꝙ qui prius aſcendit per ſupbiā: poſtea deſcēdet. Et ſic humilitas aſcendit: et facit hoīeʒ aſcēdere. et hoc eſt qd̄ dicit Berñ. Opʒ ꝙ per hūilitatē aſcendat ad ſublimitatē: qꝛ hec eſt via ⁊ nō eſt alia. Studeatis ḡ habere virtutē humilitatis: q̄ facit poſt xp̄m aſcēdere. et ſignāter vos iurati ad officia cōmunia nouiter ſublimati: ꝯſideretiſ ꝙ ſi iſto anno habetis dominari: alio āno habetiſ ſubijci. et iſtud dn̄iū non eſt vobis ꝓpriū ſed accōmodatū. ꝯſideretis et exitum poti⁹ q̄ ingreſſum. nō extollant corda vr̄a cū lucifero per ſupbiā: ne poſtea cadāt ꝑ diuinā iuſticiā: et verificet de vobis. Aſcēdūt vſqꝫ ad celos: ⁊ deſcēdūt vſqꝫ ad abyſſos: aīa eoꝝ in malis tabeſcebat. pſ. cvj.

B ¶ Dixi quarto minus p̄ncipaliter: ꝙ xp̄s hodie ſup oēs celos aſcēdit ſicut res aliq̄ aſcēdit per virtuoſam attractionē. Quēadmodū em̄ adamas attrahit ferrū: et ſibi vnitum facit aſcēdere: ſic natura diuina que per adamantē intelligit: ferrum hoc eſt naturā humanā in vtero xͥginali ſibi vniuit in īcarnatiōe: et eā attraxit ad celū et aſcendere fecit in aſcēſione: qꝛ licʒ diuinitati nō cōpetat aſcēdere nec deſcēdere: cū non ſit ſubiecta motui: nec tranſmutatiōi: cū ſit vbiqꝫ: qꝛ tn̄ in celo modo congruenti eſt per gloriā/ iuxta illud Eſa. lxvj. Celum mihi ſedes. cōuenit tn̄ humanitati xp̄i illuc aſcēdere quo eā duxit vnitaʒ ſibi diuinitas. Cōuenit etiā nob' poſt xp̄m in celū aſcēdere et hoc per amorem ⁊ charitatē. nā ſicut ferrū de ſe eſt graue: et tamen xͥtute naturali ipſi adamanti indita trahitur ferrum. vñ ꝙ adamas trahat ferrū eſt naturale: ita illud ad qd̄ hō vult aſcendere ſcʒ gaudium paradiſi/ et delectatio q̄ eſt ibi: et amor quē hʒ ibi hō: trahunt ipſum et iō amoroſi illuc aſcendūt. ⁊ ideo dicit Chryſoſto. lib. ij. de cōpūctione. Si celum ꝓcuras aſcendere: et regnū dei inuadere: ama. nam verus amor illuc ſe totū tranſfert: quo eum amoris ſui ducit intētio. Et ſic pʒ ꝙ amor diuin⁹ ad celum facit aſcendere. qd̄ ptʒ duplici ratione. Prima ſi em̄ ꝯtra rem alicui⁹ ponderis in ſtetera poneretur res ponderis infiniti: ſtatim res ipſa quantumcunqꝫ grauis verſus celū aſcēderet: et velocitate ineſtimabili moueret. Nūc autē pondus infinitū eſt amor diuin⁹: qui eſt valoris infiniti: vtpote perducēs ad p̄mium infinitū: vt dicit apl's. ij. Coꝝ. iiij. Eternū glorie pōdus operat in nobis. ⁊ ideo aīa qꝫuis mole corporis: vel peccatoꝝ pondere in infimis teneat: tn̄ ſi in volūtate imprimat pondus infinitū amoris: anima ſubito aſcendit: et ad celū mirabili velocitate mouet. et iō dicit Auguſ. xiij. confeſſionum. Ponderib⁹ ſuis agunt omnia: et loca ſua petunt: pondus meū amor me⁹: eo feror quocūqꝫ feror. Scdͦa ratio pōt aſſignari. Nam amor charitatiu⁹ hominē copulat ſeu vnit deo: vt dicit Dionyſi⁹ aſſerens amorē virtutē eſſe vnitiuam. cum ergo de⁹ qui charitate amatur: ſit in celo iuxta illud Eſai. vlti. Celū mihi ſedes eſt. ſeqtur ꝙ charitas: que hoīeʒ vnit ⁊ copulat deo: ad celos faciat hoīes aſcendere. Huius figurā habemus. iiij. Reg. ij. vbi dr ꝙ apparuit curr⁹ igneus: ⁊ equi ignei: ⁊ deduxerūt heliam in celum. Spūaliter currus iſte deſignat vniuerſitatē virtutū Nam q̄ttuor rote equales ſunt quattuor xͥtutes cardinales: quib⁹ homo vehitur in via morū. tres equi ſunt fides q̄ dirigit cognitionē. ſpes que erigit intentionem. et dilectio naturalis que diſponit affectionē. Iſta oīa ſine charitate ſemper iacerēt in terra: nunq̄ hoīes ſuperius eleuarent: ſed qn̄ aduenit ignis diuin⁹ ꝑ impreſſionē amoris: tūc efficitur curr⁹ igne⁹ et equi ignei. virtutes. ſ. informate charitatis: ⁊ tūc faciunt hoīem aſcendere. Ad propoſitum iſta applicādo vnic⁹ dei fili⁹ homo xp̄s ieſus habuit ſuper oēm creaturam in eminētiori gradu hanc virtuteʒ charitatis: ⁊ conueniēs fuit et multū rationabile. nā regula dʒ de neceſſitate ī rectitudine excedere regulata. ſed xp̄us exhibuit ſe regulā charitatis iuxta illud Johan. xiij. Exemplū em̄ dedi vobis vt quēadmodū ego feci ita ⁊ vos faciatis. ergo de neceſſitate debuit habere ī gradu eminentiſſimo charitatem. Item illud qd̄ hʒ incendere alia ſeu inflāmare: habet calorem in maiori gradu. ſctūs Thom̄. iij. pte q. viij. ar. v. ſicut ignis q̄ habet combuſtibilia inflammare: ſed xp̄s ad hoc venit: ⁊ natus eſt in mundū vt in amorē dei corda hoīm inflammaret. et iō dicitur Luce. xij Ignem veni mittere in terrā ⁊ quid volo niſi vt ardeat. Ex quo concludit ꝙ de neceſſitate in gradu ſuperabundāti habuit charitatē. Joh. xv. Maiorē hac dilectiōe nemo hʒ: q̄ vt animā ſuam ponat quis ꝓ amicis ſuis. ⁊ ſic hec charitas xp̄m ieſum ab infimis et terrenis eleuauit: et ſuper oēs celos aſcēdere fecit. Sic ergo et vos diligatis deū et dn̄m nr̄m ieſum xp̄m: cuius amor trahet vos in celū poſt eum: et tūc de aſcenſu aīe cuiuſlibet veſtrū mirabuntur ſancti angeli dicentes. Cant. vij. Que eſt iſta q̄ aſcendit de deſerto delitijs affluens innixa ſuper dilectum ſuū? Ubi nota ꝙ qui labenti vel debili innitit: neceſſe eſt vt eo cadente cadat. Sic qui per amorē mūdo innititur cū mundo cadit. Eſaie. xxx. Innixi eſtis ſup eo. ſ. mūdo. ſequitur. dū non ſperat veniet cōtritio ei⁹. et ideo innitendum eſt xp̄o per amorem.

Eſaie.l. Speret in noīe dn̄i: et innitatur ſuper deū ſuū. ⁊ iō ſequiť. innixa ſuper dilectū ſuū. Nota ſi eī vir videret mulierē ſuā appodiantē ſuꝑ alium vırū: haberet eā ſuſpectam: ⁊ turbareť. ita qn̄ deꝰ videt ꝙ dilecta ſua aīa apponit coꝛ ſuū in alio turbať. ſ; bōa aīa dat ſe totā deo: qꝛ xp̄s dedit ſe illi: et dicet cū ſponſa in canticis. Dilectꝰ meꝰ mihi: ⁊ ego illi. Debet facere aīa ſicut mulier q̄ quando inuenit amicū vel maritū gratioſum: ponit diligentiam ſuam ꝙ teneat eū in amoꝛe. Sic dꝫ facere aīa amoꝛoſa: que debꝫ diligere xp̄m et ſponſum et gratioſum amicū: dicēdo cuꝫ ſponſa in canticis. cap. iij. Queſiui quem diligit aīa mea: et inueni: tenui eū: nec dimittam. ſ. in celo. Et ſic pꝫ tota pꝛima cōtemplatio quadrifarie declarata.

Secūda pars.

D ¶ Dixi ſecūdo pꝛincipaliter ꝙ in ſcōa cōtemplatione declarabiť quomodo ipſe eſt collocatꝰ in loco valde glorioſo: qꝛ ſuper oēs celos. Ratio auteꝫ quare xp̄s aſcēdit ſuꝑ oēs celos: eſt multiplex: ſed ꝓ preſenti ſufficiat vna ratio: ⁊ eſt iſta. Cōueniēs eſt: īmo ꝓpꝛiū ſm ſuaꝫ naturam cuilibet ꝙ reuertatur ad illud vnde trahit oꝛiginē: vt ſol q̄ continue mouetur in finē mundi ad eundē punctum oꝛiētis reuertiť. et lux ſolaris q̄ a ſole procedit: ad ſolem reuertiť tanq̄ ad ſuū foꝛmale et oꝛiginale ꝑncipiū vn̄ exit. Coꝛpꝰ humanū qꝺ eſt de terra foꝛmatū: ad terram tanq̄ ad ſuū pꝛīcipiū reuertiť. iuxta illud Geneſ. iij. Puluis es et in pulvereꝫ reuerteris. Anima etiā que a deo ꝓcedit per creationē: ad deū redit anima iuſti ꝑ gratiā: et aīa mali per iuſticiā. et ſic etiā vniuerſaliter in oꝛdine totiꝰ creature. Cōueniens ergo fuit ꝙ hūc oꝛdinē quē dei filius creaturis cōſtituit: in ſeipſo obſeruauerit: quia miſſus a pr̄e venit in mūdū et pacto officio redijt ad ſuū pꝛincipium ſiue oꝛiginē. et iō ipſe dicit Joh. xvj. Exiui a pr̄e et veni in mundū: iterū relinquo mūdū: et vado ad patrē. Cum ergo pater ſit in celis: īmo et ſuper oēs celos/ iuxta illud Mat. vj. Pater nr̄ qui es in celis. ſequiť. ꝙ cōueniens fuit ꝙ ſuper oēs celos aſcenderet: et collocaretur a dextris pr̄is. ꝓpter qꝺ Marci vltīo ſcribitur. Aſſumptus eſt in celum ⁊ ſedet a dextris

Item etiā pꝫ alia rōne: que tangiť a ſancto doctoꝛe in. iij. parte. q. lvij. arti. ſ. ī coꝛpoꝛe vbi dicit ſic. Locus debet eſſe ꝓpoꝛtionatus locato: xp̄s aūt per reſurrectionem vitā immoꝛtalē ⁊ incoꝛruptibilē inchoauit. locꝰ aūt in quo nos habitamus eſt locus gn̄ationis et coꝛruptiōis: ſed locus celeſtis eſt locꝰ incoꝛruptiōis: ⁊ ideo fuiſſet incōueniēs ꝙ xp̄s poſt ſuā reſurrectionē remāſiſſet in terris: ğ fuit cōueniens ꝙ aſcēderet in celū tanq̄ ī locum ꝯuenientem: et non ſolū in celū: ſed etiā ſuꝑ oēs celos. quia vt idem doctoꝛ dicit vbi. ſ. arti. iiij. in coꝛꝑe: quāto aliqua coꝛpoꝛa perfectiꝰ participāt bonitatē diuinā tanto ſunt ſuꝑioꝛa coꝛpoꝛali oꝛdine q̄ eſt oꝛdo localis. vn̄ videmus ꝙ coꝛpoꝛa que ſunt magꝫ foꝛmalia: ſunt naturaliter ſanctioꝛa vt pꝫ per pħm. iiij. pħoꝝ. et ī. ij. de celo. ꝑ foꝛmā eī vnūquodq̄ꝫ coꝛpus participat diuinū eſſe: vt pꝫ in. ſ. pħoꝝ. plus autē participat de diuina bonitate coꝛpus ꝑ gloꝛiā: q̄ꝫ quodcūq̄ꝫ coꝛpus materiale per foꝛmā ſue nature. et inter cetera coꝛpoꝛa glorioſa manifeſtū eſt ꝙ coꝛpꝰ xp̄i maioꝛi refulget gloꝛia: et iō conueniētiſſimū eſt ſibi ꝙ ſit ſupꝛa oīa coꝛꝑa cōſtitutū in alto. Et ideo ſuꝑ illud Ephe. iiij. Aſcendēs in altū. diċ gl. locoꝛ dignitate. Sed videť adhuc ꝙ xp̄s nō aſcēderit ſuꝑ oēs celos. qꝛ ſicut dꝛ. in pſ̄. Dn̄s in tēplo ſctō ſuo: dn̄s in celo ſedes eiꝰ. qꝺ autē in celo eſt nō eſt ſupꝛa celū. ğ xp̄s non eſt ſuper oēs celos. Rn̄deť ꝙ ſedes dei dꝛ eſſe in celo: nō ſicut in ꝯtinente: ſed magis ſicut in cōtento. vn̄ non opꝫ aliquā partē celi eo ſuperioꝛē eſſe: ſed ipſuꝫ eſſe ſuꝑ oēs celos. Ulteriꝰ videť ꝙ cū nullū coꝛpꝰ poſſit eſſe extra locū: et cū vltra celū empyreū nō ſit locꝰ: qꝛ vltra vltimā ſpherā non eſt locꝰ ſm pħm. vij. phyſico. ğ coꝛpꝰ xp̄i nō pōt eſſe ſuꝑ oēs celos. Dicendū ꝙ coꝛpꝰ xp̄i eſt ſuꝑ oēs celos iſto mō/ ꝙ caput coꝛpoꝛis xp̄i eſt equale in altitudine vltime ſuꝑficiei celi empyrei: ⁊ ſic eſt ſuꝑ oēs celos. et iō dicit ꝓpħa. Eleuata eſt magnificentia tua ſuꝑ oēs celos deꝰ. ſcribiť in pſ̄. viij. ſic pꝫ ſcōa ꝯtemplatio in q̄ dicebam ꝙ tractareť quō ieſus collocatus eſt in loco ꝯuenīēti qꝛ ſuꝑ oēs celos. Aſcendit ergo ſuper omnes celos. Explicit. Deo grās. Amen.

¶ In die aſcenſionis dn̄i. Sermo. iij.

Aſcendit ſuper omnes celos: vt adimpleret oīa. ad Ephe. iiij. ſcribiť iſtud thema. Ex doctrina philoſophi pꝫ: et experientia clare docet: ꝙ om̄is plenitudo et abūdantia q̄ in iſtis inferioꝛibꝰ oꝑatur. ad aſcenſum ſolis reducitur ſicut ad cauſam. ſterilitas vᵒ ⁊ defectus eiꝰ deſcenſui aſſignať. ita ꝙ ſi res ſunt in ſumma plenitudine et abundantia: ſignū eſt ꝙ ſol eſt in ſupꝛemo pūcto ſui circuli et aſcēſu. ſi vᵒ in ſterilitate vel defectu: ſignum eſt ꝙ eſt in inferioꝛi pūcto ſui circuli ⁊ deſcēſu. Iſtud pꝫ experiētia. nam ſol hꝫ duas ſtationes in ſuo motu. Pꝛima diciť ſolſtitium eſtiuale: ⁊ tūc ſol aſcendit vſq̄ꝫ ad ſupꝛemū ſui circuli: et ampliꝰ aſcendere nō poteſt. Secūda ſtatio diciť ſolſtitiū hyemale: ⁊ tunc ſol deſcēdit vſq̄ꝫ ad infimum ſui circuli: et amplius deſcēdere nō pōt. in iſta ſtatione vel deſcenſu hyemali videmus ꝙ oīa que hic ſunt inferius īfrigidanť: exiccantur: ⁊ moꝛtificātur. Sed aſcendēte ſole ad ſolſtitium eſtiuale: que in hyeme pꝛius erāt frigida incaleſcūt: q̄ exiccata vireſcunt. ⁊ q̄ moꝛtificata reuiuiſcūt. vn̄ Alanꝰ loquēs de tꝑe veris qn̄ ſol aſcēdit verſus ſolſtitiū eſtiuale dicit. Uer q̄ſi fullo nouꝰ reparādo pallia pꝛatꝫ. Quo philomena ſua celebꝛat ſolēnia. veris Arboꝛibus redeunt crines q̄s bꝛuma totondit. Ueſtitum reparans quē tulit bꝛuma pꝛius. Tūc mūdus ſenioꝛ īcipit eſſe puer: Quo noctē phebus pꝛopꝛijs depauperat hoꝛis: Pigmeuſq̄ꝫ dies incipit eſſe gigas. Pꝫ igitur ꝙ aſcēdente ſole in vere: que pꝛius erant frigida incaleſcunt: que exiccata vireſcunt: ⁊ que q̄ſi moꝛtua reuiuiſcunt. Sed cū ſol ad ſupꝛemū ſui circuli aſcēderit: ⁊ ſolſtitio eſtiuali/ oīa que hic inferiꝰ ebulliūt pꝛe feruoꝛe: tūc replētur. vinee bꝛotis pendētibus: terra herbis et fructibus: arboꝛes folijs et fructibꝰ. tunc omnia decoꝛe mirabili veſtiuntur et adimpleṫ bonoꝝ omniū vbertate. vn̄ concluditur ꝙ plenitudinis et abūdantie rerum eſt cauſa aſcenſus ſolis vſq̄ꝫ ad ſolſtitium eſtiuale. ſterilitatis et defectꝰ eiꝰ deſcenſus vſq̄ꝫ ad ſolſtitium hyemale. Ad pꝛopoſitum hec omnia applicando: ſi curſum ſolis iuſticie: qui eſt xp̄s deus noſter attente conſideremus: et eius motū: deſcenſum et aſcēſum inueniemus. nam qn̄ deſcēdit per moꝛtem: deſcēdit vſq̄ꝫ ad inferioꝛes partes terre: ad infimū ſui circuli: ita ꝙ amplius deſcendere nō potuit tunc fuit ꝑ eum tm̄ ſolſtitiū hyemale. et tūc oīa que erant hic inferius in terra militantis eccl'ie: fuerūt infrigidata exiccata et moꝛtificata. Patꝫ in apl'is qui erant pꝛincipes ⁊ maioꝛes eccl'ie: tunc in eis nō remanſit flos ſancte conuerſationis: nec folium ſctē pꝛedicatiōis: nec fructꝰ ꝯſtantis foꝛtificatiōis. nam relicto eo omnes fugerūt. Mat. xxvj. omnes erant frigidi et congelati: et hoc qꝛ ſol ſcꝫ xp̄s per moꝛtem deſcendebat vſq̄ꝫ ad infimum ſui circuli: et ſic erat ſolſtitium hyemale. Et licꝫ hec vera ſint in omnibus apoſtolis: tamē ſpecialiter apparet in petro: qui ad vocē vnius puelle territus xp̄m negauit. certe tunc frigidus erat Petrus: qꝛ textus diċ Joh. xviij. ꝙ Petrus ſtabat ad pꝛunas ⁊ calefaciebat ſe qꝛ frigus erat. quem textū tractans Bern̄. ſuper canti. dicit. Negabis tunc hyemē eſſe cum petrus ſedet ad pꝛunas nō minꝰ gelido coꝛpoꝛe q̄ coꝛde. magnū reuera frigus coꝛ negātis obſtrīxerat: qꝛ iā in coꝛde petri refrigerata erat charitas ⁊ dilectio magiſtri. Totiꝰ iſtius infrigidatiōis ſterilitatꝫ ⁊ ſiccitatꝫ apl'oꝝ fuit cā deſcēſus xp̄i ſolis iuſticie ꝑ moꝛtē vſq̄ꝫ ad infimū ſui circuli: ī quo cauſauit ſolſtitiū hyemale. De iſta ſterilitate ⁊ ſiccitate pꝛophetatū fuit ꝑ Oſee. in cap. ix. vbi ſic ait. Omnes pꝛincipes eoꝝ recedētes. ſcꝫ apl'i. percuſſus eſt effraim. i. xp̄us radix eoꝝ exiccata eſt fructū nequaq̄ facient. Cauſa hoꝛum vt dictū eſt fuit deſcēſus ſolis xp̄i per moꝛtē vſq̄ꝫ ad ſolſtitiuꝫ hyemale. Sed econtrario/ cum ſol cepit oꝛiri ſcꝫ xp̄s in reſurrectione et aſcendere et ſponſam cū gaudio alloqui Canticoꝝ ij. Surge ꝓpera amica mea ⁊ veni: iam eī hyems tranſijt: imber abijt et receſſit. floꝛes apparuerūt in terra noſtra. i. in coꝛpoꝛis chꝛiſti gloꝛificatiōe. ⁊ ī pſ̄. xxvij. Refloꝛuit caro mea. Tunc inceperūt coꝛda diſcipuloꝝ calefieri: vn̄ et illi qui ipſa die reſurrectionis ibant in emaus: quia iam ſenſerant ſolis aſcēſum: dixerūt. Nōne coꝛ nr̄m ardens erat in nob̄. Luc. xxiiij. Sed plenitudo donoꝝ ſpūaliū et abūdātie q̄ habeť ꝑ grāꝫ ſpūſſancti: ꝑfecte ī eis

haberi non poterat: quouſq; ſol aſcende/
ret vſq; ad ſupremum ſui circuli qđ eſt pa
tris dextera. propter qđ dixit aplˀs Joh.
xvj. Expedit vobis vt ego vadã. ſi eñ non
abiero paraclytus non veniet ad vos. Si
aũt abiero mittã eũ ad vos. q.d. expedit
vobis vt plenitudinẽ et abũdantiã dono
rum ſpũaliũ habeatis ꝑ ſpiritũſanctũ: ꝙ
ego aſcendam ad ſupremũ mei circuli; qđ
eſt pr̃is dextera: et ſic cauſem ſolſtitiũ eſti
uale: q: plenitudinis ⁊ abundantie rerũ/
aſcẽſus ſolis vſq; ad ſupremũ ſui circuli:
vbi ſolſtitiũ eſtiuale eſt: eſt cauſa. Quia er
go oĩa bona que debebãt eſſe in eccl'ia: in
aplˀis tãq̃ in primis doctoribus in virtu/
te detinebãtur: ideo vt plenitudine ⁊ abũ
dantia donoꝝ ſpiritualiũ abundarent: ho
die xp̃s ſuper omnes celos aſcẽdit: ⁊ fecit
ſolſtitium eſtiuale. et hoc eſt quod thema
nobis proponit dicens. Aſcẽdit ſuper om
nes celos: vt adimpleret omnia. In qui/
bus verbis de chriſto: qui aſcẽdit: tria no
bis demonſtrantur.

Primo motus virtuoſus. aſcendit.
Scđo ſitus glorioſus. ſuper oẽs celos.
Tertio fruct⁹ copioſus: vt adĩpleret oĩa.

Prima pars.

B ¶ Primo motus virtuo
ſus. aſcẽdit. Si ꝓprie loquamur ex ſentẽ/
tia phi in. ij. Ethi. act⁹ virtutis eſt bonũ:
nõ qđcunq;: ſed difficile. hinc eſt ꝙ quãto
bonum qđ quis aggreditur eſt difficilius
tãto ſi id aſſequitur virtuoſius iudicatur.
Ad propoſitũ ante aduẽtum xp̃i/ aſcẽſus
humane nature in celum: non ſolũ corpo
ris: immo et ſpũs nõ ſolũ difficilis immo
et impoſſibilis iudicabat. et bene. pro im
poſſibili q̃rebat ſalomon Eccl's. iij. Quis
nouit ſi ſpũs filioꝝ adam aſcẽdat ſurſum.
i. in celum ſm glo. Et iſta difficultas pen
ſabatur contrahi ex duobus. Primo ex di
gnitate deſcendentium. Secundo ex pro/
nitate ad cõtrarium. De iſtis duobus ſcri
bitur Exod. xv. Electi principes eius ſub/
merſi ſunt ĩ mari rubro: abyſſi operuerũt
eos: deſcenderunt in ꝓfundum quaſi la/
pis. Primo in iſto textu notatur deſcẽdẽ/
tiũ dignitas cũ ait. Electi principes eius.
Electus princeps fuit iacob. qui deſcẽdit
non aſcẽdit. vnde Geñ. xxxvij. dixit. Deſcẽ
dam ad filium meum lugẽs in infernum.
Electus p̃nceps fuit Job. q̃ dixit. In pro
fundiſſimũ infernum deſcendẽt oĩa mea.
Job. xvij. Electus p̃nceps fuit dauid. qui
dixit pš. xxvij. Aſſimilabor deſcendẽtibus
in lacũ. Et breuiter ante xp̃i aduentũ/ om
nes iuſti quantũcũq; ſancti deſcenderũt
in limbum vel in infernum: et nunq̃ aſcẽ
derunt in celum. Secũdo in allegato tex.
notatur ad deſcendendum ꝓnitas ibi. de
ſcenderũt in profundum quaſi lapis. In
lapide enim propter dominiũ grauitatis
et terreſtris elemẽti eſt ꝓnitas ad deſcen/
dendũ. Sic ante xp̃i aduentũ cũ oẽs ho/
mines eſſent terreni et de natura grauiũ:
q: primus homo de terra terrenus: ⁊ qua
lis terrenus tales et terreni: vt inq̃t apl's
j. Coꝝ. xv. ſequit̃ ꝙ habebãt oẽs pronita/
tẽ ad deſcendẽdũ et nõ ad aſcendẽdũ. vn/
de cõcluditur ꝙ aſcendere cum eſſet diffi
cile: fuit xp̃o virtuoſum. propter qđ notat̃
in prima parte thematis de xp̃o mot⁹ vir
tuoſus: q: aſcẽdit. De iſto virtuoſo aſcẽſu
dr in pš. xvij. Inclinauit celos ⁊ deſcẽdit:
et caligo ſub pedibus eius. Et aſcẽdit ſu/
per cherubin et volauit: volauit ſuper pẽ
C nas ventorum. In iſtis verbis tres maxi
mi ⁊ principales fidei articuli nobis oſtẽ
dunt̃. Primus incarnationis ibi. inclina
uit celos. Inclinare eñ eſt caput pedibus
appropinquare. caput chriſti de⁹ eſt. i. na
tura diuina. j. Coꝝ. xj. pedes natura hũa/
na. in pš. cix. Donec ponam inimicos tu/
os: ſcabellum pedũ tuoꝝ. celos igitur in/
clinauit q̃n caput. i. naturam diuinã pe/
dibus. i. nature humane vniuit quod fuit
in incarnatione. Secũdus articulus paſ/
ſionis ibi. et deſcendit. ſ. per mortẽ in lim
bum eius anima: vel in infernum. Deſcẽ
dit in inferiores partes terre. ad Ephes.
iiij. et q: ſm aliquos doctores nõ deſcen/
dit in infernũ damnatorũ: ideo ſequitur.
et caligo ſub pedibus eius. Tertius arti/
culus aſcenſionis ibi. et aſcẽdit ſuper che
rubin ⁊ volauit: volauit ⁊c. Aſcenſus xp̃i
dicitur hic volatus propter celeritatẽ mo
tus: ⁊ corporis agilitatem. nam ſm Aug.
motus corpoꝝ glorificatoꝝ eſt ſicut mot⁹
radij. cũ toto hoc tñ prefixit ſibi in motu
ſui aſcenſus velocitatem quaƺ voluit: licƺ
velocius aſcendere potuerit. nam conſtat
ꝙ ei⁹ aſcenſus ſenſu perceptibilis fuit: cũ
videntibus illis eleuatus eſt. Act. in. c. j.
Patƺ igitur ꝙ in die hodierna motus xp̃i
fuit virtuoſus: quia aſcendit.

Secũda pars.

D ¶ Dixi ſecũdo principa/
liter ꝙ ſitus xp̃i eſt glorioſus: q: ſuꝑ oẽs
celos. iuxta ſcđaƺ ꝑtem thematis. Juxta
excellentiã corꝑis dƺ eſſe loc⁹ eius. vide/
mus inquit ſctũs Tho. iij. ꝑte. q. lvij. art.
iiij. ꝙ quãto aliqua corpora perfecti⁹ par
ticipant bonitatẽ diuinã: tanto ſunt ſu/
periora corꝑali ordine q̃ eſt localis ordo.
corpora eñ quãto magis ſunt formalio/
ra: tanto ſunt naturalr̃ ſuperiora: vt pƺ
in. iiij. phyſicoꝝ. et in. ij. celi et mũdi. Ad
ꝓpoſitũ corp⁹ xp̃i ſuꝑ omnia mundi cor/
pora etiã glorioſa magˀ participat boni/
tatẽ diuinã in duob⁹ ſpecialiter. Primo
in dignitate. ſcđo in qualitate. Primo in
dignitate: q: diuinitati vnitũ. ſcđo in q̃li
tate q: maiori gl'ia gl'ioſũ. debuit igit̃ col
locari ſuꝑ oẽs celos. videlƺ in celo empy/
reo: eo ꝙ dignitate ⁊ qualitate oẽs celos
excellit: ⁊ eſt loc⁹ gl'ie ⁊ btõꝝ. vñ ſuꝑ illud
pš. lxvij. Aſcendiſti in altũ. dic̃ glo. loco ⁊
dignitate. Itẽ ſi tanta fuit dignitas ho/
minis in ſtatu innocẽtie ꝙ habuit dñiũ
⁊ excellentiã ſuꝑ oĩa creata: vñ in pš. viij.
Gloria et honore coronaſti eũ: et ꝯſtitui/
ſti eũ ſuꝑ opera manuũ tuarum. Quanto
igitur maior erit gl'ia et dignitas xp̃i ho/
minis ĩ ſtatu glorie: ꝙ oĩa erũt ſibi ſubie
cta: nõ ſolum quantũ ad dñium: ſed etiã
quantũ ad locũ. vñ apl's ad Hebre. ij. ſu/
pradicta verba pš. Omnia ſubieciſti ſub
pedibus eius. de chriſto declarans dicit.
In hoc eñ ꝙ oĩa ei ſubiecit: nihil dimi/
ſit ei non ſubiectũ. et per ꝯſequẽs nec ce/
los. vñ ſequit̃ in cap. iiij. Habemus pon
tificem magnum qui penetrauit celos.
E ¶ Sed põt hic q̃ri quõ ẽ poſſibile et no
bis intelligibile/ ꝙ xp̃s ſit ſuꝑ oẽs celos.
hoc eñ ad litterã videt̃ eſſe falſum: cum
eñ non ſint niſi decẽ celi. ſcƺ ſeptem pla/
netarũ: octauũ ſtellatũ: nonũ cryſtalli/
num vel aqueũ. de nono Dañ. iij. Benedi
cite aque oẽs que ſuper celos ſunt dño.
celũ empyreũ qđ dicitur celũ trinitatis ⁊
beatoꝝ: et vltra iſtos nihil ſit: nec locus:
nec ſpaciũ: nec aliquid aliud: cum pħs in
ij. celi et mundi dicat extra celum nihil
eſſe. videtur igitur ad litteram falſuƺ eſſe
ꝙ xp̃s aſcẽdit ſuper oẽs celos. Reſpõ. ſic
intelligitur ꝙ xp̃s aſcendit ſuper oẽs ce/
los; et vſq; ad ſupremã partẽ ſuperioris
celi: ſic ꝙ xp̃us non eſt extra celum: ſed
non eſt aliqua pars celi ſuꝑior chriſto.
Sed põt iterum queri ⁊ bene ad ꝓpoſitũ
nunq̃d non melius et digni⁹ eſſet ꝙ xp̃s
aſcendiſſet ſupra conuexum empyrei celi
vt ſic thema veritatẽ ꝯtineat: ꝙ xp̃s aſcẽ
dit ſuper oẽs celos. Rñdeo hoc potuit eẽ
de poſſibilitate; nõ tñ de ꝯgruitate. Pri/
mum patƺ q: potuit de⁹ facere ꝙ corpus
xp̃i non eſſet in loco: ſicut vltima ſphera
nõ eſt in loco: nec eſſe in loco eſt intrinſe
cum corpori. poſſet deus deſtruere omnẽ
locũ conſeruãdo corp⁹: ſic potuit eſſe ſu/
pra conuexũ celi empyrei vbi nõ eſt loc⁹.
Scđm pƺ ꝙ nõ eſt poſſibile de cõgruita
te: q: ſequit̃ vnũ magnũ incõueniens ſue
beatitudini maxime repugnãs. ſcƺ ꝙ nec
poſſet videre ſe: nec alia a ſe: cuƺ tñ inter
oẽs ſenſus/ viſum maxime diligamus.
in. j. Metaphyſice. ꝙ iſtud incõueniens
ſequit̃ pƺ. quia qđ videt̃ corꝑalr̃ videtur
mediante diaphano illumiato. Sed tũc
inter oculũ xp̃i et quodcũq; aliud viſibi/
le/ nullũ eſſet mediũ illuminatũ: q: eſſet
totaliter extra celũ vbi nihil eſt. igitur
nihil poſſet videre: qđ eſt magnũ incõue
niens et multũ beatitudini xp̃i derogãs.
q: nec poſſet videre manum ſuam: nec pe
dẽ: nec brachiũ: qđ eſſet nimis abſurdũ.
Patƺ igitur ꝙ hodierna die de xp̃o iuxta
ſecũdam partẽ thematis demõſtratur ſi/
tus glorioſus. ſ. ſuper omnes celos.

Tertia pars.

¶ Dixi tertio principali F
ter ⁊ vltimo: ꝙ de xp̃o demonſtrat̃ ꝙ fru
ctus ei⁹ in hac die eſt copioſus: q: vt ad/
impleret omnia. Iſta tertia pars. ſcilƺ vt
adimpleret omnia exponit̃ tripliciter.
Primo ſm imaginatiuã apl'i ad Phil. ij.
in noĩe ieſu oẽ genu flectat̃ celeſtiũ terre
ſtriũ et ĩfernoꝝ. adĩpleuit igit̃ xp̃s hodie
oĩa: q: celeſtia gloria: terreſtria grã: infer
na potẽtia. vñ ſm aliquos chriſt⁹ deſcen
dit ad infernũ dãnatoꝝ vt oſtenderet eis
ſuã potẽtiã. ſan. Tho. iij. ꝑ. q. lij. ar. j. ⁊. ij.
Scđo exponit̃ ſm Berñ. ſm contrarium
iſti⁹ termini ſic. vt adĩpleret oĩa: ſcƺ oĩa
ꝓpter q̃ miſſus fuerat a pr̃e ꝓ redẽptio/
ne humani generis cõplẽda: que fuerunt
naſci pati mori et reſurgere. vñ Berñ. in
ſermone hodierno. Nũc vere adimpleuit
oĩa; quia natus inter hoĩes; ⁊ cũ hoĩbus

cõuerſatus: ab hoĩbus ⁊ pro hoĩbus paſ
ſus: et mortuus eſt: ⁊ reſurrexit: aſcẽdit et
B ſedet ad dexterã dei. Tertio exponit̃ iſte
textꝰ al'r ſcḋm aliã imaginationẽ ſic. Aſcẽ-
dit vt adimpleret oĩa. ſcꝫ q̃ erant vacua.
vacuũ em̃ et plenum ſunt ꝯtra ſcḋm pħm
iiij. phyſicoꝝ. Nõ adimpletur illud quod
eſt plenũ: ſed qḋ eſt vacuũ. Et ſcḋm iſtam
imaginationẽ/ego reperio ꝙ quĩqꝫ ante
xp̃i incarnationẽ erant vacua: q̃ in eius
incarnatiõe ⁊ aſcẽſione impleta ſunt. ſcꝫ
Motus non completus.
Tẽpus ſine menſura.
Modus cum defectu.
Cor induratum.
Locus diruptus.
¶ Dico primo ꝙ xp̃s in ſua incarnatione
⁊ aſcẽſione adimpleuit motũ in quo erat
vacuũ. Pro quo notãdũ ꝙ habemꝰ. vij.
ſpecies motus. ſ. ante/retro/a dextris/a
ſiniſtris/ſurſum/deorſum/et in circũitu.
has ſpẽs motus omnes chriſtꝰ cõpleuit.
Primo motũ retro in incarnatiõe qñ exi-
naniuit ſemetip̃m formã ſerui accipiẽs.
tũc fecit motum retro q: de dño factꝰ eſt
ſeruꝰ. de diuite pauper. Scḋo compleuit
motũ ante in paſſione mortẽ in cruce de-
uincẽdo. vñ ꝓphetauit de hac Abachuc
in ca. iij. Splẽdor eiꝰ vt lux erit. cornua. ſ.
crucis in manibus eius. ibi abſcõdita eſt
fortitudo eiꝰ: ante faciẽ eiꝰ ibi mors: egre
diet̃ diabolus ante pedes eius. diabolus
cuiꝰ inuidia introiuit mors ĩ oẽs. Tertio
compleuit motũ a ſiniſtris vitã mortalẽ
et paſſibilem aſſumẽdo. Uita p̃ſens mor-
talis et paſſibilis d: eſſe ſiniſtra ſcḋm Gre-
goriũ ſuper illud Cant'. ij. Leua eius ſub
capite meo ⁊c. Quarto cõpleuit motuꝫ a
dextris cũ immortalitate reſurgẽdo. tũc
mutatus eſt de ſiniſtra in dextrã. et hoc fi
gurauit angelus qui in reſurrectione ap-
paruit in dextera ſcḋm Grego. in homelia
de reſurrectiõe. Quinto cõpleuit motum
deorſum ad limbũ deſcẽdendo: q: deſcen
dit in inferiores partes terre. ad Ephe. iiij
Sexto cõpleuit motum ſurſum ad celos
aſcẽdendo: de quo thema. ⁊ pſ. viij. Ele-
uata eſt magnificentia tua ſuper celos.
Septimo cõpleuit motũ in circũitu cir-
culũ deſcribendo. ⁊ hoc duobus modis.
Primo in incarnatione in ſuppoſito diui
no vbi coniũgunt̃ alpha et o. finis ⁊ prĩ
cipium. primũ et nouiſſimũ ſcꝫ natura di
uina ⁊ humana inſpiciendo ordinẽ crea-
tionis. Scḋo compleuit circulũ hodie in
aſcenſione qñ ab illo puncto a quo exiuit
ad illud rediit. vñ pſ. xviij. A ſummo celo
egreſſio eiꝰ: et occurſus eiꝰ vſqꝫ ⁊c. ⁊ ipſe
xp̃s Joh. xvj. Exiui a p̃re et veni in mun-
dum: et iterũ relinquo mundum ⁊c. Iſte
motus circularis. vel alij motꝰ nunq̃ꝫ fue
runt ita pleni et perfecti ſicut modo fue-
runt per chriſtum.
¶ Dixi ſcḋo ꝙ xp̃s impleuit tempus ſine B
menſura. Nihil em̃ ante xp̃m poterat ad-
uenire tẽpori qḋ tempꝰ impleret. nam q̃c
quid erat in tp̃e erat minor tẽpore: cũ oĩa
corrũperẽtur per tẽpus. ſcḋm pħm in. iiij.
phyſicoꝝ. oĩa que fiunt in tẽpore: corrũ-
puntur et tabeſiunt. per conſequens non
implebant tẽpus: q: minꝰ nõ implet ma-
ius. et ideo poete finxerunt ſaturnũ: qui
deuorabat filios ſuos: fuiſſe tẽpꝰ. Uenit
chriſtus in hunc mũdum in incarnatiõe
qui eſt eternꝰ: per ꝯſequẽs impleuit tem-
pus: q: eternitas maior eſt tẽpore: cũ prĩ
cipio et fine careat: et non ſit tẽpus. hoc
eſt qḋ dicit ap'ls ad Galath. iiij. At vbi ve
nit plenitudo tẽporis: miſit deus filium
ſuum natũ de muliere/factũ ſub lege ⁊c. I
¶ Dixi tertio ꝙ xp̃s in aduẽtu ſuo ĩ hunc
mundũ impleuit modũ deficientẽ. Nihil
põt cõſiſtere ſine modo. vñ poeta Horat.
Eſt modus in rebꝰ ſunt certi deniqꝫ fines
Quos vltra citraqꝫ neq̃t ꝯſiſtere rectum.
In ꝓductiõe tñ hoĩs vel generatione de
ficiebat vnꝰ modus ſcḋm Anſelmũ/quem
xp̃s adimpleuit. Fuit em̃ vnꝰ modus ꝓ-
ducendi hoĩem ſine homine ⁊ muliere vt
patꝫ in adã. fuit ſecũdus modus de hoĩe
ſine muliere vt ptꝫ in eua. fuit tertius de
hoĩe et muliere ſicut cõmunis ꝓbat mo-
dus. deficiebat quartꝰ. ſ. de muliere ſine
homine: iſtũ modũ adimpleuit chriſtus
qui natus eſt de virgine muliere. non ex
virili ſemine: ſed myſtico ſpiramine. Iſtũ
modũ reuelauit deꝰ abrae di. ꝙ erat mo-
dus quo ſemen eius perueniret ad celuꝫ.
vñ exiſtẽs ĩ celo de eiꝰ ſemine dixit abrae
Geñ. xv. Generatione autẽ quarta reuer-
tent̃ huc. ſcꝫ ad celum.
¶ Dixi quarto ꝙ xp̃s adimpleuit in aduẽ K
tu ſuo et aſcenſione cor induratũ. Nã cor
hoĩs erat ante xp̃i natiuitatẽ et aſcenſio-
nẽ valde obſtinatũ et durum maxĩe erga
fideꝫ catholicã. quis em̃ ante credebat ꝙ
deus eſſet incarnatus paſſus crucifixus
et mortuꝰ. ſcḋm ꝙ dicit ap'lus. j. Coꝛ. j. hoc
fuit iudeis ſcandalũ: gentibꝰ autem ſtul-
ticia. Et apoſtoli et omnes chriſti diſci-
puli tempore paſſionis chriſti/quãdo re-
licto eo oẽs fugerunt: omnes perdiderũt
fidem: et fuerunt vacui a fide: ſed poſt
xp̃i aſcenſionem et apoſtoloꝝ predicatio-
nem/fides ita fuit impleta et dilatata et
cognitio de deo/ꝙ idolatria fuit ꝑ totuꝫ
mundũ extirpata: ⁊ fides de xp̃o dilatata
quãdo in omnẽ terram exiuit ſonus eoꝝ.
pſ. xviij. Tunc vt ſcribit̃ Eſaie. in cap̃. xj.
repleta eſt terra ſcientia dñi.
L ¶ Dico quinto et vltimo ꝙ xp̃s adimple
uit in ſua aſcenſione locũ diruptum. nam
quãdo angeli ceciderũt de celo per pecca
tũ: tunc in celo patuit ruina magna: ⁊ ſe
des angelorum qui ceciderunt vacue re-
manſerunt. Sed chriſtus aſcẽdens in ce-
lum captiuã duxit captiuitatem. ſcilꝫ ſan
ctarum animarũ patrum qui erãt in lim-
bo: ⁊ ex eis ſedes vacuas adimpleuit. tũc
impletum eſt illud pſ. cix. Judicabit in
nationibus: implebit ruinas: conquaſſa-
bit capita in terra multoꝝ. ſcilꝫ malorum
angelorum. Patet igitur ꝙ chriſtus aſcẽ-
dit ſuper omnes celos vt adimpleret oĩa
omnia ſcꝫ que erant vacua. ſcꝫ motũ im-
perfectũ. tempus ſine menſura: modũ cũ
defectu: cor induratum: locum diruptum
Chriſtus igitur bene adimpleuit omnia:
quia terrã gratia et ſcientia: celum beati
tudine et glĩa. Pleni ſunt celi ⁊ terra glo
ria tua. Eſaie. vj. pro tanto inquit chriſtꝰ
Hieremi. xxiij. Celum ⁊ terrã ego impleo.
Sic ptꝫ. et eſt finis ſermonis: ꝙ hodie
Chriſtus fecit actum virtuoſum: et hoc
q: aſcendit.
Chriſtus habuit ſitum glorioſum: et hoc
ſuper omnes celos.
Chriſtus dedit fructum copioſum: quia
adimpleuit omnia.

Et ſic explicit ſermo.

¶ In die aſcenſionis dñi. Sermo. iiij.

Q Uis aſcendit in celum. Prouerb. xxx. Tria fundamenta manifeſta oc-
currunt que queſtionẽ pro
poſitam reddũt rationabi-
lem difficilem et ſubtilem.
Primum grauitas humani corporis pon
deroſa.
Secundũ firmitas celi ſyderei rigoroſa.
Tertium difficultas ſpacioſa itineris co
pioſa.
¶ Primũ fundamentũ ⁊c. Lapis terra et
omnia que ſunt de terra: q: ſunt põdero-
ſa: naturaliter deſcendũt. vnde et nunq̃
iſto modo aſcendunt. Et leuia ꝑ oppoſitũ
naturaliter aſcẽdũt. Cui concordat ſacra
ſcriptura vbi dicit̃. Celum ſurſum: ⁊ ter-
ra deorſum. Prouerb. xxv. Celũ ſurſum:
q: leue. terra deorſum: q: grauis et pon-
deroſa. Cũ ergo corpꝰ humanũ ſit de ter-
ra et per ꝯſequẽs põderoſum: rationabi-
liter querit̃ quis aſcẽdit ĩ celũ ſcḋm corpꝰ.
¶ Scḋm p̃ncipaliter. firmitas ⁊c. Narrãt
aſtrologi ꝙ materia celoꝝ eſt ſic fortꝭ du-
ra et firma: ꝙ oẽs fabri mũdi nõ poſſent
facere vnũ foramẽ in celo quãtũcũqꝫ mi-
nimũ cũ aliquo inſtrumẽto. In cuius ſi-
gnũ deus a principio mũdi inter opa ſex
dierũ vocauit firmamẽtũ celũ. Geneſ. j.
firmamentũ a firmitate magna q̃ eſt ĩ eo.
Cum igit̃ corpus humanũ nõ poſſit aſcẽ
dere vſqꝫ ad ſupremũ celũ niſi penetraue
rit alios celos: ⁊ ꝑforari nõ poſſint ſicut
eſt dictũ: rõnabil'r q̃ritur quis aſcẽdit in
celũ. ¶ Tertio principaliter ⁊c. aliqui do
ctores ⁊ magiſtri iudeoꝝ preſertim Rabi
moyſes dicit ꝙ a centro terre vſqꝫ ad ſu-
premũ celũ/ſunt. lxxx. milia annorum de
ſpacio et de via hac tantũ quantũ poſſet
ambulare de via plana ſi tantũ viueret:
licet nullus vt exiſtimo poſſit ſcire illud
ſpacium: nec diſtantiã illam niſi per reue
lationẽ illius qui oĩa fecit et poſuit in nu
mero põdere et mẽſura. Ideo q̃rebat ſa-
piens Eccl'iaſticꝰ. Altitudinẽ celi et lati-
tudinẽ terre: ⁊ profundũ abyſſi q̃s dimen
ſus eſt? Eccli. j. Attenta ergo tanta alti-
tudine celi: rationabiliter queritur quis
aſcendit in celum. Ad iſtam queſtionem
reſpõdet articulꝰ fidei in ſymbolo ꝙ chri
ſtus ſcḋm humanitatẽ aſcẽdit in celũ. aſcẽ
dit inquit in celum ⁊c. Ubi querit̃ de mo
do iſtius aſcẽſus qualis fuerit: et quomo
do aſcendit. Reſpondetur
Non fuit obſtaculũ: nec aliq̃ põderoſitas
Ibi fuit gaudiũ et iocunda ſocietas.
Patẽs fuit viagiũ: ⁊ manifeſta lũinoſitas
¶ Primo ⁊c. qm̃ in iſto aſcenſu nullũ fuit
obſtaculũ: nullũ impedimẽtũ: vtpote nõ
culpa; nõ pena; nõ ſp̃us malignꝰ; qm̃ iſta

tria cõiter impediũt ſeu retardāt ne quis
aſcendat in celũ. preſertim impedit culpa
mortalis: que grauat ⁊ põderat ſupra mo
dũ: cuius ꝓprius locus eſt centrũ terre. ſ.
infernus damnatoꝝ. vñ de pctõribus ſcri
ptũ eſt Exo. xv. Deſcẽderũt in profundum
quaſi lapis. In huius figurã legit̃ qm̃ qñ
moyſes voluit aſcẽdere in mõtẽ/ vidẽs ru
bũ ardentẽ: audiuit vocẽ dicẽtẽ ſibi. Sol
ue calciamẽta de pedibus tuis. Exod. iij.
Uis ergo aſcẽdere in montẽ dñi: ſolue cal
ciamenta. i. derelinque pctã que reddunt
aĩam põderoſam. In xp̃o aũt nulla culpa
fuit nec eẽ potuit. Nunqd corpus xp̃i fuit
põderoſum cũ eſſet de terra? Rñdetur ꝙ
nõ: qm̃ erat corpus glorificatũ: ⁊ tale cor-
pus deponit oẽm põderoſitatẽ. Item ibi
nõ fuit pena retardãs: qm̃ vbi non eſt nec
fuit culpa: ibi nõ eſt pena. vñ interdũ vbi
nõ ẽ culpa (licꝫ fuerit) remanet tpalis pe
na que retardat aĩam ſeparatã a corpe ne
ſtatim aſcendat. Sed nũquid corpus xp̃i
aſcẽdens in celũ perforauit celos? Rñdet̃
ꝙ nõ. qꝛ ſicut corpus eius natũ eſt clauſo
vtero ſine apertura: ⁊ intrauit ad diſcipu
los clauſis ianuis: ſic trãſiuit ꝑ oẽs celos
aſcẽdẽdo ſine quacũqꝫ fractura. Item nõ
fuit ibi ſpũs malignus impediens aſcen-
ſum: immo boni angeli aſſociãtes chriſtũ
clamabãt ad demones in caliginoſo aere
exiſtẽtes. Iter facite ei q̃ aſcẽdit ſup occa
ſum: dñs nomen illi. fugite ꝑtes aduerſe.
¶ Sed quid dicemꝰ de ſpacio? Rñdeo ꝙ
tam leue eſt corpori glorificato trãſire ma
gnũ ſpaciũ ſicut paruũ. qđ intellige quã-
tũ ad remotionẽ faſtidij ꝓpter dotẽ agili
tatis. ergo verum eſt ꝙ in iſto aſcenſu xp̃i
nec grauitas: nec firmitas celi: nec difficul
tas ſpacij ĩterfuerũt: nec ĩpedire potuert̃.
¶ Scđo aſcendit cũ iocũda ſocietate atqꝫ
letanter. ibi nanqꝫ fuit digna ſocietas: di
gna ꝓceſſio: vtpote deꝰ pr̃ filiũ inuitãdo.
angeli letãter iubilãdo. aĩe ſctõꝝ patrũ ſe
quẽdo. apl'i admirãtes aſpiciẽdo. nubes
lucida xp̃m ſuſtinẽdo. Primo deus pr̃ ⁊c̃.
ſicut hodie cãtatur in proſa. Uocat pater
filium ad cõſeſſus ſolium. vocat di. Aſcẽ
de huc. Apoca. iiij.
Aſcẽde ad locũ ſupiorẽ: qꝛ te humiliaſti.
Aſcende relinquendo locum inferiorem:
quem contempſiſti.
Aſcende ad requiem: quia multum fideli
ter laboraſti.
Aſcende ad montẽ vbi eſt ſanitas ſine in-
firmitate.
Aſcende ad locum vbi eſt felicitas ſine ſte
rilitate.
Aſcende ad patriam: vbi eſt libertas ſine
ſeruitute.
Aſcende ad caſtrum: vbi eſt ſecuritas ſine
repugnantia.
Aſcẽde ad celum: vbi eſt ſocietas ſine diſ-
plicentia.
Aſcende ad thronũ: vbi eſt iocunditas ſi-
ne triſticia.
¶ Itẽ ibi fuerũt angeli ⁊c̃. Quis poſſet co
gitare cãtica laudũ? angelica organa: vo-
cũ armoniã? inſtrumenta muſicalia? iuxta
dauidicã ꝓpheciã. Aſcendit deꝰ in iubila
tione: ⁊ dñs in voce tube. notet̃ hic de an
gelis ſicut in p̃mo ſermone. ¶ Tertio fue-
rũt ibi aĩe ſanctoꝝ patrũ. ⁊ quãtũ ad hoc
narrat Solinus de mirabilibus mũdi: ꝙ
venator intrat ſecrete cubile cuiuſdã ſer-
pẽtis q̃ vocat̃ tigris ipſo alibi ꝑuagante:
et venator ĩde extrahit catulos de cubili:
et tandẽ ſerpẽs ille crudelis veniẽs et ca-
tulos nõ inueniens: ſentit odorẽ catuloꝝ
ſuoꝝ: ⁊ inſequit̃ venatorẽ: ⁊ aduertẽs cau
tus venator relinq̃t in via vnũ de catulis
illis: ⁊ circa illũ ſerpẽs ſe occupat ad cubi
le eũ portãs: et tũc venator elõgat ſe a ſer
pente: et ſic ſubito aſcendit nauim: ſecum
alios catulos deportãdo. Ad ꝓpoſitũ. cru
delis ac venenoſus ſerpẽs antiquꝰ eſt dia
bolus: cubile ſuũ eſt totus infernꝰ vbi de
tinebant̃ catuli aĩe ſanctoꝝ patrum: vena
tor ieſus xp̃s q̃ fuit in inferno ſicut leo ru
giẽs in venatione. ſ. Macha. iij. Aliquos
ibi de catulis reliquit vtpote in purgato-
rio: qm̃ venator iſte ſolũ intrauit cubile. i.
limbũ patrũ: ⁊ oẽs inde extraxit: et aſcen-
dens in celũ ſecũ duxit iuxta dauidicã ꝓ-
pheciã. Aſcẽdẽs xp̃s in altũ captiuam du
xit captiuitatẽ. ¶ Quarto in illa proceſſio
ne fuerũt apl'i ex vna parte dolentes: ⁊ ex
alia parte admirãtes. dolẽtes/ lamentan
tes/ loquẽtes xp̃o aſcẽdẽti in celũ. O ma-
giſter nr̃: redẽptor nr̃: tu relinquis nos or
phanos: deſolatos ſicut agnos inter lu-
pos. quid facient diſcipuli tui? quis cõſola
bit̃ nos? dñe ieſu xp̃e dignet̃ clemẽtia tua
recordari de nobis. pſ. In eternũ nõ obli
uiſcaris nos. nõ ſolũ lamẽtabãtur: immo
etiã admirabant̃. vñ angeli qui apparue-
rũt dixerũt eis. Uiri galilei qđ admiram

ini aſpiciẽtes in celũ? Potuerũt reſponde
re apl'i: nos videmus terrã ſup celũ hodie
eleuatã: humanitatẽ ſup angelos exalta-
tã: humanitatẽ per angelos adoratã: hu-
manitatẽ in patris dextera collocatã. me-
rito ergo mirabãtur. Et reuerſi ſunt apl'i
hierl'm a mõte oliueti vbi fuerũt in oratio
ne: nõ tñ ſine timore inimicoꝝ vſqꝫ ad ad
uentũ ſpũſſcti vna cũ maria matre ieſu et
alijs credẽtibus licꝫ paucis. ¶ Quinto in
illa ꝓceſſione fuit nubes lucida. vnde ſcri
ptũ eſt. ⁊ nubes ſuſcepit eũ. nõ tñ ꝙ indi-
geret auxilio nubis: ſed ad inſinuãdum ꝙ
oĩs creatura parata eſt obedire ſuo crea-
tori. Nẽpe ſtella obediuit qñ natus eſt: re
ges ꝯducendo. ſol obediuit qñ paſſus eſt
eclipſando. mare obediuit ſolidũ ſub pe-
dibus ſe prebẽdo. terra obediuit qñ reſur
rexit motũ oſtẽdẽdo. nubes obediũt quã-
do aſcendit chriſtum deportando.
¶ Tertiũ principaliter iſte aſcẽſus fuit pa
tẽs ⁊ manifeſtus. ⁊ poteſt quadruplex ra
tio ad hoc aſſignari. vt ſcꝫ cetus apl'oꝝ cõ
ſolaret̃: vt via eũdi ad celũ demonſtraret̃:
vt locus beatificꝰ deſideraret̃: vt mundus
iſte miſerabilis reputaretur. propter iſta
aſcẽdit pandẽs iter eis. ¶ Hic opꝫ inqui-
rere de loco quo aſcẽdit: ex quo actum eſt
de modo. Locus iſte videtur fuiſſe reue-
latus btõ iohãni euãgeliſte Apoc̃. iiij. vbi
ſic legit̃. Uidi oſtiũ apertũ in celo. et ecce
ſedes poſita erat in celo: ⁊ ſupra ſedem ſe
dẽs. ⁊ qui ſedebat ſil'is erat aſpectui lapi-
dis iaſpidis ⁊ ſardinis. ⁊ in circũitu ſedis
vigintiquattuor ſedilia vbi ſedebãt vigin
tiquattuor ſeniores: ⁊ de throno procede
bãt fulgura voces ⁊ tonitrua. ⁊ ſeptẽ lam
pades ardẽtes. Oſtiũ celi btõꝝ hodie ap
tũ eſt cũ effectu: qm̃ ante clauſum fuit ꝑ
multoꝝ annoꝝ circula. Nẽpe primꝰ homo
adã clauſit nobis oſtiũ paradiſi: verum ſe
cũdus adã fuit primus q̃ aperuit: qm̃ ipe
eſt qui aperit ⁊ nemo claudit: ipſe claudit
et nemo aperit. Apoca. iij. Ecce dedi oſtiũ
apertũ corã te. ibidẽ. Uel ꝑ oſtiũ põt ĩtel-
ligi xp̃s q̃ dicit de ſeipo. Ego ſum oſtiũ: ꝑ
me ſi q̃s introierit ſaluabit̃. Ioh. x. Iſtud
oſtiũ fuit apertũ in cruce: vtpote latꝰ eiꝰ:
quo apto: ipo facto fuit apta ianua para
diſi. Et ecce ſedes poſita erat ĩ celo. ſedes
iſta dextera eſt dei p̃ris: vbi ſedet xp̃s ſm
diuinitatẽ ⁊ ſm humanitatẽ. Aliter tñ et
aliter ſedet filiꝰ dei in dextera p̃ris. qꝛ ſm
diuinitatẽ ſedet ĩ dextera: hoc eſt in equa
litate gl'ie cũ p̃re. ſm hũanitatẽ ỽo ſedet
ibi: hoc eſt in potioribꝰ bonis dei patris.
Uel ſedet ſupra ſedẽ. i. ſupra potiſſimũ bo
nũ cuiuſcũqꝫ creature angelice vel huma
ne. De iſto ſedere hr̃ ĩ diuerſis locis ſacre
ſcripture. In pſ. Dixit dñs dño meo ſede
a dextris meis. Coloſ. iij. Que ſurſũ ſunt
querite: vbi xp̃s eſt in dextera dei ſedẽs. ſ.
in equalitate gl'ie cũ p̃re ſm diuinitatẽ: ĩ
bonis ỽo potioribus ſm humanitatem.
Mar. vlti. Aſſumptus eſt in celũ et ſedet
a dextris dei. Itẽ Heb. j. Sedet ad dexte-
rã maieſtatis ĩ excelſis. ſedet. i. quieſcit et
regnat poſt labores/ et poſt magnã humi
liationẽ. ad dexterã maieſtatis ſicut expo
ſitũ eſt. in excelſis. i. ſup oĩa loca in ſupre-
mo loco. Act̃. vij. Ecce video celos aptos:
et ieſum ſtãtẽ a dextris virtutis dei. Et q̃
ſedebat ⁊c̃. per iaſpidẽ intelligitur xp̃i hu
manitas: qm̃ iaſpis eſt rubei coloris. per
ſardinẽ diuinitas: qm̃ ſedet ibi vt hõ: ⁊ ſe
det ibi vt verus deus. Hic ſciẽdũ ꝙ in ſcri
ptura ſancta per dexterã intelligit̃ ꝓſperi
tas. per ſiniſtrã aduerſitas. de vtraqꝫ ĩ cã
ticis cap̃. ij. Leua eius ſub capite meo: et
dextera illius amplexabit̃ me. Dignũ val
de erat ac iuſtũ vt ſaluator nr̃: qui tot an-
nis laborauerat ꝓ redẽptione: requieſceret
in ꝑpetuũ ĩ dextera dei p̃ris. vigintiquat
tuor ſedilia ſunt ſanctoꝝ et beatoꝝ btitu-
dines: qm̃ in domo dei ſunt varie manſio
nes: et ꝑ ꝯñs varie btĩtudines. Per vigin
tiquattuor ſeniores vbi ſunt due duode-
ne: per vnã intelligunt̃ ſcti de antiquo te
ſtamẽto: ⁊ ꝑ aliã ſcti de nouo teſtamento.
de throno ꝓcedebãt fulgura ſeptẽ. hoc ẽ
ſeptẽ ꝑcuſſiones (pctĩs nr̃is exigẽtibus)
de ſede diuine maieſtatis deſcendẽtes: q̃
ſunt pluuia exceſſiua. vel ſiccitas multuꝫ
nociua: guerra vbi ẽ ſanguinis effuſio: tẽ
peſtas valida: fructuũ terre deſtructio: bo
noꝝ tẽporaliũ abſumptio: fames ⁊ notabi
lis cariſtia: mortalitas ⁊ gñalis epidimia.
Itẽ deſcendũt de ſede dei ſeptẽ tonitrua.
ſcilꝫ ros: glacies ſiue pruina: imber ſeroti
nus ſiue pluuia temporanea: nix: grãdo:
manna: lux. Iſta ſeptena ſonat in bonũ ⁊
nõ in malũ. Ros humilitatis cõtra ſuper
biã. pruina tranquillitatis cõtra inuidiã.
pluuia pietatis contra auariciã. nix puri
tatis cõtra luxuriã. grãdo aſperitatis cõ-
tra gulam. mãna charitatis cõtra iracun

diam.lux claritatis cōtra accidiam.De ſe
de dei deſcēdebāt ſeptēvoces:que ſunt cō
minationes cōtra illos q̄ ſeptē opera mīc
nō cōpleuerūt in hac vita ⁊ potuerunt:de
quibus Mat.xxv.Eſuriui ⁊ non dediſtis
mihi mādu care.⁊ ita de alijs ibidē.Et p̄ꝯ
cedebāt ſeptē lāpades que ſunt ſeptē ſpiꝯ
ritus. hoc eſt ſeptē angeli interdū puniēꝯ
do carnalē delectationē.Gen̄.viij.Interꝯ
dū puniendo vanā exaltationē.Dan̄.iiij.
Interdū puniēdo tyrannicā oppreſſionē.
Exo.ix.Interdū puniēdo crudelē perſecu
tionē:vt pꝫ de helia.Interdū curādo cor
poralē vexationē.patet de ezechia.Inter
dū corrigendo culpe dānationē tp̄e beati
Greg.interdū exaudiēdo deuotā depreca
tionē ibidē.Pro prima ſeptena Gen̄.xlj.
vbi legiť ꝙ pharao rex egypti vidit ſeptē
vaccas macras q̄ alias ſeptē pingues cōꝯ
ſumebāt totaliter.De ſcđa ſeptena que ſo
nat in bonū:Mat.xv.vbi legiť de ſeptē
panibus qui in deſerto turbā famelicā ſa
tiarunt.De tertia ſeptena Apoc̄.viij.vbi
legiť de tubis ſonātibꝯ.De quarta Apoc̄.
xvj.de ſeptē angelis qui tenebant ſeptem
phialas ⁊c̄.Sequiť inviſione ꝙ illi vigin
tiquattuor ſeniores clamabāt ſedenti.Di
gnus es dn̄e deꝯ noſter accipere gloriā et
honorē.Magna eſt gloria ieſu xp̄i ī celo:
qm̄ gl'ia libani data eſt ei.Eſa.xxxv.Maꝯ
gnus honor iſta die impenſus eſt ei.ille ſi
quidē q̄ impēdebať duci romano de triūꝯ
pho redeūti.Legiť in hiſtorijs romanoꝝ/
ꝙ princeps exercitus romani cū de trium
pho rediret ad vrbē:ceteri quattuor hono
res exhibebant ei.Primus erat qm̄ pone
bať in curru quē trahebāt quattuor equi
albi.ſcđs ꝙ oēs capti in bello ante currū
illū letātiſſime ſequebantur.tertiꝯ erat ꝙ
oīs reus quicq̄d mali fecerat dū tm̄ poſſet
currui adherere/indulgētiam obtinebat.
quartus q: totus populꝯ romanus ei obꝯ
uiā veniebat.Princeps exercitꝯ ieſus xp̄s
rex regū.iſte qn̄ natus eſt/mūdū preliatu
rus intrauit:et tādē in paſſione cōtra dia
bolū dimicādo caſtrum inferni obſedit et
poſſedit cū triūpho nobili:⁊ oēs illius lo
ci violēter.i.ſanctos patres ſecum duxit.
iuxta illud Zacha.ix.Tu aūt in ſanguine
teſtamēti tui eduxiſti(al's emiſiſti)victos
de lacu in quo non erat aqua.Iſte victor
poſitus eſt in curru glorificato in reſurreꝯ
ctione:quem traxerunt quattuor equi alꝯ
bi.i.quattuor dotes corporis glorificati.
figuratꝯ iſte currus/curru helie cū equis
igneis in quo terreſtrē paradiſum d̄r aſcē
diſſe.iiij.Reg.ij.captiui ſancti pr̄es ſecu
ti ſunt in aſcenſione currū iſtum:adheren
tes ſibi per fidē:miam et indulgentiā me
ruerūt.deinde totus cetꝯ angelicus tanq̄
triumphatori obuiam ſibi venit.Dignus
eſt ergo accipere gloriam et honorem.Cu
ius glorie participes nos faciat ille ſanꝯ
ctiſſimus ⁊c̄.

¶ In feſto aſcenſionis. Sermo.v.

REcipietis virtu
tē ſpūſſancti.Act.j.c.Pro
bata experientia ſemp̄ doꝯ
cet docuit et docebit:qm̄
Perſona deſolata indiget
conſolatione.
Perſona debilitata indiget cōfortatione.
Perſona male docta indiget īformatiōe.
Et quia iſta ſunt manifeſta:circa hoc non
eſt inſiſtendum.

Prima pars.

¶ Sed ad propoſitum
poſt aſcēſionem ieſu xp̄i in celū.i.ſup̄ oēs
celos/eiuſdem ſctī apl'i et oēs credētes re
māſerūt deſolati ſine vllo cōſolatore.ideo
xp̄o adhuc preſente cū eis/lamētando lo
quebātur cū eo per hūc modū.O rex gloꝯ
rie dn̄e virtutū creator nr̄ atq̄ʒ redemptor
tu vis nos relīquere:tu vis recedere a no
bis:tu vadis in regionē lōginquā accipeꝯ
re regnū:quid facient diſcipuli tui? q̇d fa
ciet pauperrima ſchola magr̄o abſente?
quis cōſolabiť nos dn̄e ieſu? tu dixiſti no
bis.Plorabitis ⁊ flebitis vos:mūdus au
tē gaudebit.tu dixiſti nobis.perſequemiꝯ
ni de ciuitate in ciuitatē:et eritis odio oī
bus.tu dixiſti nobis.preſſurā habebitis ī
mundo.tu dixiſti nobis ꝙ remanebimꝯ te
abſente ſicut remanent agni inter lupos
quid igiť faciemus:oues ſine paſtore:fiꝯ
lij ſine patre:diſcipuli ſine magiſtro? Ad
iſtā querelaꝫ r̄n̄det magiſter virtutū xp̄s.
Accipietis virtutē ſpūſſancti.Ego inq̇t re
cordabor de vobis:et ego rogabo patrem
de vobis:et aliū paraclytū:⁊ conſolatorē
dabit vobis.Talis eſt proprietas ſpiritus
ſancti cōſolari in tribulatione.tūc reſpōꝯ
derunt illi.Dn̄e facti ſumus ſicut ꝯſolati.

Secunda pars.

¶ Secundo remanebāt
debilitati cū modica virtute nondū cōſoꝯ
lati et cōfirmati virtute ex alto.Tu dixiſti
inquiūt ꝙ nos videbimus ⁊ audiemꝯ pre
lia ⁊ ſeditiones.nos ſuſtinebimus marty
ria ⁊ crudeles paſſiones.deficit nobis vir
tus.quid faciēt petrus princeps nr̄/et an
dreas frater eiꝯ qn̄ videbūt crucē paratā.
et vnus ſuſpēdetur verſis pedibꝯ:⁊ alius
ex tranſuerſo?q̇d faciēt maior iacobus qn̄
gladiū herodis videbit ſine mīa paratum
ad decollādū?q̇d faciet euāgeliſta iohanꝯ
nes vidēs doliū feruēte oleo plenū in q̇d
iactabiť totus nudus?q̇d iacobus minor
qn̄ videbit particā fullonis cū qua excere
brabiť totū caput?q̇d bartholomeꝯ vidēs
gladiū cū quo excoriabiť totus viuus?q̇d
faciemꝯ qn̄ eijciemur de ſynagogis in qui
bus flagellabimur cum nodoſis corrigijs
vſq̄ʒ ad oſſa?q̇d faciet collegiū tuū?q̇d fa
ciēt fratres tui quos relinq̇s ſine virtute?
Reſpondet xp̄s accipietis virtutem ſpiriꝯ
tuſſancti.Iſta eſt virtus
Celica influxiua.
Ignea conuerſiua.
Aerea receptiua.
Aquea mundatiua.
Terrea pullulatiua.

¶ Prima virtus eſt celica que integrať ex
quodā numero ſeptenario ſm̄ numerū ſe
ptem planetarū que ſunt ſeptē dona ſpiri
tuſſancti:de q̇bus ad litterā Eſa.vij.Spi
ritus ſapiētie et intellectus ſpūs cōſilij ⁊
fortitudinis ſpūs ſcientie ⁊ pietatis:⁊ reꝯ
plebit eū ſpūs timoris dn̄i.Virtutē iſtoꝝ
accipietis.Spūs ſapiētie ſapidus reſpeꝯ
ctu ſupernoꝝ:q: docet celeſtia.ſpūs intel
lectus lucidus reſpectu credēdorū/p̄ quē
credenda intelligimus.ſpūs fortitudinis
validus reſpectu tormentoꝝ/qui facit pa
tienter ſuſtinere tormēta.ſpūs cōſilij pro
uidus reſpectu futuroꝝ:q: facit preuideꝯ
re futura.ſpūs ſcientie placidus reſpectu
oblitoꝝ/per quē oblita reminiſcūtur.ſpiꝯ
ritus pietatis calidus reſpectu egenorū/
qui calefacit aīam p̄ opera pietatis.ſpūs
timoris dn̄i ſplēdidus reſpectu agēdorū/
qui facit declinare a malo ⁊ eligere bonū.
Iſtam virtutem ſpirituſſancti cū ſeptē do
nis accipietis.et poterit dici.Verbo dn̄i
celi firmati ſunt.i.apoſtoli firmati ſunt:⁊
ſpū oris eius oīs virtus eoꝝ.¶ Scđo acꝯ
cipietis virtutem igneā:que virtus eſt cō
uerſiua:⁊ iſtam in numero nouenario:in
quo numero apoſtolus enumerat gratias
gratis datas in epiſtola.j.ad Coꝝ.xij.Nē
pe apoſtoli per virtutem ſpirituſſancti to
tum mundum conuerterunt ad fidē:et ac
ceperunt a ſpirituſancto nouē gratias cō
tra nouē reſiſtentias quas inuenerunt in
mūdo a diabolo preparatas.vtpote inue
nerunt philoſophoꝝ ingenia:perſecutoꝝ
colloquia:poetarum fictitia:incantatoꝝ
ludibria:incredulorum obſtinata precorꝯ
dia:aſtronomorum preſagia:phantaſtico
rum dubia:hereticorum precipitia:popu
lorum diuerſa idiomata.Contra primum
iſta die receperūt apoſtoli infuſionē diui
ne gratie que eſt gratia gratis data.ſ.ſerꝯ
monē ſapientie.contra ſcđm ſermonē elo
quētie:cōtra tertiū fidem veridicā:cōtra
quartū operationē euāgelicā:cōtra quinꝯ
tum ſacramētoꝝ gratiam:cōtra ſextū phiꝯ
loſophiam ſcientificā:contra ſeptimū inꝯ
terpretationem ſomnioꝝ:cōtra octauum
diſcretionē ſpirituum:cōtra nonū gratiā
linguarū.iſti ignee virtuti nihil reſiſtere
potuit.Magnus ergo dn̄s ſpūſſanctus:
et magna virtus eius.in pſ̄.¶ Item acci
pietis virtutē aeream receptiuā in nume
ro octonario.vtpote recipietis celeſtium
octo impreſſiones:que in euāgelio beatiꝯ
tudines nuncupantur.Nempe recipietis
pauperiem/eſuriem/duriciem/tēperiem/
meſticiam/clementiam/mundiciam/con
cordiam.Pro primo beati pauperes ſpiri
tu.pro ſcđo beati qui nunc eſuritis.p̄ ter
tio beati qui nunc perſecutionem ⁊c̄.pro
quarto bt̄i mites.pro quinto bt̄i q̄ lugēt.
pro ſexto beati miſericordes.pro ſeptimo
beati mundo corde.pro vltimo beati paci
fici.Iſta virtus obumbrauit beatam virꝯ
ginem mariam.virtus altiſſimi obumbra
bit tibi.Luce cap̄.j.¶ Item accipietis vir
tutem aqueam ⁊c̄.in numero quaternaꝯ
rio.Iſta virtus eſt gratia dei:que diuidiꝯ
tur in quattuor capita.quoniā eſt gratia
preueniens:gratia concomitans:gratia
p̄ficiēs:gr̄a ſtabiliēs.Prima hꝫ opꝯ viua
citer p̄uenire.Scđa hꝫ opꝯ velociter expe
dire.Tertia hꝫ vtiliter p̄munire.Quarta
hꝫ feliciter ſtabilire.Optimū ē gr̄a ſtabili
re cor.Heb.xiij.Exaltātes dn̄m replemini
virtute.Ecc̄i.xliij.¶ Itē accipietis v̄tutē
terreā:q̄ pullulare facit.iſtā recipietis in

numero duodenario: qm̃ duodecim ſunt fructꝰ ſpũſſancti. Ubi ſciendũ ꝙ de nũero fructuũ quos ꝓducit terra: ſunt ĩ multiplici differẽtia. aliqui ſunt calidi: aliqui frigidi: aliqui ſtiptici: aliqui acidi: aliqui placidi: aliqui amari: aliqui hñt viroꝛẽ: aliqui candoꝛẽ: aliqui ſunt aridi: aliq̇ humidi: aliqui hñt nigredinẽ: aliqui vigoꝛẽ tales fructꝰ ꝓducit ſpũſſctũs q̇s experti ſunt apl'i. Siq̇dẽ expti ſũt apl'i fructũ calidũ q̇ ẽ charitas: fructũ frigidũ q̇ eſt pax fructũ hũidũ q̇ eſt gaudiũ: fructũ aridũ q̇ eſt ꝯtinẽtia: fructũ acidũ q̇ ẽ benignitas fructũ placidũ/ q̇ ẽ bonitas: fructũ ſtipticũ/ q̇ eſt lõganimitas: fructũ amarũ q̇ eſt patiẽtia: fructũ habentẽ viroꝛem qui eſt mãſuetudo: fructũ habentẽ vigoꝛẽ. ſ. mũdiciam: fructũ habentẽ candoꝛẽ qui eſt fides: fructũ habentẽ liuoꝛẽ ſiue nigredinẽ qui eſt abſtinẽtia. Ficus ⁊ vinea dederũt virtutẽ ſuã. Johel. ij. Si modo eſtis debiles et infirmi: accipietis virtutẽ ſpũſſcti que valebit ad infirmoꝝ ſanationẽ: ad demonioꝝ de coꝛpoꝛibus expulſionẽ. ad tolerandũ martyꝛiũ et duram paſſionẽ.

Tertia pars.

¶ Tertiũ pꝛĩcipale. perſona male docta indiget infoꝛmatiõe. vñ apl'i ad xp̃m. Tu dixiſti. tu pꝛecepiſti. Ite docete omnes gentes baptizãtes eos ⁊c. Tu dixiſti. euntes in mũdum vniuerſum pꝛedicate euãgeliũ oĩ creature. Non habemus ſcientiã: neq; eloquẽtiã. viã ignoramus. non intelligẽt nos: nec intelligemus eos. Et xp̃s ad apl'os. accipietis virtutem ſpirituſſancti. Paraclytus autem ſpũſſctũs quẽ mittet pater ĩ noĩe meo: ille vos docebit oĩa. ipſe em̃ eſt omnẽ habens virtutem. oẽm ſciẽtiam. ille grãmaticã que docet loqui veritatem. ille rhetoꝛicã que docet oꝛnatam cõgruitatẽ. muſicam que docet dulcem ſonoꝛitatẽ. medicinã q̃ ſanat grauẽ infirmitatẽ. arithmeticã que docet numerare. geometriã que docet mẽſurare. aſtrologiã que tractat de ſyderibus. theologiã que tractat de celeſtibus. ¶ Primo ſpũſſanctus docet bonã grãmaticã. Grammatica eſt ſcientia recte ſcribendi: recte loquẽdi: recte conſtruẽdi. quã ſciẽtiã ſpũſſctũs docuit ꝓphas ſicut fuit moyſes qui recte ſcripſit et locutus eſt in quinq; libꝛis legalibus, qualis fuit ſamuel in libꝛis regũ. quales fuerũt ꝓphe maioꝛes ⁊ minoꝛes. quales fuerũt euãgeliſte. qualis paulꝰ in epl'is. qualis fuit dauid in libꝛo pſalmoꝝ. vnde in ſymbolo. A patre filioq; ꝓcedit. qui cum patre ⁊ filio ſimul adoꝛat̃ et congloꝛificat̃: qui locutꝰ eſt per ꝓphas. et in quadã canonica beati petri. ij. Pet̃. j. Spũſſctõ inſpirati locuti ſunt ſancti dei hoĩes. ⁊ alibi. Mat. x. Nõ vos eſtis qui loq̇mini ⁊c. Bona grãmatica. bona cõgruitas. loqui de deo. loqui de opibꝰ dei. boni grãmatici facti ſunt hic ſancti apl'i. ¶ Scd̃a ſcientia liberalis eſt logica: quã docuit apl'os ſpũſſanctus. Logica eſt ſermo qui diſcernit inter verũ ⁊ falſum. verũ ꝓcedit a ſpirituſancto q̇ eſt ſpũs veritatis. imo om̃e verũ a quocũq; dicatur a ſpũſancto eſt. ſicut dicit btũs Ambꝛo. Falſum autẽ ſiue mẽdaciũ pꝛocedit a ſpũ maligno: qm̃ ipe mendax eſt ⁊ pater mẽdacij: qui in ỽitate nõ ſtetit. Joh̃. viij. Bonã veritatẽ ꝓmiſit xp̃s apl'is quãdo dixit. Cũ venerit ille ſpiritus veritatꝭ docebit vos oẽm veritatẽ. Johã. xvj. ¶ Tertio docuit rhetoꝛicã que docet loqui oꝛnate ꝑfecte. Ille oꝛnate loq̃tur atq; perfecte: q̇ aduertit quid loquitur: qñ loquitur: quare loquit̃: cum q̇bus loquitur. Sic ſpirituſſanctꝰ docuit loqui apl'os. ⁊ merito qm̃ ipſi non loq̇bant̃: ſed ſpũſſanctꝰ loquebat̃ in eis. ¶ Quarto docuit medicinã qñ dedit eis xp̃s per ſpiritũſanctũ poteſtatẽ ſuper oĩa demonia: et vt languoꝛes curarent. Quot infirmitates ſanauerũt? quantos ⁊ quales: longũ eſſet narrare. dictũ em̃ fuerat per chꝛiſtuꝫ ante eius aſcenſionẽ. Super egros manus imponẽt ⁊ bñ habebũt. Marci vlti. ¶ Itẽ docuit muſicam que agit de ſono ⁊ vocibus. ⁊ nonne apoſtoli bene ſonuerũt quando in oẽm terrã exiuit ſonus eoꝝ ⁊c. In omnẽ terrã. quãtũ ad terras medias et pꝛopinquas: exiuit ſonꝰ pꝛedicationis exiuit hoc eſt exiet vbi ponitur pꝛeteritũ ꝓ futuro pꝛopter maioꝛem certitudinem ꝓphetie. et in fines oꝛbis terre verba eorum. Uel dicit h̊ quãtũ ad terras longinquas/ vbi pꝛedicauit maxime thomas et bartholomeꝰ in india maioꝛi que finẽ facit: et iacobus maioꝛ in hiſpania que finẽ facit ex parte occidentis. ¶ Item docuit arithmeticã que tractat de numeris. Iſtam ſciuerunt apoſtoli ꝑ ſpiritũſanctũ

qui multos numeros docuerũt. ſ. duodecim articulos fidei: ſeptẽ ſacramẽta eccleſie: ſeptẽ dona ſpũſſcti: decem pꝛecepta legis: octo beatitudines in euãgelio: ſeptẽ opera miĩe ſpũalia/ et ſeptẽ opera miĩe coꝛpoꝛalia: tres virtutes theologales: quattuoꝛ virtutes cardinales: nouem gratias gratis datas: duodecim fructꝰ ſpũſſancti: tres dotes pertinẽtes ad aĩam in patria: et quattuoꝛ ꝑtinẽtes ad coꝛpus: tres partes pñie: ſeptẽ oꝛdines in eccl'ia/ quattuoꝛ minoꝛes/ et tres maioꝛes: nouem oꝛdines angeloꝝ: duas penas in inferno. ſ. dãni ⁊ ſenſus: quinq; receptacula animarũ: quattuoꝛ in terra ⁊ medio terre: et vnũ in celo: duas vitas actiuã et cõtẽplatiuam: tres partes oꝛbis. Docuerũt inſuper apoſtoli/ ꝙ deus oĩa fecit in põdere numero et mẽſura. et ꝙ capilli capitis oẽs numerati ſunt. ¶ Item docuit ſpũſſctũs apl'os geometriã que tractat de mẽſuris quantitatiuis. Nũquid ſctĩ apl'i nõ ſciuerũt mẽſuras viarũ: qui quaſi totũ mũdũ menſurauerũt. menſurauerunt regna: menſurauerũt ꝓuincias: ciuitates: caſtra: villas: circũiendo/ pꝛedicãdo. Itẽ docuerũt ꝙ in ea mẽſura qua quis mẽſurauerit remetietur ei. ꝙ ſm̃ menſurã delicti menſurabit̃ pena. ¶ Itẽ docuit ſpũſſctũs apl'os aſtrologiã que tractat de ſyderibus. Nẽpe ſciuerũt apl'i et docuerunt ꝙ erunt ſigna in ſole ⁊ luna ⁊ ſtellis: ⁊ xp̃m eſſe ſolem iuſticie. et ſciuerũt ꝙ ſtella differt a ſtella ĩ claritate. ⁊ ꝙ ſol octies eſt maioꝛ tota terra. et ſciuerũt ꝙ ſtelle illuminantur a ſole. et multa alia que in iſta ſciẽtia pertractant̃. Ante aduẽtum ſpũſſancti erãt terreſtres: ſed poſtmodũ facti ſunt totaliter celeſtes dicentes. Noſtra conuerſatio in celis eſt. ¶ Ultimo ſpũſſctũs docuit apl'os theologiam: que ſcientia in generali docet quattuoꝛ: vtpote docet que ſunt credenda: docet que ſunt diligẽda: docet que ſunt operãda: docet que ſunt ſuſtinẽda. ⁊ ſic theologia docet fidem quoad pꝛimum. charitatem docet quoad ſcd̃m. docet ſanctitatem quoad tertium. docet patientiã quoad quartum. Et ſic concluditur ꝙ theologia docet fidem reſpectu credẽdoꝝ: docet charitatem reſpectu diligẽdoꝝ: docet ſanctitatem reſpectu agẽdoꝛum: docet patiẽtiam reſpectu aduerſoꝛum. Igitur apoſtoli remanſerunt conſolati confoꝛtati infoꝛmati audiẽtes verba thematis pꝛeaſſumpti. Accipietis virtutem ſpũſſcti ſuperuenientis. In q̇bus verbis tria oſtẽdũtur.

Primo muneris continẽtia generalis: accipietis.

Secundo muneris excellẽtia ſpiritualis: (al's ſupernalis) virtutẽ ſpirituſſancti.

Tertio flaminis affluẽtia liberalis ſuperuenientis.

De pꝛimo Act̃. ij. Accipietis donũ. de ſecũdo. Det vobis virtutẽ. Ephe. iij. de tertio dicatur cuilibet apoſtolo. Spũſſanctꝰ ſupͦueniet in te. Luc̃. j. et iſtud. Spiritus tuus bonus deducet in terrã. ſ. viuentiũ. quod nobis concedat ⁊c̃.

¶ Dñica infra octa. aſcẽſionis. Sermo. ij.

EStote prudentes ⁊ vigilate in oꝛationibꝰ j. Pet̃. iiij. c. Uerba ꝓpoſita pñt et debẽt ſingulariter dirigi tribꝰ gñibꝰ ꝑſonaꝝ. ſcꝫ

Pꝛeſidẽtibꝰ vbi aſſiſtit ſagacitas ibi. prudentes.

Uiatoꝛibus vt vitetur ocioſitas ibi. vigilate.

Supplicantibus quãdo occurrit neceſſitas ibi. in oꝛationibus.

Prima pars.

¶ Primo dirigũtur pꝛeſidẽtibus ⁊c̃. O pꝛeſidentes eſtote pꝛudẽtes. ſiquidẽ ꝑſidentes/ pꝛelati/ pꝛincipes/ indigẽt pꝛudẽtia ſeu pꝛouidentia. Rõ aſſignat̃: qm̃ tales habẽt plus q̄ ceteri futura ꝓuidere: culpas coꝛrigere et caſtigare: ſagaciter opera exercere. Itẽ habẽt loqui cũ moderãtia: ſuſtinere cũ patientia: deteſtari pctã ⁊ vitia. Primo habẽt pꝛeuidere futura. vñ Seneca. Si pꝛudens es animꝰ tuus in tribus tẽpoꝛibus diſpẽſetur. futura pꝛeuide: ꝑſentia oꝛdina: pꝛeterita recoꝛdare. in libello de quattuoꝛ virtutibꝰ. Inter iſtas partes pꝛudẽtie potioꝛ et pꝛincipalioꝛ eſt pꝛeuidere futura. Iſta eſt naturalis pꝛudẽtia foꝛmice: que ſibi ꝓuidet in eſtate vt comedat in hyeme. ꝓpterea laudauit dñs villicũ iniquitatis eo ꝙ pꝛudẽter feciſſet ſibiipſi futura pꝛeuidẽdo. Luc. xvj. Scd̃o dictum eſt ꝙ pꝛeſidẽtes habẽt coꝛrigere: vbi requiritur pꝛudentia bona. de hac pꝛudẽtia ſeu ꝓuidentia in hac parte habet̃ Act̃. xxiiij. Cũ in multa pace aga

mus per te: et multa corrigantur per tuã
prouidentiã. Tertio debẽt preſidentes bo-
na opera exercere vt dent exẽplũ ſubditis
bene operãdi. Talis prudentia fuit in da-
uid rege de quo. j. Reg. xviij. Dauid q̃ʒ in
oĩbꝰ vijs ſuis prudẽter agebat. Talis pru-
dẽtia apparet in apibus: quoꝝ operũ fru-
ctus dr̃ eẽ dulciſſimus. Bonorũ em̃ operũ
(al's laboꝝ) glorioſus eſt fructꝰ. Sap. iij.
Quarto preſidẽtes debent loqui ⁊c̃. talis
eſt prudẽtia canis venatici: qui ſine cã nõ
latrat nec clamat. iõ Prouerb. x. Qui mo-
deratur labia ſua prudẽtiſſimus eſt. Pru-
dẽs eſt q̃ ſcit moderari affectiones ſeu co-
gitationes. prudẽtiſſimus q̃ ſcit modera-
ri locutiones: qr linguã nullꝰ hoĩm doma-
re põt. Jaco. iij. Quinto debẽt preſidẽtes
cũ patiẽtia ſuſtinere paſſiones: vbi requi-
rit̃ prudẽtia magna. talis eſt prudẽtia ſy-
rene que cãtat tp̃e pluuioſo. talis pruden-
tia fuit in iob: et tobia: et oĩbus qui paſſi
ſunt tribulatiões. de qua prudẽtia Amos
v. Prudens in tp̃e illo tacebit. tp̃e tribula-
tionis patiẽter portabit. Sexto debẽt de-
teſtari pctã. iſta ẽ naturalis prudẽtia leo-
nis: qui cauda delet veſtigia ſua: ne ab in-
ſequẽtibus capiat̃. et veſtigia ſunt vitia ⁊
pctã. Eccli. xxj. Uir prudẽs grauabit̃ con-
tumelia. Hic ſciendum ꝙ preſidẽtes ſunt
in duplici dr̃ia. quidã ſunt eccl'iaſtici ſicut
prelati: quidã ſunt laici ſicut p̃ncipes. de
prudẽtia prelatoꝝ. j. Timoth. iij. Oportet
ep̃m eſſe prudẽtẽ in oĩbus agẽdis. de pru-
dẽtia p̃ncipũ ptʒ de ſalomone de quo. iij.
Reg. iiij. Dedit deus ſapientiã ſalomoni
et prudẽtiã multã nimis. Narrat Ariſto.
ꝙ prudẽtia eſt ꝓpria virtus principis. iij.
Polit̃. Unde inter oẽs virtutes prudẽtia
eſt neceſſaria principibꝰ qui habẽt popu-
lum gubernare. Iſtã virtutẽ depinxerunt
poete ſub imagine plutonis q̃ erat ornatꝰ
a dijs operibus multis ⁊ coronatus coro-
na de hebeno. Talis virtus eſt prudentia
circũdata operibꝰ a dijs. dij p̃nt dici virtu-
tes: qm̃ hoĩes per abũdantiã virtutũ effi-
ciũtur dij: ſicut dicit phs. vij. Ethi. ⁊ pru-
dẽtia oẽs virtutes includit. vj. li. Ethico.
Itẽ coronabat̃ de hebeno. Hebenus eſt li-
gnũ imputribile incõbuſtibile ſm̃ Plini-
um. et antiqui ethiopes offerebant impe-
ratori pro tributo hebenũ aurũ et ebur. ſi-
cut regina ſaba obtulit ſalomoni ſolẽnia
iocalia propter prudentiã ſuã. iij. Reg. x.

In hebeno notat̃ prudentia que eſt impu-
tribilis ⁊ incorruptibilis. ſicut dicit So-
crates: nemo inq̃t fortẽ poteſt iudicare ni-
ſi prudẽs. qr ſcriptũ eſt. Melior eſt ſapien-
tia ꝙ vires. et vir prudẽs ꝙ fortis. Sap.
vj. Itẽ fulgẽtius deſcribit prudẽtiam ſub
imagine ſaturni hoc mõ. ſenex / capite ve-
latus: triſtis qñq; letus qñq; apparẽs: fi-
lios comedens. Moraliter ſaturnꝰ ſenex:
qr cõiter prudẽtia in ſenibus viget. nã di-
cit Ariſtote. ꝙ nemo iuuenes eligit in du-
ces qr nõ cõſtat eos eſſe prudẽtes. Paulꝰ
ad Titum. ij. c. Senes ſobrij ſint pudici ⁊
prudentes. Ergo prelati principes eſtote
prudẽtes. qualiter? nõ prudẽtia carnali:
nõ prudẽtia tẽporali: nõ prudentia mora-
li: ſed prudẽtia ſpũali de qua Roma. viij.
Prudẽtia carnis mors eſt. hoc eſt cauſat
mortẽ eternã: quã habuit ſalomõ in ſene-
ctute ſua in damnationẽ aĩe ſue. et multi
alij habuerunt et dãnati ſunt. (Nota hic
de ſalomone. nõ eſt dicẽdũ aſſertiue ꝙ ſit
dãnatus cũ hoc nõ ſit ab eccleſia determi-
natũ: qđ tñ ſi eſſet: credẽdũ eſſet illi. quod
aũt hic dr̃ in dãnationẽ anime ſue: intelli-
gendũ eſt hoc modo. ꝙ fecit vnde meruit
dãnari: ⁊ ſic ſaluat̃ veritas huius littere)
Non prudẽtes prudentia tp̃ali: ſicut ſunt
mercatores / aduocati / cauſidici. que pru-
dẽtia cõſiſtit in acquiſitione bonoꝝ tẽpo-
raliũ. de qua Luc. xvj. Filij huiꝰ ſeculi pru-
dẽtiores ſunt filijs lucis. ⁊ Baruch. iij. Fi-
lij agar q̃ exquiſierũt prudẽtiã que de ter-
ra eſt ⁊c̃. et talis prudẽtia põt dici aſtutia
ſeu naturalis induſtria: que ſe põt habere
ad bonũ vel ad malũ. nõ ſic eſtote pruden-
tes. Moraliter ſic fuit prudẽs ſalomõ in
iuuẽtute ſua. ſic moraliter fuit prudẽs hi-
ram de quo. ij. Paral'. ij. vbi legit̃ ꝙ hirã
prudenter ſciebat inuenire oẽ quodcũq;
in opere erat neceſſariũ. Scd̃m fulgentiũ
ſaturnus habebat caput velatũ in ſignũ
ꝙ moralis prudentia includit in ſe matu-
ritatẽ et honeſtatẽ. vñ antiquitus prudẽ-
tes et phi ſapiẽtes incedebãt velato capi-
te. Itẽ ſaturnus interdũ letus: interdum
triſtis: in ſignum ꝙ prudentia moralis ri-
det in bonis: ⁊ deridet in malis. ſicut de-
mocritus. et eraclitus prudentiſſimus fle-
bat qñ videbat malos male agere ſicut di-
cit Tullius. Item ꝙ ſaturnus filios ſuos
comedebat: hoc deſignat qm̃ vir prudens
ſua facta ruminat in corde atq; remordet

Seneca narrat de quodam qui omni die
ante nocturnam quietẽ interrogabat au-
ditum (al's diſcipulũ) ſuũ qua parte ma-
lum ſuũ ſanaſſet et qua parte melior eẽt.
O preſidẽtes talis debet eſſe prudẽtia ve-
ſtra moralis et virtuoſa: qualem prudẽtiã
optabat xp̃s apl'is quibus dicebat Mat-
thei. x. Eſtote prudẽtes ſicut ſerpentes.

Secunda pars.

¶ Secũdum principale

dirigitur viatoribus: cũ dicitur: Uigilate.
Uiator curſor qui habet facere longã viã:
et modicum habet de tẽpore vigilat ⁊ nõ
dormit: ſi vult peruenire ad terminũ. Pro-
uerb. viij. Qui mane vigilauerit ad me in-
ueniet me. Omnes ſumus curſores viato-
res in hac vita: quoniã non habemus hic
ciuitatem permanẽtẽ: ſed futuram inqui-
rimus ſicut dicit apoſtolus ad Heb. xiij.
vnde de mane hoc eſt de iuuentute in bo-
nis operibus vigilare debemus: cõtinuã-
do et perſeuerãdo vſq; in finem. Ergo ſur-
gite vigilemus: venite adoremus: qr pro-
miſit dñs coronam vigilantibus. In iſto
articulo ſunt due queſtiones.
Prima quare eſt vigilandum?
Secunda quare et in q̃bus eſt maxime vi-
gilandum? Reſpondeo ad primã queſtio-
nem: vigilandum eſt
Propter lucrũ ſiue bonũ qđ acquiritur.
Propter periculum quod inſpicitur.
Propter preceptum quod indicitur.
Propter conſortiũ qđ nobiſcũ graditur.
Propter aduentũ qui terribilis creditur.
Propter bellũ quod aſſidue cõmittitur.
Propter malũ quod vẽturum neſcitur.
¶ Primo vigilandum ⁊c̃. Mercatores vi-
gilant propter lucrum: ⁊ laboratores pro-
pter mercedẽ. ſic iuſti viri vigilant in ope-
ribus meritorijs propter premiũ eternũ.
nanq; poſt vigiliã venit feſtum. venit qui-
es poſt laborem. poſt meritum venit pre-
miũ. de iſta vigilia habetur Luc. xij. Bea-
tus ille ſeruus quem cum venerit domi-
nus: inuenerit vigilantem. Qui vigilaue-
rint ad illum: inuenient benedictionem.
Eccli. xxxij. Secundo vigilandum ꝓpter
periculum ⁊c̃. Exiſtens in loco periculoſo
vigilat ⁊ non dormit: ſicut exiſtẽtes in ex-
ercitu ſiue guerra vigilant et modicũ dor-
miunt: immo excitant alios ad vigilãdũ.
De gruibus legitur ꝙ tp̃e noctis inter ſe

ſolent vnã inſtituere ad vigilandum alijs
dormientibus: quatenus inſidias hoſtiũ
habeat preſentire. Nos oẽs in hoc mũdo
ſumus in grandi periculo exercitus inter
hoſtes viſibiles et inuiſibiles: ergo attẽte
vigilare debemus / iuxta documẽtum pe-
tri apl'i. j. Pet̃. v. Fratres ſobrij eſtote: et
vigilate: quia aduerſarius veſter ⁊c̃. Iſte
aduerſarius ſemper vigilat et nunq̃ꝫ dor-
mit: ergo vigilandũ eſt vt ſibi reſiſtamus.
propter quod xp̃s imminente paſſione in-
crepando apl'os. Uigilate (inquit) et ora-
te vt non intretis in tentationem. Tertio
vigilãdum propter preceptum. In huius
ſignum poſt ſolis occaſum precepit iona-
thas ſuis vigilare: et eẽ in armis paratos
ad prelium. j. Machab. xij. Quarto vigi-
landũ propter conſortiũ ⁊c̃. vnde hõ cõi-
ter ſolet libenter et letanter vigilare quã-
do videt gratũ conſortiũ: gratam ſocieta-
tẽ ſecũ. ſed qñ eſt ſolus: dormit libẽtius: ⁊
vigilare nõ poteſt. Sic nos fideles vigila-
re debemus in bonis operibus per diligẽ-
tiam bonã: cũ in ſocietate noſtra deũ ha-
beamus et angelũ ad noſtri cuſtodiam de-
putatũ. vigilat creator deus nr̃ qui nobiſ-
cũ eſt et nũq̃ꝫ dormit. vigilat deus ad bo-
noꝝ promotionẽ / et ad maloꝝ punitionẽ.
Iſta eſt virga illa quam vidit hieremias.
Uirgã vigilãtẽ ego video. Hiere. j. Ita vi-
gilat angelꝰ q̃ nobiſcũ eſt. Dañ. iiij. Ecce vi-
gil et ſctũs. i. angelꝰ deſcẽdit de celo. ⁊ Cã-
ti. iij. Inuenerũt me vigiles. i. angeli q̃ cu-
ſtodiũt ciuitatẽ. Quinto vigilãdũ ⁊c̃. pro-
pter aduentũ dñi in die iudicij. Ueniente
dño vigilat ſeruꝰ timore dñi ſui. ⁊ dñs re-
dẽptor nr̃ ad iudiciũ eſt vẽturus. Luc. xij.
Btũs ille ſeruus quẽ cũ venerit dñs inue-
nerit vigilãtem. Talis ſeruus dei vigilãs
fuit beatus Berñ. ſicut legitur in vita ſua
vigilabat ſeruꝰ dei vltra poſſibilitatẽ hu-
manã. et qñ totũ tp̃s vigilijs occupabat:
imo tp̃s dormitiõis quaſi ꝑditũ putabat
vel reputabat. Et nos vigilare debemꝰ vt
paratos nos iueniat dñs qñ veniet ad iu-
diciũ. Mat. xxiiij. Uigilate qr neſcitꝫ qua
hora dñs vr̃ vẽturꝰ ſit. ⁊ alibi ſcʒ. c. xxv. Ui-
gilate qr neſcitis diẽ neq; horã qñ veniet
dñs. exẽplũ habemꝰ ĩ prudẽtibꝰ virginibꝰ
q̃ vigilãtes ⁊ nõ dormiẽtes (qr parate) cũ
ſpõſo ĩtrauerũt ad nuptias: fatuis dormi-
entibꝰ ĩparatis (licʒ clamãtibꝰ) remanẽti-
bus extra portã. Apoc. iij. Eſto vigilãs. ſi

non vigilaueris veniã ad te tanꝙ fur: et neſcies qua hora veniã ad te. Si ſciret pr̃ familias qua hora fur veniret vigilaret vtiqꝫ ⁊c. Sexto vigilandũ ꝓpter bellum continuũ cũ mundo carne diabolo q̃ continue nos impugnãt. Narrat Ptolome⁹ libro ſuo de achitectis/ꝙ egyptij habuerũt grande bellũ ꝯtra indos: qui cõſulentes deos interrogauerũt deos ſuos qles ad bellũ milites deſtinarent. Rñderunt dij ꝙ illos mitterẽt qui poſſent vigilare cũ luna. Luna eſt iſtius cõditionis ꝙ qñ eſt noua illuminat totã noctem. Moral̃r oẽs in hac vita ſumus milites bellatores cũ militia ſit vita hoĩs ſuper terrã. ſicut dicit ſctũs Job cap. vij. Per noctẽ intelligitur vita pñs: q: cõparata ad vitã futuram/magis eſt nox ꝙ̃ dies clara. Et ſunt nonnulli q̃ vigilant in bonis opib⁹ ſolũ in ſenectute qñ pctã dimittũt eos: et non ipſi pctã. et iſti illuminãt ſcdam partem noctis ſolum: nec ſunt ſufficiẽtes milites ad bellandũ. Et ſunt nõnulli qui vigilãt in bonis opibus in iuuentute in medierate et in ſenectute: et ſemp cõtinuantes et perſeuerãtes. et iſti illuminãt totã noctẽ ideſt totã vitã bonis opib⁹ et exẽplis. tales ſunt boni milites ⁊ approbati ꝑ deũ. talis erat ille iuſt⁹ qui tradidit cor ſuũ ad vigilãdũ diluculo. Itẽ vigilandũ ꝓpter malũ. ſcꝫ vitandũ atqꝫ cauendũ. et iſtud malũ eſt in triplici differẽtia: qm̃ eſt

Malum negligentie.
Malum impenitentie.
Malum imperſeuerantie.

¶ Primũ malũ ꝓpter qđ eſt vigilãdũ eſt negligentia. grande malum negligentia Boeti⁹ de diſciplina ſcholarium. In vno quoqꝫ bono ope mater eſt diligẽtia: ⁊ nouerca negligẽtia. Pro amotione iſti⁹ mali eſt vigilãdũ. Eccli. xxxviij. Oĩs faber et architectus in vigilia perficit opus. hoc eſt cũ diligẽtia bona. Scđꝫ malũ impenitentia. pnĩa h3 tres partes/contritio/cõfeſſio/ſatiſfactio. ⁊ circa tertiã partẽ pauci vigilant: tñ ſcriptũ eſt Apoca. iij. Penitentiã age: q: ſi non vigilaueris veniã ad te tanꝙ fur. ergo vigilãdo iſtud malũ eſt amouendũ. Tertiũ malũ imperſeuerãtia q: ſolũ qui perſeuerauerit vſqꝫ in finem ſalu⁹ erit. Matth. x. ⁊. xxiiij. et Mar. xiij. Pro amotione iſti⁹ mali eſt vigilandũ. j. Cor. xvj. Uigilate ⁊ ſtate in fide viriliter, Iſte ſunt tres vigilie de quibus Luc. xij. Et ſi venerit in ſecũda vigilia: ⁊ ſi in tertia vigilia venerit: et ita inuenerit beati ſunt ſerui illi.

Tertia pars.

¶ Secũda queſtio fuit in quibus opib⁹ eſt maxime vigilãdum. Rñdet ꝙ in multis. ſ. vigilandũ eſt in deuota orone. vigilandũ eſt in cuſtodia cuꝫ deuotione. vigilãdũ eſt in delictoꝝ correctione. vigilandũ eſt in meritoria opatione. Primo vigilandũ eſt ad orãdũ et hoc fuit tertiũ principale introductũ. qm̃ thema dirigit̃ ſupplicãtibus in neceſſitate. Eſtote prudẽtes ⁊ vigilate in oronib⁹. j. Theſſal. v. Nõ dormiamus in delitijs huius mũdi: ſed vigilem⁹ attenti eterna cõſiderãdo: et ſobrij ſimus. Sobrij eſtote et vigilate in oronib⁹. j. Pet. vlti. Optima vigilia eſt orare: qm̃ ꝑ orationẽ multa bona obueniũt deprecanti. q: valet oro ad peccati remiſſionẽ: ad ire dei mitigationẽ: ad tentationis vitationẽ: ad infirmitatis ſanationẽ: ad vite ꝓlongationem: ad fruct⁹ multiplicationẽ: ad pacis ipetrationẽ. Primo valet ⁊c. exemplũ de dauid qui poſtꝙ orauit deuote: audire meruit. traſtulit dñs pctm̃ tuũ. ij. Regũ. xij. et magdalena etiã audiuit poſt oronẽ. remittunt̃ tibi pctã tua. Luc. vij. Sicut ieiunio ſanãtur peſtes corporis: et oratiõe peſtes mentis. i. pctã. Secũdo valet oro nam mitigatur ira dei per orationẽ: ſicut patet de moyſe qui orando mitigauit irã dei. Exodi. xiij. et nũeri. xiiij. vnde quedã glo. ſuper librũ Tobie. Oratio lenit dñm lachryma pungit: lachryma cogit. hũc mitigat. ſ. dñm. illum pungit. Medici tẽporales placãtur pecunia: medicus autẽ celeſtis ſola oratione placatur. Chryſoſto. Tertio valet ⁊c. iuxta illud Matth. xxiiij. Uigilate et orate ne intretis in tentationem. ⁊ in fine orationis dñice. Et ne nos inducas in tẽtationẽ. Iſidor⁹ de ſummo bono. Hoc eſt remediũ eius q̃ vitioꝝ tẽtamentis eſtuatis. quotiẽs q̃libet tangitur vitio: totiẽs oro impugnationẽ extiguit. Quarto valet oro ⁊c. Quot infirmitates curate fuerũt: et ſanate ſunt ꝑ oronẽ. Un Jacob⁹ in ſua canonica. c. vlti. Infirmat̃ qs in vobis (etiã vſqꝫ ad mortẽ) inducat preſbyteros eccl̃ie. qui debent eſſe magis

deuoti ad orandũ ꝙ alij. et orent ſup eũ. non ſolũ mentaliter ſed etiam vocaliter. ipſa enĩ eſt que ſanitatẽ mentis et corpis impetrat. vñ Caſſiod. ſup pſ. Oro (inqt) poſita eſt per quã ira dei ſuſpẽdit̃: venia ꝓcuratur: pena refugitur: et premiorum largitas impetrat̃. corã dño loquit̃: cuꝫ iudice fabulatur. pñtem ſibi facit quem videre nõ preualet. ad penetralia iudicis pctõr admittit̃: et nullus inde reſpuitur niſi qui in ea tepidus inuenit̃. Oro fidei ſaluabit infirmuꝫ. i. oratio formata fide. Quinto valet oro ⁊c. ꝑ3 de rege ezechia Eſaie. xxxviij. qui orauit cum fletu: et fuit ſibi dictũ a dño. Ecce ego adijciã ſuper dies tuos. xv. annos ⁊c. Sexto oro valet Jacobi. iij. Helias rurſum in orone orauit et celũ dedit pluuiã: et terra dedit fructũ ſuuꝫ. Ultimo valet oro ⁊c. j. Timo. ij. Obſecro primũ oĩm fieri obſecrationes et orationes ⁊c. ſubditur cauſa. vt quietã ⁊ tranquillam. i. pacificã/agamus vitã hic in preſenti per gratiam: et in futuro per gloriam. A M E N.

¶ Dñica ĩfra octauas aſcẽſionis. Ser. ij.

Eſtote prudentes ⁊ vigilate. j. Pet. iiij. et in epl̃a hodierna ſcribunt̃ hec v̾ba. Si bene dñi ſignificatiões vocabuloꝝ reſpicio: iſti termini ſapiẽtia/prudẽtia/et ſciẽtia/ijdẽ ſunt. Ideo ſcribit̃ Prouerb. xiiij. In corde prudentis requieſcit ſapientia. et ibidẽ. Qui ſapiẽs eſt corde: appellabit̃ prudẽs. et qui dulcis eloquio maiora reperiet. in ca. xvj. Attamẽ iſti termini ſunt in ſe diſtincti ꝫm ꝙ dicũt doctores ꝓpt̃ diuerſum modũ ſignificandi. Nam ſicut dicunt doctores.

Sapiẽtia eſt de rebus ſpũalibus de quibus non habet̃ demonſtratio.
Sciẽtia eſt de rebus naturalibus de quibus habetur demõſtratio.
Prudẽtia eſt rerũ humanarũ de quibus habetur ratio.

Et hoc eſt quando quis cognoſcit bona et mala: ⁊ bona diligit: ⁊ mala negligit. iõ Tullius prudẽtiã (rhetorice. ij. libro) ſic diffinit. Prudentia eſt rerũ bonarũ et malarũ ſciẽtia. ⁊ btũs Greg. diffinit prudentiã ſic. Prudentia eſt rerũ bonarum ⁊ malarũ cũ dilectione: et harũ et reliquaꝝ deteſtatione ſcientia. Nunc dñi ita eſt: ꝙ nihil eſt ꝑ quod tantũ vita nr̃a ſit perfecta ſicut per opa electiua: cum talia opa ſint in nr̃a poteſtate. ⁊ per phm. iij. Ethi. Tantũ per illa que ſunt in poteſtate nr̃a laudamur vel vituperamur. Modo ita eſt ꝙ prudẽtia ẽ de opib⁹ electiuis ꝫm ꝙ ꝑ3 per ſuas diffinitiones: ideo princeps aploꝝ beatus Petrus cupiẽs vitã nr̃am eſſe perfectam et meritoriã: ad noſtrã informationẽ proponit nobis v̾ba incepta in pricipio ſermonis di. Eſtote prudẽtes et vigilate. In qbus verbis beat⁹ Petr⁹ dat nobis duas lectiões. quas rogo vos addiſcatis ⁊ memorie cõmendetis.

Dicit enĩ in pma lectiõe. Si vultis pfecte operari et vitam veſtram regulare: et ad bonũ finem venire. Eſtote prudẽtes.

Dicit in ſcđa lectiõe. Cum debeatis ergo cum inimico preliari: cum ipſe non ceſſet vobis inſidiari: ne dormiat̃: ſed vigilate.

Prima pars.

¶ Dico pmo ꝙ beatus Petrus dicit nobis in prima lectiõe. Si vultis pfecte operari ⁊c. eſtote prudẽtes. Et cauſa iſtoꝝ eſt: quia vbi eſt prudentia: ibi nec res nocitue: nec male: nec ad malum finem ducentes: poſſunt eſſe. Pro tãto beatus Aug. in libro de ſingularitate clericoꝝ loquit̃ in hunc modũ. Ubicũqꝫ fuerit prudentia: fruſtrant̃ vniuerſa ꝯtraria. vbi aũt prudentia neglig. t̃: oĩa ꝯria dominant̃. hec Auguſti. Modo dñi ſi bene conſidero ꝫm ſanctũ doctorem. ij. ij. q. xlix. Uera prudẽtia in trib⁹ rebus principaliter conſiſtit.

Primo in intelligentia preſentium.
Scđo in ꝓuidẽtia futurorum.
Tertio in memoria preteritorum. A

Ita ꝙ ꝫm ſanctũ doctorẽ/vera prudẽtia h3 tres partes. ſ. memoriã: intelligentiã: et prudentiã. Intelligẽtia eſt de re pſente memoria de re ꝑterita. ꝓuidẽtia de re futura. Pro ꝯfirmatiõe iſti⁹ q̃ſtionis ſctũs ⁊ glioſus doctor in libro allegato allegat Macrobiũ. ⁊ Tulliũ. qui i. ij. lib. ſue rhetorice iſtã ſniam ponit in hũc modũ. Prudẽtia eſt rerũ bonarũ ⁊ malarũ vtrarũqꝫ ſciẽtia. Partes ei⁹ memoria: ꝑ quã anim⁹ cõprehẽdit ea q̃ fuerũt. Intelligẽtia: per quã ꝓſpicit ea q̃ ſunt. Prouidentia: per quã futurũ aliqđ videt̃ añꝙ factũ ſit. b il

le. Ecce ergo ꝙ vera prudētia conſiſtit in
his tribꝰ ptibꝰ pncipalibꝰ. ſ. in ītellectiōe
pñtiū. ī memoria pteritoꝝ. ī pruidētia fu
turoꝝ. Et qlibet certe q̄ hꝫ iſta tria pōt di
ci verꝰ prudēs: qꝛ tota vita ſua ē pfecta ⁊
regulata: et his tribꝰ tanꝙ tribꝰ lumini-
bus illūinata. Scḋꝫ ꝙ ex dictis ſacre ſcri
pture reperio: vera prudētia / ſiue vir pru
dens recte et ꝓprie monti oliueti cōpara
tur. Et cauſa eſt: mons oliueti ſm docto-
res mons triū luminū dr: quia tribꝰ lumi
nibus illuminat̄. a ſole em̄ illuminat̄ de
mane. a luminibꝰ templi ī veſpere: ⁊ abū
dat in oleo. A ſimili vir prudēs tribus lu
minibus illuminat̄. Primo a lumine ma
tutino. ſ. ꝓuidentia: qꝛ ſicut lumē matuti
num illuminat diē futurū: ita per prudē-
tiā homo illuminat̄ et efficitur vir pru-
dens in rebus futuris. Itē etiam vir pru
dens illuminat̄ lumine veſptino: et iſtud
lumen dr memoria. qꝛ ſicut lumen veſpti
nū illuminat diē preteritū: ita memoria
illuminat hoīeꝫ de rebꝰ preteritis. Item
etiā mōs oliueti hꝫ tertiū lumen in ſeipo
ſcꝫ qꝛ hꝫ oleum: qḋ eſt materia luminis.
A ſimili etiā vir prudens hꝫ tertiū lumen
in ſeipſo: ⁊ iſtud lumē vocat̄ intelligētia
per qḋ actualr̄ ꝯſiderat homo res pñtes.
Ecce ḡ quō prudētia: ſiue vir prudēs mō
ti oliueti cōparat̄: qꝛ tribꝰ lūibꝰ illuīat̄.
De iſto triplici luīe loqt̄ Seneca ī lib. de
q̄ttuor ꝟtutibꝰ cardinalibꝰ in hūc modū.
Si prudēs es animꝰ tuus tribꝰ tēporibꝰ
diſpenſet̄. preſentia ordina. futura ꝓuide
preterita recordare. Nam q̄ nil de pteritꝭ
cogitat: vitam perdit. qui nihil de futuro
premeditat̄: in oīa incautus incidit: q̄ de
pñti nihil operat̄: ſtultus remanebit. hec
ille. Sed vere dñi ſi volo ꝯſiderare: repe-
rio ꝙ de duplici prudētia loqt̄ ſcriptura.
Primo de ſapiētia carnali et tēporali: ex
qua ſequit̄ mors ⁊ dānatio. de qua ſcribi
tur ad Romā. viij. Prudētia carnis mors
eſt. et Baruch. iij. Filij agar exquiſierunt
prudentiā que de terra eſt. iſta autē pru-
dentia non eſt niſi ad decipiendum. Se-
cūdo loquit̄ ſcriptura de ſapiētia morali
⁊ ſpūali ad quā ſequit̄ vita ⁊ ſaluatio. de
qua ſcribit̄ ad Romā. viij. Prudentia aūt
ſpūs vita et pax. Pro tanto de iſtis duo-
bus modis prudētie / dixi ꝙ qñ btūs Pe-
trus in lectione nobˀ dicit. Si vultis pfe-
cte operari ⁊c. eſtote prudētes. tātū vult
dicere. ſcꝫ ꝙ ſitis prudētes prudētia ſpi-
rituali: que prudētia debet eſſe cū mō. iō
dicit ſapiēs Prouerb. xxiij. Noli labora-
re vt diteris: ſed prudētie tue pone modū
Et quē modū debeamus habere cum pru
dētia ſpirituali / oſtendit nobis ſaluator
Mat. in. c. x. ſic dicēs. Eſtote prudētes ſic̄
ſerpentes: et ſimplices ſicut columbe. qḋ
ꝟbū exponens remigiꝰ ita inquit. Iō au-
tem dominus hec duo ſociauit: quia ſim
plicitas abſq; prudentia / faciliter decipi
pōt: et prudētia periculoſa eſt niſi ſimpli-
citate tēperetur. hec ille. Qꝛ aūt qui ſunt
prudētes prudētia ſpūali / ab aliquo non
decipiant̄: bonum eſt. ideo dicit dñs eis.
Eſtote prudētes ſicut ſerpētes. ꝙ ipi ali-
quē decipiāt malū eſt: ideo dicit eis dñs.
et ſimplices ſicut colūbe. pro tanto dicit
Seneca in libro q̄ttuor virtutū principa
liū. Prudens fallere nō vult: et falli non
pōt. Bene ergo dat nobis xp̄s prudētiam
ſpūalem cū modo dicēs. Eſtote prudētes
ſicut ſerpētes ⁊c. In quibꝰ verbis debetꝭ
notare ꝙ triplicē prudentiā hꝫ ſerpens:
quā in nobis multū debemus habere.
Prima prudētia ſerpētis eſt: ꝙ totū cor-
pus ꝓ ſalute capitis exponit. Certe nos
debemꝰ habere iſtam prudentiā. nam in-
ſimul cū xp̄o ſumus vnū corpꝰ. ad Romā.
xij. Multi vnū corpꝰ ſumus in xp̄o. Iſtiꝰ
corporis caput eſt xp̄s. Ip̄m dedit caput
ſup oēm eccleſiam qui eſt corpus eius. ad
Ephe. j. Oēs ergo nos q̄ ſumus corpꝰ: ꝓ
xp̄o qui eſt caput: nos debemꝰ ponere: ꝓ
eo patiēter iniurias ſuſtinēdo. vñ Hiero.
pertractans illud. Eſtote prudentes ſicut
ſerpētes. dicit ſic ponēdo iſtā ſnīaꝫ. Ser-
pentis aſtutia ponit̄ in exēplū qui toto
corpe occultat caput: et illud in quo ē vi-
ta protegit: ita ⁊ nos toto periculo corpo
ris / caput nr̄m qui xp̄us eſt cuſtodiamus
ideſt fidē xp̄i integrā et incorruptā ſerua-
re ſtudeamus. hec ille. Scḋa prudētia ſer
pentis eſt ꝙ obturat aures ne audiat in
cantātes: iſto modo ꝙ vnā aurē applicat
ad terrā: et aliam cooperit cum cauda cor
poris ſui. Iſta prudentia ſumme indige-
mus. nā qñ audimus cantantes. i. hoīes
ad mundana et tp̄alia nos prouocantes
debemus applicare vnā aurem petre. i.
xp̄o qui eſt petra. j. ad Coꝝ. x. Petra autē
erat xp̄s. et aliam debemus cooperire cū
cauda corporis nr̄i: q̄ eſt mors ipſam con-

tinue expectādo. ideo dicit ſapiēs Eccli.
xiiij. Memor eſto qm̄ mors non tardat.
Tertia prudētia ſerpētis eſt: ꝙ qñ incipit
ſeneſcere trāſiens per foramē petre pellē
veterem deponit. Iſta prudentia ſumme
indigemꝰ. nam qñ incipimus in pctīs ſe-
neſcere per longā conſuetudinē / debemꝰ
tranſire per foramē petre: per quā intelli
gitur pnīa ꝓpter aſperitatem. ideo dicit
dñs Exod. xxxiij. Ponam te in foramine
petre: et protegā dextera mea. ⁊ ſic pecca-
ta deponere. Et ꝙ ſic habeamꝰ facere cau
ſam habemꝰ. Nam certū eſt ꝙ faciliꝰ ho-
mo dimittit pctm̄ in quo per modicū tē-
pus ꝯſiſtit: q̄ꝫ pctm̄ in quo diu perſeuera
uit. et hoc qꝛ conſuetudo quaſi cōuertit̄
in naturā. et cōſuetudine quaſi quadam
catena homo tenet̄ in pctīs religatꝰ: vt
inde exire non poſſit. vñ beatus Auguſt.
lib. viij. confeſſionū loquens de ſeipſo ita
inquit. Qꝛ difficilis fui ad conuertendūꝫ
ad fidē. ligatus eram et nō ferro alieno:
ſed ferrea voluntate mea. velle meū tene
bat inimicus: et inde catenā mihi fecerat
et conſtrīxerat me. Ex voluntate quippe
peruerſa facta eſt libido: et dum cōſuetu-
dini nō reſiſtitur: facta eſt neceſſitas. hec
Auguſt. Et ideo metrice dr. Qui nō aſſue
ſcit virtutibꝰ dum iuueneſcit: A vitijs ne
ſcit diſcedere qñ ſeneſcit. In ſignum ⁊ fi-
guram huius ſaluator faciliter et ſine ali
qua difficultate ſuſcitauit puellam in do
mo. Mat. ix. dicens. Puella ſurge. et ſur
rexit puella. Et iuuenem delatū in porta
di. Adoleſcens tibi dico ſurge. Et reſedit
q̄ erat mortuꝰ et cepit loqui. Luce. vij. Et
cauſa iſtoꝝ eſt: qꝛ non erat diu ꝙ iſti erāt
mortui. Sed lazarus de quo legit̄ ꝙ erat
diu ꝙ erat mortuꝰ: qꝛ quatriduanꝰ erat:
reddidit ſe valde difficilē: qꝛ nō niſi cum
clamore ⁊ gemitu lachrymis ſuſcitauit eū
vt pꝫ Iohā. xj. In hoc figurat̄ ꝙ illi qui
ſunt mortui morte peccati: et nō eſt diu:
faciliter ſurgūt a pctō. Sed illi qui ſunt
mortui morte peccati et eſt diu: cum ma-
gna difficultate ſuſcitantur. Habeatis
ergo prudētiā ſerpētis: ꝙ anteꝙ ſitis in-
ueterati ꝑ malā ꝯſuetudinē / trāſeuntes
ꝑ foramē petre. ſ. pnīe deponatis pellem
veterem pctōꝝ. iō loquit̄ nobis aplūs ad
Ephe. iiij. in hec verba. Deponite vos ſm
priſtinam conuerſationē / veterem hoīem
qui corrumpit̄ ſm deſideria erroris. Re-
nouamini aūt ſpiritu mētis veſtre: ⁊ in-
duite nouū hoīem / qui ſm deū creatꝰ eſt
in iuſticia ⁊ ſanctitate veritatis. Si bene
vultis opari ⁊c. predicta ꝯſideretꝭ. lectio
nem ⁊ bonā et vtilem dat nobis petrus
quando dicit. Eſtote prudentes. Pro con
cordātia poteſt dici illud quod ſcribitur
Prouer. ix. Ambulate ꝑ vias prudētie.

Secūda pars.

¶ Sed dico ſecundo et
vltimo ꝙ beatꝰ petrꝰ dicit nobis in ſcḋa
lectione. qñ cū inimico debetis ꝓliari ⁊c.
vigilate. Et cā iſtius eſt: nā inter illa que
multū cuſtodiunt et perficiūt vitā hoīs
eſt / ꝙ hō ſit ſollicitus in vigilia. In libro
quadripartitarū figurarū moraliū ad ꝓ-
poſitū ponit̄ talis fabula. Texēti aranea
retiaculū artis ſue: muſca volitās et corā
ea poſita dixit. Ut q̄d ꝯcludis fallaci reti
ſemitas q̄dē meas liberiorꝭ nature vſur-
paſtā publicū et cēſum retiaculis aptiſ
ſimū claudis vadū. At illa rñdit. Nimirū
autoritate nature h̄ facio: qꝛ doctrix effe-
cta ſcholas meas in ſemitis plꝰ aptis ex
tēdo. Et muſca ſubiūgit. Si ita eſt: tūc di
ſcipline tue regulas pande. Tunc aranea
ſibi annuēs multas regulas ſibi dedit: ſꝫ
ſolū dicā primā q̄ eſt ad ꝓpoſitū. Pria re
gula ē iſta: ſcito ꝙ mortaliū vita nō minꝰ
pendet ab oculoꝝ rectitudine q̄ꝫ a corde:
ꝓpter h̄ maxia diligētia gubernādis ad-
hibenda eſt oculis: nunꝙ ambos oculos
claudes: ſed quieſcēte vno vigilās aliꝰ te
gubernet. Lucerna em̄ corpis tui ē oculꝰ
tuus. Mat. vj. ⁊ Luc. xj. Omni cuſtodia
ſerua cor tuū. Prouer. iiij: et diligētia vi-
gili oculū tuū palpebre tue ꝓcedāt greſ-
ſus tuos: ne pes vnꝗ ducem oculū pce-
dat. Et certe bñ debemꝰ vigilare. Nam ſi
aliq̄s haberet inimicū crudelē: aſtutum:
callidū: ſine miſericordia certe talis bene
vir deberet vigilare ⁊ cauere ne a tali ini-
mico pueniret̄ et deciperet̄. ⁊ ecce ꝙ dia-
bolꝰ inimicꝰ nr̄ eſt talis et ꝓ ꝯñs debemꝰ
vigilare. Iſtā ſnīaꝫ ponit btūs Petrus in
canonica ſua exhortās nos ad vigilandū
ſic di. Fratres ſobrij eſtote ⁊ vigilate: qꝛ
aduerſariꝰ veſter diabolꝰ tāꝙ leo rugiēs
circūit querēs quem deuoret cui reſiſtite
fortes ī fide. j. Pet. v. Bene ḡ dicit nobis
beatus petrus in ſecunda lectione. qñ cū
inimico debetis preliari ⁊c. Uigilate ⁊c.

Pro ꝯcordātia dico vobis illud qđ ſcribitur Mat. xxxvj. Vigilate et orate ne intretis ĩ tētatione. Explicit ſermo. Deo gras.

¶ Dñica infra octa. aſcēſionis. Ser. iij.

Cum venerit hora eoꝝ reminiſcamini.

Johā. xvj. Venerabilis anſelmus in quadā meditatiōe hortabat ſororē ſuā tria tēpora tenaci mēoria reminiſci: vtpote preſens/ pteritū/ et futurū. O ſoror (inquit) mea/ vt ille dulciſſimus amor ieſu in tuo creſcat affectu: triplici meditatione opus habes. de preteritis: de preſentibꝰ: ⁊ futuris. de preteritoꝝ recordatiōe: de experiētia preſentiū: de expectatiōe futuroꝝ ⁊ cōſideratione. Cui alludit Seneca in libello de quattuor virtutibꝰ. Si prudens eſt animus tuus tribus tēporibus diſpēſet. preſentia ordina: futura ꝓuide vel precaue: preterita recordare. Ex quibus verbis deducitur/ ꝙ qñ hora et opportunitas ſe preſentat: reminiſcenda ſunt

Preterita.
Preſentia.
Et futura.

In preteritis reminiſcēda ſunt mirabilia diuine poteſtatis: bñficia diuine bonitatis: magnalia diuine equitatis.

Prima pars.

¶ Primo reminiſcendū

eſt ⁊c. Mirabilia diuine poteſtatis in rerū creatione que ſunt in memoria retinēda. reminiſcaris quale celum: qualis ſol: qualis luna: quales piſces: quales arbores: quales fructus: qualia elementa: qualia aīalia: qualia volatilia: quales angeli: quales aīe: quales hoīes: q̃les mulieres. nōne iſta mirabilia ſunt recolēda? In pš. Memoriam fecit mirabiliū ſuoꝝ. ⁊ alibi. Memor fui operū dñi. Scđo memorāda bñficia q̄ ſunt magna. nonne magna bñficia ĩ creatione. de qbꝰ Aug. li. ſolilo. rub. vij. O (inq̄t) verbū per qđ facta ſunt oīa: da mihi vocē laudis vt enumerē oīa bñficia tua. ego ſum ⁊ tu me creaſti. tu me predeſtinaſti. anteq̄ q̄cq̄ faceres a pncipio voluiſti me eē hoīem creaturā tuā: nō ſtellā: nō ignē: nō piſcē: nō auē: nō ſerpētem: nec aliqđ ex brutis aīalibus. O potētiſſime deꝰ memor ſit hō bñficij tui ⁊c. Nūqđ non magna bñficia in redēptione? videte qualē redēptorē: q: filiū dei: qualē matrē redēptoris. videte qualiter nos redemit: qualiter nos dilexit: qualē paſſionē ſuſtinuit: qualē animā tradidit. iſta bñficia recolēs btūs Aug. lib. ſolilo. deuote loquit per hunc modū. Dñe deꝰ feciſti me cū non eſſem: redemiſti me cū periſſem: mortuus eram ⁊ ad mortuū bone ieſu deſcēdiſti: vt ſeruū redimeres temetipm ĩ mortē turpiſſimā tradidiſti: ⁊ tantū dilexiſti me vt ſanguinē tuū p̄cioſuʒ ĩ p̄ciū dares ꝓ me. ħ ⁊ multa alia bñficia feciſti mihi dñe deꝰ meus. tu totꝰ toto tpe ⁊ ſine tpe ſemp me cōſideras. diligā te virtus mea oībus horis ac momētis: fruarq̄ʒ bonis mīe tue. nunc ergo q̄ illa hora vel pūctꝰ eſt ĩ oī vita mea: quo tuo bñficio nō vtar? ſʒ ⁊ nullū dʒ eſſe momētū q̄ te nō habeā ante oculos ĩ memoria mea: et nō diligā ex tota fortitudīe mea. Ergo fili xpiane recordare q: recepiſti bona ĩ vita tua. Luc. xvj. cū venerit hora. nā venit hora ⁊ nunc eſt. ¶ Itē reminiſcēda ſunt magnalia q̄ ſunt diuina precepta. nos in mēoria diuina mādata hr̄e debemꝰ ad faciēdū ea ne ꝑ obliuionē aliq̄d negligat. Nūeri. xv. dictū fuit moyſi. Loq̄re ad filios iſrael vt faciāt ſibi fimbrias ꝑ quattuor angulos pallioꝝ ponentes vittas hyacīthinas. Moralr palliū eſt vita pñs. fimbrie in q̄ttuor angulis ſunt q̄ttuor nouiſſima. mors: iudiciū: gehēna: ⁊ gloria. vitta hyacinthina vita celeſtis. hʒ eñi hyacinthꝰ colorē celeſtē q̄s cū viderint. ſ. fideles/ recordent oīm mādatoꝝ dñi. nec ſequāt cogitatiōes ſuas ⁊ ocl'os ꝑ varias res fornicātes (ſicut ocl's ſupbi fornicat cū honoribꝰ. oculꝰ auari cū diuitijs. oculus guloſi cū delitijs. oculꝰ luxurioſus cū meretricibus) ſed magis memores preceptoꝝ dñi faciant ea. cū ergo venit hora et iā venit reminiſcamini pteritoꝝ bñficioꝝ.

Secunda pars.

¶ Secūdū pncipale. re

miniſcēda ſunt pñtia: vtpote deformitas et culpa ꝓpria: calamitas et carnis miſeria: vanitas et mundi ſuperbia. ¶ Primo reminiſcēda eſt culpa propria. Apocal. ij. Memor eſto vnde excideris: ⁊ age penitētiā: ⁊ pma opera fac. Memēto vnde cecidiſti peccādo. ſ. de grā in culpā: de paradiſo in infernū. memēto quid perdidiſti per tuum peccatū: qm̄ perdidiſti gratiā ⁊ gloriā dei. lucratus fuiſti dānum: lucratꝰ fuiſti infernū. ergo memor eſto vñ excideris certe de alto in baſſum. et penitentiā age clama ad dominū. ne reminiſcaris delicta mea. Itē reminiſcēda eſt carnis miſeria. memēto q: cinis es et in cinerem reuerteris. de iſto reminiſci in pš. Recordatꝰ eſt qm̄ puluis ſumus: homo ſicut fenū: tāq̄ʒ flos agri ⁊c. Recordatꝰ eſt (hoc eſt dictū) reminiſci et recordari nos fecit q: puluis ſumus. homo ſicut fenū: ꝓpter breuitatē vite. tanq̄ flos agri propter mutabilitatē fortune. cito mutat fortuna hoīs. iterdum de bono in malū: interdū ecōuerſo. Eccl'i. xviij. Memento paupertatis. ſcʒ future in tēpore abūdantie. q̄ abūdantia frequēter mutat in paupertatē. Eccl'i. xj. In die bonoꝝ. ſcilʒ tpe proſperitatis/ ne immemor ſis maloꝝ/ que p̄ceſſerunt. ſ. in culpa et q̄ poſſunt accidere in pena. qui hʒ ꝓſperitatē reminiſci debet de aduerſitate que preceſſit vel pōt accidere. et in die maloꝝ ſcʒ in aduerſitate non ĩmemor ſis bonoꝝ. ſ. bonorum preteritoꝝ. qualem memoriā habebat ſanctiſſimus iob cū diceba. Si bona ſuſcepimꝰ de manu dñi: mala aūt quare non ſuſtineamus. Job. ſ. Itē dʒ reminiſci vanitas mundi. et ĩ hoc memorandū qualiter accidit multis qui vani et ſuperbi fuerunt. q̄liter pharaoni. qualiter nabuchodonoſor. qualiter herodi. qualiter alexādro. et ſic de multis alijs quoꝝ memoria cum ſonitu perijt. in pš. Memorare que mea ſubſtantia: nūquid vane conſtituiſti ⁊c.

Tertia pars.

¶ Tertiū principale. re

ſicoꝝ. ſm ꝙ natura ordinat̃: et fiunt gn̄a
tiōes ⁊ corruptiōes. Et ſicut ī corruptiōe
naturali materia priuat̃ ſua forma: ſic in
corruptione ſpūali: q̄ fit ꝑ pctm̄: materia
hoc eſt aīa/priuat̃ ſua forma. hoc eſt gra
diuina. Et de hac ꝑbia ſemꝑ legit diabo-
lus. ſcʒ de priuatione q̄ fit per peccatum:
nunꝙ legit de vnione materie ſeu forma
que fit in gn̄atione ſpūali. Spūs autem

ſanctus legit et docet de gn̄atione ſpiri-
tuali: que per gratiā fit. cuʒ enim aīa reci
pit gratiā dei: tūc regenerat̃ ſpūaliter. et
ideo dixit xp̄s nicodemo. Niſi quis rena-
tus fuerit ex aqua ⁊ ſpūſancto: nō pōt in-
troire in regnū dei. Ioh. iij. Et ideo ſctā
mater eccleſia in perſona apl'oꝝ: qui ho-
die receperūt ſpiritūſanctū: et per gratiā
eius fuerūt regenerati ſpūaliter: ne corrū
perent̃ per pctm̄: orat per os dauid. pš. l.
dicens. Spiritū ſanctū tuū ne auferas a
me. Et h̄ de octaua ſcīa ſcʒ philoſophia.

P ¶ Dixi nono ꝙ ſpūſſanctus hodie docuit
apl'os et xp̄i diſcipulos ius ad mundum
bene regulandū. Mundus em̄ tot⁹ regu
latur et regitur legib⁹ ciuilibus ⁊ canoni
cis: que vitia tollūt: ⁊ virtutes inſerunt.
Ille ergo eſt bon⁹ iuriſta: q̄ ſibiipſi leges
recte viuendi imponit per legem nature ī
creatione inditam. de qua apl's Rom̄. ij.
Cū em̄ gentes que legē non hn̄t: naturali
ter ea que legis ſunt faciunt: eiuſmodi le
gem nō habētes ipi ſibi ſunt lex. et q̄ ſm
iſtud ius et ſm iſtā legem viuunt: ſunt di
ſcipuli ſpūſſancti. Sed diabol⁹ hodie le-
git mūdanis aliam lectionē de iure ꝑuer
ſo dicēs: ꝙ bonū eſt opprimere pauperē:
viduam et pupillū expoliare in iudicio: ⁊
cauſam ei⁹ non defendere. Dicūt diſcipu
li diaboli: Uenite opprimam⁹ pauperem
iuſtū: et nō parcam⁹ vidue nec veterano.
nec reuereamur canos multi temporis.
Sit fortitudo nr̄a lex iniuſticie. i. peruer-
ſe. Ergo apoſtoli ⁊ diſcipuli q̄ ſpm̄ſctm̄ re
cipiunt ab eo addiſcunt iuſtum: ſiue ius:
vel leges rectas/ſm quas viuūt eas do-
cendo. Leges em̄ bone a ſpirituſctō ꝓce-
dunt: ⁊ ordinant̃: qr donum dei ſunt. Nā
ſm Papiam et damaſcenū/lex eſt inuen-
tio hoīs: et hoc quantū ad iura poſitiua:
donū dei/quantū ad legē naturalē et di-
uinā: dogma ſapientū/quantū ad decla-
rationē legū: correptio voluntariorū ex-
ceſſuū/quātū ad penā legibus inflictā:
ciuitatis cōpoſitio/quantū ad ordinē: et
totius criminis fuga. qr metū inducit ꝓ-
pter penā. Apl'i ergo a ſpūſancto edocti:
didicerūt in iure qualiter ſeipſos regere
deberēt et alios. propter qđ quilibet eoꝝ
pōt dicere. Inuocaui. i. hodie orādo: ⁊ ve
nit in me ſpūs ſapiētie. et ꝓpoſui illā re-
gnis et ſedib⁹. hoc eſt regib⁹ ꝑncipib⁹ pre
latis: qualiter iuſte ſm legem diuinam ⁊
alia iura regant populū eis commiſſum.
Sap̄. vij. Et h̄ de nona ſciētia ſiue arte.

¶ Dixi decīo ꝙ ſpūſſanct⁹ hodie docuit Q
apl'os et xp̄i diſcipulos medicinā ad aīas
ſanādū. Medicina tractat de duob⁹ op-
poſitis. ſ. de ſanitate ⁊ īfirmitate: q̄ ſunt
oppoſita. Sanitas ſm ꝙ dic̄ Galien⁹ ꝯſi
ſtit in debita armonia ⁊ ꝓportiōe humo
ruʒ. ita ꝙ qn̄ in corꝑe naturali humores
ſcʒ ſanguis cholera phlegma et melācho
lia ſunt in debita armonia et ꝯcordia: tūc
eſt ſanitas in corꝑe. ⁊ ꝑ oppoſitum qn̄ eſt
diſcordātia: eſt īfirmitas. ⁊ ſicut infirmi-
tas inducit mortē: ita ſanitas vitā. Sic
ſpūal'r ille eſt bon⁹ medic⁹ et eſt diſcipul⁹
ſpūſſctī: qui facit ꝯcordare duo ꝯria que
hʒ in ſe. ſcilʒ corp⁹ et aīam: ⁊ facit ꝙ caro
ſubijciat̃ ſpūi: ⁊ tunc ꝯſeruat ſanitatē in
ſe et viuit ſpūaliter. Si aūt inter corp⁹ et
aīam eſt diſcordantia: ita ꝙ caro rebellet
ſpūi: tunc hō infirmat̃ ſpūal'r et morit̃ ex
illa diſtēperātia. Hāc ſnīam ꝯcludit apl's
Rom̄. viij. Si ſm carnē vixeritis: morie-
mini. ſed ſi ſpū facta carnis mortificaue-
ritis: viuetis. Propter h̄ qr apl'i ſibi ī de-
bita ſanitate ſpūali vixerūt: et alios viue
re docuerūt: iō ſpūſſctī diſcipuli fuerunt
ꝓpter qđ pōt dicere q̄libet eoꝝ. Omniū
em̄ artifex docuit me ſapiētia. eſt em̄ in il
la ſpūs intelligētie ſctūs ⁊c. Sap̄. vij. Et
hoc de decima ſciētia ſiue arte.

¶ Dixi vndecīo ꝙ ſpūſſctūs hodie docuit R
apl'os et xp̄i diſcipulos theologiam ad fi
dē catholicā p̄dicandū. Theologia em̄ dr̄
a theos qđ eſt de⁹: ⁊ logos qđ eſt ſmo q̄ſi
de deo ſermo. qui ergo loquit̃ de deo: p̄di
cat ⁊ docet diuina: bon⁹ theolog⁹ eſt. hoc
bn̄ fecerūt apl'i cū p̄dicauerūt xp̄i euāge-
liū oēs inſtruētes: tamen palato nō ſano
non ſapit ⁊c. Et ſic ptʒ quomodo ſpiritus
creat ſpiritualiter hominē per ſeptē do-
na: ⁊ deſtruit ſeptem vitia. propter quod
poſſum⁹ concludere. Tibi ſeruiat omnis
creatura: quia dixiſti et facta ſunt. miſiſti
ſpm̄ tuum et creata ſunt. Iudith. xvj. ⁊c.

¶ Feria. ij. pentecoſtes. Sermo. i.

CEcidit ſpirituſ-
ſanctus ſuper omnes qui
audiebāt verbum. Actuū
x. cap. originaliter: recitati
ue vō in epiſtola preſentꝭ

ſolēnitatis verbum ſcribitur nunc aſſum
A ptū. Pro litterali thematis declaratione
eſt notandū q̄ poſtq̄ apoſtoli receperūt
ſpm̄ſanctum: beat⁹ Petrus aperiens os
ſuum incepit predicare verbū dei tam iu
deis q̄ gentilibus. Et loquente petro ver
ba predicationis cecidit ſpūſanct⁹ ſuper
omnes qui audiebāt verbū. ſcilȝ predica-
tionis. Pro cui⁹ breui declaratiōe thema
tis introductiua / eſt notandū q̄ homo
viuit duplici vita. ſcȝ naturali quātū ad
corpus: et ſpūali quantū ad animā. quo-
niā ſm̄ Auguſtinū ſicut aīa eſt vita corpo
ris: ita grā eſt vita aīe. Quelibet aūt vita
conſeruat̄ per nutritionem. vita corpora
lis per nutritionē corporalē: et vita ſpūa
lis per nutritionem ſpūalem. Ad conſer-
uandum em̄ vitam corporalem / opȝ q̄ ſit
ibi nutritio corporalis: ad quam nutritio
nē requiritur cibus ⁊ pot⁹: qui recepti in
ſtomacho digerunt̄ per calorē naturalē:
⁊ facta digeſtione: ſeparat̄ purū ab impu
ro: ⁊ deinde illud quod purū eſt vadit ad
epar: ⁊ de epate per venas ad mēbra dif-
fundit̄. ⁊ ſic mēbra nutriunt̄ et conſeruā
tur: et per ɔſequēs hoīs vita cōſeruatur
corporalis. deficiēte autē cibo calor natu
ralis agit in humidū radicale: et cōſumit
illud: et ſic perditur vita: ⁊ homo morit̄.
vel etiā ex defectu caloris naturalis / cib⁹
nō digeritur: et ſic corpus corrūpit̄: et fi-
nitur vita et perdit̄: ⁊ per ɔſequēs homo
B morit̄. Sic aīa pro ɔſeruatione vite ſue
ſpūali / indiget nutritione et cibo ſpūali.
Cibus ſpūalis anime quo nutritur et vi-
uit: eſt panis ſpiritualis. hoc ē verbū dei
ſicut xp̄s dixit diabolo tētanti vt de lapi-
dibus panes faceret. Nō in ſolo pane vi
uit homo: ſed in omni verbo qd̄ procedit
de ore dei. Matth. iiij. cap̄. Intellect⁹ eſt
quaſi ſtomachus aīe in quo primo verbū
dei recipit̄. ibi ſeparat̄ verum a falſo: vel
bonum a malo: tanq̄ȝ purum ab impuro
j. Johā. iiij. Nolite omni ſpiritui credere
ſed ꝓbate ſpūs ſi ex deo ſint. Hierem̄. xv.
Si ſeparaueris precioſum a vili: q̄ſi os
meum eris. Affectus ſiue voluntas eſt q̄ſi
epar. nam ſicut epar recipit a ſtomacho:
ſic affectus vel voluntas ab intellectu vt
bonum cognitū diligatur. Uene aīe ſunt
quaſi alia membra que cōmode nutriunt̄
ſi digeſtio epatis fuerit bona. Hec autem
digeſtio cibi ſpūalis verbi diuini nō pōt

fieri ſine calore ignis ſpiritualis ſcȝ ſancti
ſpiritus. ipſe em̄ eſt ignis: de quo xp̄s di-
xit. Ignem veni mittere in terrā: et quid
volo niſi vt accēdatur. Luce. xij. Quia er-
go populus tam iudeorū q̄ȝ gētilium: qui
congregat⁹ erat ad audiendū verbū dei:
in predicatione apoſtoli petri recipiebat
cibum ſpiritualē verbi dei: ad hoc vt di-
geſtio et nutritio ſpiritualis fieret in ani
mabus eorū: cecidit ſpirituſſanctus ſuper
oēs qui audiebant verbū: vt tandem ca-
lore grē ſpūſſancti nutrirentur: et ſic vita
ſpiritualis in eorū aīabus conſeruaretur
propter hoc ergo cecidit ſpūſſanctus ſup̄
omnes qui audiebant verbum. quod fuit
thema. In quibus verbis duo notantur /
iuxta thematꝭ ptes duas: ſm̄ quas duas
contēplationes intendo pertractare.

In prima oſtēdetur quomodo grā diui-
na adueniēs eſt aīe viuificatiua: qd̄ no-
tatur ibi. cecidit ſpūſſanctus.

In ſecūda concludet̄ quomodo predica-
tio euāgelica eſt iuſtificationis diſpoſi-
tiua: quod notatur ibi. ſuper om̄es qui
audiebant ⁊c.

Prima pars.

¶ Dico primo q̄ in pri-
C ma contēplatione oſtēdet̄ quomō grā di
uina adueniēs eſt aīe viuificatiua. quod
notat̄ ibi. cecidit ſpūſſctūs. hoc eſt ſubito
venit: q꞉ illud qd̄ cadit ſicut lapis: ſubito
deſcendit. aīa em̄ per peccatū moritur.
Ezechiel. xviij. Anima q̄ peccauerit: ipſa
moriet̄. et peccatū cū conſummatū fuerit
generat mortē. Jacobi. j. cū vo aīa ad de-
um cōuertitur: et diſponit ſe ad reſurgen
dū a peccato per liberū arbitriū: ſtatim
ſubito cadit ſpūſſanctus. et veniens ī ani
mam ipſam viuificat. Si enim anima pe
nitens poſt pctm̄ diu gratie beneficium
expectaret: pre tedio ſimul et deſperatiōe
tabeſcere poſſet: nec vnq̄ȝ reconciliari ſe
crederet per gratiā: que deum offenderat
per culpam. quoniā ſpes que differtur af
fligit animā. Prouerb. xiij. Propter hoc
pater miſericordiarū ſubito miſeram ani
mā viſitat: et vacuam omni bono ſubito
replet gratie beneficio. et ideo dicitur ca-
dere ſpirituſſanctus. hoc eſt ſubito veni-
re ad viuificandum animam. ſicut ſubito
cū magno ſono venit tali die ſicut heri ſu
per apoſtolos. Actuū. ij. Factus eſt repē-

te de celo ſonus tanq̄ aduenientis ſpiri-
tus vehementis: ⁊ repleuit totam domū
vbi erant apl̄i ſedentes. Cadit ergo ſpiri
tuſſantus. hoc eſt ſubito venit in animā:
⁊ facit quattuor ſpiritualiter in anima: q̄
facit ſpiritus human⁹ corporaliter. Spi-
ritus nāq̄ȝ human⁹ carni vnit⁹ dat ſibi
Primo dat ſibi colorem.
Scd̄o dat ſibi calorem.
Tertio dat ſibi vigorem.
Quarto dat ſibi valorem.
Sic ſpirituſſanctus cū anima eſt diſpoſi-
ta ſubito venit ad eā per gratiā: et dat ſi-
bi predicta quattuor ſpiritualiter.
Primo dat ſibi colorē ipſam reformādo.
Secundo dat ſibi calorem ipſam conſer-
uando.
Tertio dat ſibi vigorem ipſam roborādo.
Quarto dat ſibi valorem ipſam appre-
ciando.

¶ Dico primo q̄ ſpirituſſanctus veniens
D in animā per gratiā: dat ſibi colorē ipſam
reformando. nam in corpore humano ſpi
ritus humanus eſt cōſeruatiuus decoris
pulchritudinis et coloris. Uidem⁹ enim
q̄ corpus humanum ſine anima eſt palli
dū nigrum et deforme ſine colore gratio-
ſo. ſic anima ſine ſpirituſancto nō habet
decorē conſtantie: nec colorē gratioſe nec
honeſte conuerſationis: ſed anima ꝑ ad-
uentū ſpirituſſancti reformatur. et reno-
uatur in pulchritudine conſcientie et cō-
uerſationis honeſte. et ideo dicit̄ in pſ̄.
ciij. Auferes ſpiritū eorum et deficient: ⁊
et ī puluerem ſuū reuertētur: ſed emitte
ſpiritum tuum ⁊ creabūtur: ⁊ renouabis
faciē terre. Nota q̄ dicit auferes ſpiritū
eorum: et deficient. Quando aliquis ma-
gnus dn̄s committit alicui ſeruo guber-
nationē et diſpenſationē alicui⁹ magne
hereditatis: et videt q̄ ſeruus deſtruit il
lam: aufert ab eo diſpenſationeȝ vel pro-
curationē: ⁊ tunc qui prius propter mini
ſtrationē erat diues: efficit̄ poſtea paup̄.
Sic dixit villicus iniquitatis: qui diſſipa
uerat ſubſtantiam dn̄i ſui. Quid faciam
quia dn̄s meus aufert a me villicationē.
Luce. xvj. ⁊c. Sic deus commiſit homini
animā regendam per gratiā ſpirituſſan-
cti: et q̄diu homo habet ſpiritūſanctū:
eſt de domo dn̄i: et habet gratiam dei et
virtutes quibus poteſt lucrari regnū ce-

lorum ⁊ ditari: ſed per peccatum aufert ei
dn̄s ſpiritūſanctum: et ideo venit ad pau
pertatem: q꞉ amittit bona gratie ⁊ virtu
tum. Sic legit̄ de ſaul. j. Reg. xvj. Spiri
tus dn̄i receſſit a ſaul. et exagitabat eum
ſpiritus nequā. ideo orat pſalmiſta. pſ̄. l.
Ne proijcias me a facie tua: et ſpiritum
ſanctū tuum ne auferas a me. et ſequit̄.
pſ̄. ciij. Sed emitte ſpiritū tuum et crea-
būtur: et renouabis faciē terre. Pro quo
nota q̄ quādoq̄ȝ accidit q̄ vna dom⁹ vel
vna pulchra imago deturpatur et defor-
matur: et cōtingit q̄ ille pictor vel magi-
ſter qui eā fecerat: reformat et renouat eā
tunc que nihil reputabatur fit gratioſa.
Ita ad propoſitū: anima creata per deuȝ
ad imaginē eius q̄diu eſt in grā: eſt pul-
chra et formoſa et pulchris colorib⁹. ſcilȝ
virtutibus adornata: ſed cum peccat de-
turpatur: et perdit omnē decorē: vt dicat̄
Egreſſus eſt a filia ſion omnis decor eius
Threnorū. j. Sed ſpirituſſanctus qui eſt
optim⁹ magiſter: adueniēs in aīam: ipſaȝ
viuificat: et reformat: ⁊ pingit coloribus
ſpiritualibus. nam facit eā candidā per
caſtitatem. rubicūdā per charitatē: quia
dilectus meus cādidus: ⁊ rubicūdus eſt.
Canticorū. v. Facit eam liuidam celeſtia
contemplando: q꞉ noſtra cōuerſatio in ce
lis eſt. Philip. iij. et facit eam viridem / vi
tam eternā expectando. Sperans in do-
mino nō infirmabor. ſcribit̄. in pſ̄. Et ſic
ptȝ quomodo ſicut ſpūs human⁹ dat cor
pori decorem ⁊ colorem. Sic ſpūſſanctus
dat aīe decorem et colorem ipſam refor-
mando et recreādo. Judith. xvj. Miſiſti
ſpm̄ tuum et creata ſunt.

¶ Dixi ſcd̄o q̄ ſicut ſpiritus human⁹ dat
corpori calorem: ſic ſpūſſanctus dat ani- E
me calorem ipſam conſeruādo. Pro quo
notandū q̄ in corpore humano ſpiritus
human⁹ eſt nutritiuus caloris. vn̄ q̄ȝdiu
eſt ibi anima: tamdiu eſt calor. cum autē
aīa recedit a corpore: ſtatim frigeſcit cor-
pus. Ita ſpūſſanctus dat tūc aīe calorem
dilectionis et charitatis. et cum recedit
ab ea frigeſcit. et ideo dicit apoſtol⁹ Ro.
v. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus no
ſtris per ſpiritūſanctum. In charitate de
notat̄ calor ſpūalis anime. Pro quo no-
tādū q̄ amor dei ⁊ amor mūdi / ſunt duo
amores ɔtrarij: ſicut ignis et aqua; et q꞉

lex eſt contrarioꝝ ſ̄m logicos et phos/ ꝙ vnum excludit reliquū ⁊ expellit. ſic amor inordinatus mūdi q̄ eſt frigidus: excludit amorē dei: q̄ eſt calidus. q: q̄ diligit mundū nō eſt charitas patris in eo. j. Joh. ij. Sic ecōuerſo amor dei qui eſt calidus: excludit amorē mūdi q̄ eſt frigidus et contēnit. Sed heu q: hodie in mūdo magis regnat amor mūdi inordinatus ⁊ frigidus. plus diligūt hoīes diuitias ꝙ aīas. plus mundū ꝙ deū. et iō implet̄ qđ xps p̄dixit de nobis Mat. xxiiij. Qm̄ abūdabit iniquitas refrigeſcet charitas multoꝝ. et iō ſpirituſſanctus aduenięs in aīam p̄ gratiā: ſuū imprimit amorē tanꝙ calorē ſpiritualem. et ſic aīa inflāmatur et ardet amoris deſiderio ſuccenſa. ſicut videmus ꝙ quādo amor viri bene imprimit̄ in cor mulieris: caſtius ſe hꝫ: facilius obedit: et ardentius diligit ⁊ inflāmatur in viri amorē. et ideo dicit̄. j. Pet. j. Aīas veſtras caſtificātes/ quoad primū. in obediętia/ quoad ſecundū. charitatis/ quoad tertiū. ⁊ ideo dr̄ Hiere. xxxj. In charitate ꝑpetua dilexi te: ideo attraxi te miſerās. et iō q: ſpūſſanct⁹ eſt tanꝙ ignis diuinus: nō cōburęns: ſed illuminās: vt aīas noſtras inflāmet ⁊ calefaciat in dei amore: inuocemus eū cū ſctā matre eccleſia. Veni ſctē ſpūs: reple tuoꝝ corda fideliū: et tui amoris in eis ignē accēde. Et ſic pꝫ ſcđm: ī quo dixi ꝙ ſpūſſanctus dat aīe calorē: ⁊ hoc per charitatem ipſam in vita ſpūali conſeruādo: ſicut ſpiritus humanus corpori naturalē calorem in vita corporali conſeruādo. ⁊ ſequit̄ per ſpiritūſanctū. hoc eſt ei⁹ officiū. ſ. immittere amorē. nā omne agēs ſiue naturale ſiue artificiale/ intendit ſemp̄ imprimere ſimilitudinē ſuā ī id ī qđ agit. ignis em̄ eſt calidus ex ſua forma: ⁊ ideo in materiā in quā agit: calorē imprimit. pr̄ generās imprimit in filiū ſimilitudinē ſuā. artifex q̄libet ſimilitudinē quā cōcipit in mente imprimit in executo opere. Nūc aūt ita eſt ꝙ ſpūſſctūs amor eſt ſicut dicit Greg. in homel. et iō in cor in qđ intrat: ſimilitudinē ſuā imprimit. ſ. amorē: ⁊ ideo vocat̄ ignis ſiue charitas. vn̄ cātamus: Infunde amorē cordibus. ⁊ ideo dicit apl's ad Gala. v. Fructus aūt ſpūs. i. vtilitas ſpūſſancti in aīam aduenientis/ eſt charitas tāꝙ calor anime ſpūalis. Et hoc de ſcđo.

F ¶ Dixi tertio ꝙ ſicut ſpūs humanus dat corpori vigorē. ſic ſpirituſſanctus dat anime in qua eſt per gratiā vigorē: ipſam roborādo. Videmus enim ꝙ in corpore humano ſpūs humanus eſt corroboratiuus vigoris: q: corpus ſine anima naturaliter non poteſt ſubſiſtere: nec ſe defendere. tota die poſſet percuti: nec reſiſteret: nec defenderet ſe. ſed qn̄ eſt ibi anima: tunc ſtat et defendit ſe. Sic aīa ſine ſpirituſctō non poteſt ſtare contra tentationes: nec ſe defendere de peccatis. ſed ſpirituſſanct⁹ adiuuat hominem: et facit eum fortem in tētatione. ⁊ ideo dicit apl's Roma. viij. Qđ non videmus: ſperamus: per patientiam expectamus. Similiter autem et ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram. dicit ergo primo. Quod non videmus ſperamus. ſolet dici de homine qui multum cōfidit in aliquo qui nunꝙ fecit fidelitatem: iſte eſt fatuus qui cōfidit in eo. Ita multi ſperāt et habent ſpem in bonis mundi que nūꝙ fecerunt fidelitatem: ſed ſemper deficiūt. et ideo dicit pſ̄. lj. Ecce homo qui non poſuit deum adiutorem ſuum: ſꝫ ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum: ⁊ preualuit in vanitate ſua. Sed illi qui ſperant in bonis que non vident. in bonis ſupernis: non ſunt decepti: q: iuuant in neceſſitate: et ſunt eterna. et ideo dicitur Ecci. ij. Nullus ſperauit in eo: et confuſus eſt. et ideo dicit pſ̄. xxxvj. Spera in dn̄o ⁊ fac bonitatem: et paſceris in diuitijs eius. et ſequitur. Et ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtrā. Ita eſt de aīa ſicut de gallo qui eſt ſuper cāpanile: qui mouetur ad oēm ventum: q: nō eſt firmiter ſituatus. Ita certe aīa que eſt ſine gratia ſpirituſſancti eſt inſtabilis: et obedit cuilibet tentationi. Eſt etiam ſimilis homini qui eſt iam in ianuis mortis: qui non poteſt reſiſtere morbo: quia natura ita debilitata eſt in ipſo: ꝙ oportet eum voluere de lecto in lectum: q: ſpiritus humanus iam recedit ab eo. Ita anima ſine ſpirituſancto nō poteſt reſiſtere morbo peccati: ſed per peccatū debilitatur: et voluitur de lecto in lectū. de peccato cogitationis in delectationem. de delectatione in conſenſum. de cōſenſu in operationem. de opere in conſuetudinē. Sed ſpirituſſanctus adueniens/ dat anime vigorem reſiſtendi peccatis. nec poteſt diabolus aliquid accipere: nec oculū ad male videndum: nec os ad male loquēdum:

nec manus ad male operandū: nec cor ad male appetendū. et ideo ſcribit̄ ad Ephe. iij. Det vobis ſ̄m diuitias glīe ſue virtutem corroborari per ſpiritū eius in īteriori homine. Patet hoc in beato petro: qui ante paſſionē quādo habuit gratiam ſpirituſſancti: fuit fortis: ⁊ dixit xpo. Domīe etiā ſi oportuerit me mori tecū non te negabo. Matth. xxvj. ⁊ Mar. xiiij. Sed in paſſione qn̄ perdidit fidē: et ſpūſſanctus receſſit ab eo: fuit ita debilis ꝙ ad vocem vni⁹ ancille xp̄m negauit. Sed poſtꝙ ſpiritūſanctū tali die ſicut heri recepit: fuit fact⁹ ita fortis ꝙ ſtatim incepit p̄dicare: ⁊ xp̄m corā gētib⁹ regib⁹ ⁊ p̄cipib⁹ portare tanꝙ fortis ⁊ vigoroſus. Et ſic pꝫ ꝙ ſicut ſpūs human⁹ viuificat corpus: ⁊ dat ſibi virtutem ⁊ robur: ſic ſpūſſanctus viuificat aīam per gratiā: et dat ſibi v̄tutē et fortitudinē reſiſtendi. iō dicit apoſtol⁹ Rom. viij. Spūs viuit ꝓpter iuſtificationem. Q: ſi ſpūs eius q̄ ſuſcitauit ieſum a mortuis: habitat in vobis: qui ſuſcitauit ieſum xp̄m a mortuis viuificabit ⁊ mortalia corpora vr̄a propter inhabitantē ſpiritum eius in vobis. Et hoc de tertio minus principali.

G ¶ Dixi quarto ꝙ ſicut ſpiritus humanus dat corpori valorē: ſic ſpūſſctūs dat aīe in qua habitat per gratiā valorē. corpori em̄ humano ſpūs human⁹ eſt valoris collatiu⁹. videmus em̄ ꝙ corpus ſine aīa eſt nulli⁹ valoris. qđ ſic pꝫ: nam res q̄ eſt magni precij et valoris: multū diligit̄ et ſtudioſe in arca in palatio magis ſecreto cuſtodit̄. ſed res q̄ nihil valet: et modicum appreciat̄: non cuſtodit̄: ſed aliqn̄ in ſterquiliniū proijcit̄. Sic eſt de hoīe: q̄ ꝙdiu viuit multū appreciat̄: et bene cuſtoditur ſignanter ſi ſit rex vel magn⁹ dn̄s: vel magna dn̄a. ſed qn̄ moritur corpus nihil appreciatur: īmo quātūcūqꝫ diligeretur ī vita: ſtatim eijcitur de domo ⁊ portatur ad ſepulcrum. Sic eſt de anima ꝙ ꝙdiu viuit vita grē: et ſpūſſctūs habitat ī ea: eſt magni precij: magni valoris: ⁊ magne dignitatis. Sed ſtatim ſicut peccat et moritur per peccatū: ⁊ ſpūſſanctus recedit ab ea: nullius valoris eſt: nec ſe pōt mouere īmo eſt quaſi nihil: q: a vero eſſe. ſcꝫ deo ſe auertit: et ad nihil ſe conuertit. et ideo dicit Boetius: ꝙ mali hoīes nihil ſunt. ⁊ ideo dicit pſ̄. xiiij. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus. Sed ſpirituſſanct⁹ aduenięs/ erigit aīam a pctō: ⁊ dat ſibi eſſe ſpirituale: ⁊ dat ſibi magnū valorē et preciū. Tanti precij et valoris eſt anima qn̄ ſpūſſanctus venit ad eā p̄ gratiam: ꝙ tota curia celeſtis angeloꝝ letatur de ea tanꝙ de iocali precioſo inuēto. Gaudiū eſt angelis dei ſuper vno pctōre penitentiā agente. Luc. xv. īmo et ipa diuina ſapiētia dicit Luc. xv. Congaudete mecū: et ꝯgratulamini mihi: quia īueni drachmā quā perdiderā. Et ſic patꝫ quō ſpūſſanctus aduenięs aīe: facit eam eſſe magni precij et valoris. ⁊ ideo pōt dicere quilibet in cui⁹ anima eſt ſpūſſanct⁹ per gratiā: illud Ezech. iij. Spūs dn̄i quoqꝫ leuauit me: et aſſumpſit me: ⁊ abij amar⁹ in indignatione ſpūs mei. Dicit ergo ſpirit⁹ q̄ꝫ leuauit me. vbi nota ꝙ arbor qn̄ ē ſicca et ſine humore: nō pōt ſe leuare nec erigere ſurſum: ſed qn̄ reddit̄ ſibi humor: ſtatim creſcit ⁊ tendit ſurſum. Sic aīa q̄ eſt in pctō: eſt quaſi arbor ſicca: et q̄ſi nullius valoris eſt ſine humore grē: et p̄ conſequēs ſine fructu bonoꝝ operum: ⁊ ideo nō eſt apta niſi incēdio infernali: ſed adueniente ad eā ſpirituſctō reddit̄ ſibi humor grē: ⁊ ſit quaſi arbor eleuata: ⁊ hꝫ folia. i. v̄ba ſctā. flores/ bona ꝓpoſita. fructus/ bona opera. odor/ bona fama. et iō pōt dicere talis aīa illud quod ſcribitur Ezechiel. iij. Ingreſſus eſt in me ſpūs: et ſtatuit me ſuper pedes meos. q: diabol⁹ proſtrauerat. Nec mirū ſi ſpūſſanct⁹ eleuat aīam: et facit eam precioſam: q: ſ̄m Auguſt. qđ eſt pondus corporib⁹: hoc eſt amor ſpiritibus. Pondus inclinat ad inferius ad ſuū locum vbi ſit. Peccatū facit animā ponderoſam ⁊ prōptam ſeu ꝓnā ad malū: et difficilem ad bonū. Nec mirū q: portat ſupra ſe diabolū: quod figurat̄ Luce. xiij. vbi dr̄. Ecce mulier q̄ habebat ſpiritū infirmitatis annis decē et octo: ⁊ erat inclinata: nec oīno poterat ſurſum reſpicere. Mulier iſta carnalis ⁊ fragilis eſt amor carnis mūdi: qui ſemper ſe inclinat ad inferius. et dicitur infirma quātū ad affectum. inclinata quātū ad effectū. Sic ſimiliter inclinat amor ī ſpiritib⁹ ad ſuum locū vbi ſit. Cum ergo ſpūſſanctus ſit amor: eleuat aīas a pctō: ⁊ inclinat ſurſum: et dat eis magnum valorem. et ideo poteſt dicere aīa habēs gratiā ſpūſſancti

illud qȝ ſcribitur Ezech.xj. Eleuauit me ſpiritus et ĩtroduxit me ad portã domus dñi. Et ſic ptȝ ꝙ illos effectus quos facit ſpũs humanus in corporibus corporaliter: ſimiles facit ſpirituſſanctꝰ ſpũaliter adueniens ſubito, hoc eſt cadens in aĩaȝ per gratiã. et ideo põt dicere quelibet aĩa in quã cecidit ſpirituſſanctus per grãm. Spũs tuus bonus deducet me in terram rectã. ſcribit pſ. cxlij. Et hoc de pma con tẽplatione in qua dixi ⁊c.

Secunda pars.

¶ Dixi ſecũdo in ſecunda contẽplatione, ꝙ oſtẽderet quomodo predicatio euangelica eſt iuſtificationis
D diſpoſitiua: qȝ notatur cum dr ibi. ſuper oẽs qui audiebant verbũ. in ſcda parte thematis. Pro quo notandũ ꝙ nemo iuſtificat per audientiã verbi dei: quia deꝰ eſt qui iuſtificat. Rom. viij. ſed bñ diſponitur per verbũ dei. Cuius ratio eſt: quia ad hoc ꝙ homo iuſtificet: oportet ꝙ habeat fideȝ et aſſentiat his que ſunt fidei. Et ad aſſentiendũ his que fidei ſunt concurrit duplex cauſa. Una quidẽ exterius inducens: ſicut miraculũ viſum: vel ꝑſuaſio hoĩs inducentis per predicationẽ ad fidẽ: quorum neutrũ eſt ſufficiens cauſa. videntiũ eñ vnum et idem miraculũ. audientiũ eandẽ predicationẽ: quidam credũt: et quidam non credunt. et ideo opȝ ponere aliam cauſam interiorẽ: q̃ mouet hoĩem interiꝰ ad aſſentiendũ his q̃ ſunt fidei. Hanc cãm pelagiani ponebãt ſolũ liberũ arbitriũ hoĩs. et propter hoc dicebant ꝙ initiũ fidei eſt ex nobis. inquãtũ ſcȝ ex nobis eſt ꝙ parati ſumꝰ ad aſſentiẽdum his que ſunt fidei: ſed cõſummatio fidei eſt a deo per quẽ nobis ꝓponũtur ea que credere debemꝰ. Hec etiã fuit opinio Auguſt. ſed eam poſtea retractauit: ſicut habet di. xlj. ſ. opinati. Sed h̃ eſt falſum: qȝ cum homo aſſentiẽdo his q̃ ſunt fidei: eleuet ſupra naturã ſuã: opȝ ꝙ hoc inſit ei ex ſupernaturali principio interiꝰ mouente qȝ eſt deus. et ideo fides quãtũ ad aſſenſum: qui eſt principalis actꝰ fidei eſt a deo interiꝰ mouente per gratiã. ꝟba ſunt ſancti Thome. ij. ij. q. vj. arti. j. Sic ad ꝓpoſitũ. nec miraculũ: nec predicatio ꝟbi dei: ſicut nõ eſt cã totalis credendi: ſȝ diſpoſitiua: ſic nec eſt cauſa pricipalis cõuerſionis: nec iuſtificationis peccatoris: ſed eſt alia cauſa pncipalis. ſ. gra ſpũſſcti: qȝ ſicut pdictũ eſt: videntiũ vnũ et idẽ miraculũ: et audientiũ vnam ⁊ eandẽ predicationẽ: quidam cõuertunt: et quidã nõ: et per cõſequẽs predicatio nõ eſt cã principalis iuſtificationis: ſed gra dei vel ſpirituſſancti: eſt principalis cã iuſtificans ſed bene eſt diſpoſitiua: qȝ ſicut diſponẽs naturaliter preparat materiam ad introductionẽ forme: ſic pdicatio verbi dei preparat et diſponit aĩam faciendo deteſtari pctm: ad hoc ꝙ gra ſpũſſancti deſcendat: et aĩam iuſtificet tanꝙ cã principalis. et ideo dicit apoſtolꝰ, j. Theſſa. j. Euãgeliũ noſtrũ non fuit apud nos in ſermone tm: ſed et in virtute ⁊ in ſpũſancto. Et ſic patȝ ꝙ ſermo vel verbũ predicationis dei, nõ faciat credere: nec cõuertit peccatorẽ: ſed diſponit. ſed dei gra vel ſpũſſanctus. Et ſic ptȝ ſcda contẽplatio quõ predicatio euãgelica eſt iuſtificatiõis diſpoſitiua: quod notabat ibi. ſuper oẽs q̃ audiebant verbũ. Et ſic eſt finis ſermonis. Deo gratias.

¶ Feria. ij. pentecoſtes. Sermo. ij.

IN nationes ſpirituſſancti gratia effuſa eſt Actuũ in ca. x. originaliter recitatiue vero in epiſtola pſentis ſolẽnitatis verbũ ſcribitur nũc aſſumptum. Uerbũ iſtud litteraliter fuit ꝟbũ eoꝝ qui ad fidem ex circũciſione venerant: qui videntes ꝙ beato Petro predicante cecidit ſpũſſanctꝰ ſuper oẽs qui audiebãt verbũ predicatiõis tam ſuper oẽs eos q̃ fuerant gentiles: ꝙ ſuper eos qui fuerant iudei: tunc ipſi q̃ſi ex inuidia dixerũt. In nationes. hoc ẽ in cõuerſos ex gentilibꝰ ſpũſſancti gra effuſa eſt.
A Pro cuiꝰ thematis introductione eſt notandũ ꝙ ſm ſniaȝ dionyſij bonum eſt cõmunicatiuũ ⁊ diffuſiuum ſuijpſiꝰ. et qȝ deus eſt ſumma et perfecta bonitas: et ſua eſſentia eſt ſumma bonitas: qȝ nemo bonꝰ ſcȝ p eſſentiã niſi ſolus deꝰ. hanc bonitatem deus voluit cõmunicare creaturis: eas creãdo: dãdo eis eſſe ⁊ bonũ eſſe. Uidit eñ deꝰ cuncta q̃ fecerat et erãt valde bona. Gen. j. Oẽs eñ creature ſunt bone inquantũ participãt bonitatẽ diuinã. dicit eñ Boetius in libro de hebdomadibus, ꝙ oĩa alia a deo ſunt bona per participationẽ. inquantũ ſcȝ participant bonitatẽ diuinã. Et rõ quare deus voluit cõmunicare ſuũ eſſe creaturis: fuit bonitatis ⁊ amoris. Ratio bonitatis h̃ exigebat qȝ vt dicit Seneca. nulliꝰ boni ſine ſocio eſt iocũda poſſeſſio. Deus eñ ante mũdi creationẽ, habebat bonitatẽ ſuã incõmunicatã adextra: iõ voluit mũdum creare vt eã cõmunicaret. Item etiam hoc exigebat rõ amoris. Nã amor mouet ad aliqd dandũ vel operandũ. amor ergo diuinus mouit eũ ad productionẽ creaturarũ. vñ et quidã antiqui philoſophi amorẽ deoꝝ cauſam omniũ rerũ poſuerunt eſſe: vt ptȝ in. j. metaphy. et dionyſiꝰ etiã dicit. iiij. c. de diuinis noĩbꝰ: ꝙ diuinꝰ amor nõ per-
B miſit ipſum ſine germine eſſe. Ad propoſitũ iſta applicando in deo ſuũ eſſe ita potentia, ſapiẽtia, bonitas, de deo dicũtur ſm ſubſtantiã. et q̃ de deo dicunt ſm ſubſtantiã de tribꝰ dicunt: et tribꝰ perſonis pariter cõueniũt. vna eſt ergo potẽtia, ſapiẽtia, bonitas pr̃is et filij ⁊ ſpũſſancti. hi tres eadẽ potẽtia: eadẽ ſapiẽtia: eadẽ bonitas. Cũqȝ vnũ et idẽ ſit penitꝰ in deo ſapiẽtia, potẽtia, bonitas: ĩ ſacra ſcriptura tamẽ frequẽter ſolent hec noĩa diſtincte ad ꝑſonas referri. vt pr̃i potẽtia: filio ſapientia: ſpũiſancto bonitas attribuat qȝ quare fiat non ocioſum eſt inquirere. ꝟba ſunt magiſtri in. j. ſniaꝝ. diſt. xxxiiij. cap. ex pdictis. Et rõnem aſſignat ſtatim in ſeq̃nti cap. dicẽs. Id ergo ſacri eloquij prudentia facere curauit: ne dei immenſitatẽ ſimilitudine creature metiret. Dixerat eñ ſcriptura ſacra: ꝙ deꝰ pater eſt: et ꝙ deꝰ filius eſt: ⁊ audiuit hec hõ qui hominẽ patrẽ viderat: deũ patrẽ non viderat: et cogitare cepit ita eſſe ĩ creatore vt viderat in creaturis: a q̃bus hec nomina tranſlata ſunt ad creatorẽ: ĩ quibꝰ pater eſt prior filio: filius eſt poſterior pr̃e: et ex antiquitate in pr̃e defectꝰ: ex poſteritate in filio imperfectio ſenſus ſolet notari. Ideo occurrit ſcriptura dicẽs patrẽ potẽtem: ne videat prior filio: ⁊ iõ minus potens. ⁊ filiũ ſapientẽ: ne videat poſterior pr̃e: ⁊ iõ minus ſapiens. Dictus eſt ſpũſſanctus etiã deus: et dictꝰ eſt habere ſpm̃ deꝰ: et videbat hoc q̃ſi nomẽ inflationis et tumoris. vñ humana cõſciẽtia ad deũ pre rigore et crudelitate accedere metuit ideo ſcriptura tẽperauit ſermonẽ ſuũ ſpiritũ bonũ nominãs: ne crudelis putaret qui mitis erat. hec magiſter. Ex his g̃ ptȝ ꝙ in diuinis bonitas attribuit ſpũiſctõ. Cõcludẽdo ergo ex pdictis. cũ bonum ſit cõmunicatiuũ ⁊ diffuſiuũ ſuijpſius: ⁊ deꝰ ſit ſumme bonꝰ: q̃ bonitatẽ ſuã oĩbꝰ creaturis cõmunicauit: ⁊ cõmunicat ĩceſſanter: cum g̃ ſpirituiſancto in diuinis bonitas approprieṫ: ſequit ꝙ ſpũſſctũs p gratiã ſuam et donoꝝ multiplicitatẽ, ſit de ſe cõicatiuꝰ et diffuſiuus. Et hoc ſonant ꝟba ꝓpoſita: ꝙ gra ſpũſſancti nõ ſolum effuſa eſt iudeis: ſed etiã gẽtilibꝰ ad fidẽ cõuerſis. In natiões ergo ſpũſſcti gra effuſa eſt. qȝ fuit thema. In quibꝰ verbis ſubtiliter intellectis, tria poſſunt notari ſm thematis partes tres

Primo diſpoſitio materialis ſuſceptiua ibi. in nationes. in pma parte thematis.

Secundo introductio formalis perfectiua ibi. ſpirituſſancti gratia. in ſecunda parte thematis.

Tertio repletio liberalis exceſſiua ibi. effuſa eſt. in tertia pte thematis.

Prima pars.

¶ Dico primo ꝙ in ver- C
bis thematis preaſſumpti oſtẽdit diſpoſitio materialis ſuſceptiua: cũ pmittit. in natiões. qȝ ſonat tantũ ꝙ natiões. h̃ eſt cõuerſi ad fidẽ ex gentibꝰ: que audiebant predicationẽ beati petri: erant tanꝙ materia diſpoſitiua ad ſuſcipiendũ formam ſpũalẽ gr̃e ſpũſſancti: vel tanꝙ vas purũ et mũdũ ad ſuſcipiendũ liquorẽ balſami: vl' optimi vini. ſ. gr̃e ſpũſſancti. Pro quo notandũ ꝙ ſicut in generatione naturali anteꝙ forma introducat in materiam: opȝ ꝙ materia ſit diſpoſita: qȝ patȝ ⁊ in naturalibꝰ et in artificialibꝰ. In naturalibus quidem ptȝ de igne: qui anteꝙ introducat ſuam formam in lignũ: deſiccat illud humorem ſibi contrarium expellendo: quo deſiccato atqȝ diſpoſito: introducit formã ſuam. Hoc etiam patet de homine: in cuius generatione anima intellectiua nunqȝ vnitur corpori: niſi materia prius diſpoſita: vel in quadragĩta diebus ſi ſit maſculꝰ: vel in octoginta ſi ſit femina. et tũc corpore organizato ⁊ materia diſpoſita vnitur ſibi anima intellectiua vt forma dans ſibi eſſe viuere ſenti-

re ⁊ moueri. Patet etiā in artificialibus.
vt domificator edificās domū: priꝰ diſpo
nit lapides calcē ⁊ cetera neceſſaria: ⁊ de
inde edificat domū dando ſibi formam. ⁊
ſic de multis alijs. Ad ꝓpoſitū. in genera
tione ſpūali/ qn̄ aīa recreatur ſm̄ eſſe ſuū
ſpūale: qḋ habet aīa per gratiā tanꝙ per
formā ſpūalem: anteꝙ forma ſpūalis gra
tie infundat̃: opꝫ ꝙ aīa preparet̃ ⁊ diſpo
natur iuxta illud Amos. iiij. Preparare ī
occurſum dei tui iſrael. et. j. Reg. vij. Pre
parate corda veſtra dn̄o. que quidē prepa
ratio fit in aīa per gratiā preuenientē: que
D mouet liberū arbitriū. Pro cuiꝰ declara
tione nota ſm̄ ſctm̄ Tho. j. ij. q. cxij. ar. ij.
ꝙ gr̄a dupliciter dr̄. qn̄qꝫ ipſum habitua
le dei donū. qn̄qꝫ etiā ipm̄ auxiliū dei mo
uentis aīam ad bonū. Primo ergo modo
accipiendo gratiā: preexigit̃ ad gratiā ali
qua gratie preparatio: qꝛ nulla forma po
teſt eſſe niſi in materia diſpoſita. Sꝫ ſi lo
quamur de gratia ſm̄ ꝙ ſignificat auxili
um dei mouētis ad bonū: ſic nulla ꝑpara
tio requirit̃ ex parte hoīs quaſi ꝑueniens
diuinū auxiliū: ſed potius quecunqꝫ ꝑpa
ratio in hoīe eſſe poteſt: eſt ex auxilio dei
mouētis aīam ad bonum. et ſm̄ hoc ipſe
bonus motus liberi arbitrij: quo qs ꝑpa
rat̃ ad donū gratie ſuſcipiendū: eſt actus
liberi arbitrij moti a deo. ⁊ quātū ad hoc
dicit̃ hō ſe preparare ⁊ diſponere ad ſuſce
ptionē gratie: ſm̄ illud Prouerb. xvj. Ho
minis eſt aīam preparare. inquātū. ſ. mo
uetur a deo per liberū arbitriū. hoc ſctūs
Thomas. Sic ergo gētiles qui per natio
nes intelligūtur: fuerūt moti a deo per li
berū arbitriū audiēdo predicationē beati
petri: et fuerūt facti tanꝙ vaſa mūda pre
parata et diſpoſita ad ſuſcipiendū gratiā
ſpūſſancti. prius em̄ erāt taꝙ vaſa fracta
et infirma ac inualida ad retinēdū gratiā
ſpūſſancti: que eſt tanꝙ balſamum vel vi
nū optimū: ſed ſummus artifex. ſ. ſpūſſan
ctus ea reparauit diſpoſuit et ſanauit ad
recipiēdū liquorē gratie ſpūſſancti: iō di
xit ſapiens Sap. in. c. j. loquēs de ſpūſan
cto qui eſt creator vt in precedēti ſermone
prediximus. Creauit enim vt eſſent oīa: ⁊
ſanabiles fecit nationes orbis terrarum.
Sicut ergo gētiles moti a deo per liberū
arbitriū: fuerūt diſpoſiti ⁊ facti tanꝙ va
ſa munda ad ſuſceptionē ſpūſſancti: debe
mus nos ſpm̄ſctm̄ orare vt nos moueat ꝑ

liberum arbitriū et diſponat ac faciat va
ſa mūda ad ſuſceptionē ſue gr̄e. Et ſi volu
mus ꝙ ſpūſſctūs ſic nos moueat ⁊ diſpo
nat: opꝫ ꝙ nos faciamꝰ quattuor q̄ ſunt ī
ptāte nr̄a: ⁊ ſunt iſta que ſequūtur.
Primum eſt deuota oratio.
Scḋm eſt profunda humiliatio.
Tertium cordialis purificatio.
Quartū eſt mentalis quietatio.
¶ Dico primo ꝙ ſi volumꝰ ꝙ ſpūſſanctus E
nos moueat per liberū arbitriū: et diſpo
nat taꝙ vaſa mūda ad recipiēdum gratiā
ſpūſſancti: opꝫ ꝙ nos faciamꝰ deuotā ora
tionē. qꝛ ſic ſpūſſctūs diſponet nos: et ve
niet ad nos. libēter em̄ homo vadit ad il
lud hoſpitiū ad qḋ inuitatur. noſtre autē
orationes ſunt q̄dā inuitationes quibus
ſpm̄ſctm̄ inuitamus. Qꝛ aūt oratio requi
rat̃: docet xp̄s Joh. xiiij. Ego rogabo pa
trē et aliū paraclytū dabit vobis. Hoc eti
am totus apl'oꝝ cetus de quibꝰ cātat ſan
cta mr̄ eccleſia. Dū hora cūctis tertia mū
dus repēte intonat orātibꝰ apl'is deū ve
niſſe nūciat. Hoc etiā docet ꝓpheta: q̄ di
cit. Cor mundū crea in me deus: ⁊ ſpiritū
rectū innoua in viſceribꝰ meis. Cōforme
mus nos ergo cū ſctā matre eccleſia deuo
te orādo vt nos moueat ⁊ diſponat ⁊ ſuā
gratiā infundat: dicētes. Ueni ſancte ſpi
ritus: reple tuorum corda fidelium: et tui
amoris in eis ignem accende.
¶ Dixi ſcḋo ꝙ opꝫ ꝙ habeamus ꝓfundā F
humiliationē. Libēter em̄ hō vadit ad il
lud hoſpitiū in quo honorari ſe credit. hu
militas aūt dat ſpūiſancto honorē ſuum/
iuxta illud Eccl'i. iij. Magna potētia dei
ſolius: ⁊ ab humilibus honoratur. Aqua
em̄ ſpūs nō fluit in mētibus ſupborū: ſed
in vallibus humiliū. ſicut pꝫ de btā virgi
ne. et iō dixit ps̄. ciij. Qui emittis fontes
in cōuallibus: inter mediū montiū ptrāſ
ibunt aque. Duo mōtes ſunt due ſpecies
ſupbie. vna que naſcitur ex re ſpūali. alia
que naſcit̃ ex re tēporali. In medio iſtorū
mōtium tranſit humilitas: que tenet me
diū nō declinās ad aliquā illarū; et in iſto
medio aque tranſeunt gratiarū. ſ. ſpūſſan
cti. ſuper quem requieſcit ſpiritus dn̄i: ni
ſi ſuper humilem?
¶ Dixi tertio ꝙ debemus habere cordia G
lē purificationē. Libenter em̄ hō habitat
in hoſpitio mundo. ſic ſpūſſctūs non vult
habitare niſi in corde puro. Inq̄t prophe

ta ps̄. xcij. Domū tuā decet ſanctitudo do
mine. dicit Greg. in home. de ſpūſancto.
Tergat ergo ſordes praui operis: qui deo
preparat domū mētis. Eſt aūt mūdādus
intellectus ab oī praua cogitatione. affe
ctus ab inordinato amore. opus exteriꝰ a
negligētia ⁊ torpore. hoc ſignatū eſt Nee
mie. xij. vbi dr̄. ꝙ mūdati ſunt ſacerdotes
et leuite: et mūdauerūt populū portas et
murū. Per populū ītelligit̃ turba cogita
tionū. per portas cōſenſus volūtatū. per
murum bona opera que aīam muniūt ne
ab hoſtibus ſuperet̃. Et iō dicamꝰ cū bea
to Greg. in collecta orātes. Ure igne ſan
cti ſpūs renes nr̄os ⁊ cor noſtrū dn̄e: vt ti
bi caſto corpore ſeruiamus: et mundo cor
de placeamus.
H ¶ Dixi quarto ꝙ ſi volumꝰ ꝙ ſpirituſſan
ctus moueat nos ꝑ liberū arbitriū/ ad ſu
ſceptionē ſue gr̄e ⁊ dignos efficiat: opꝫ ꝙ
habeamus mētalē quietationē. Libenter
em̄ diuertit homo ad illud hoſpitiū ī quo
quietē īuenire ſe credit. hinc eſt ꝙ apoſto
li ſpm̄ſctm̄ ſedentes. i. a curis ſecularibus
quieſcentes receperūt. hinc eſt etiā ꝙ filij
iſrael ſuſceperūt mānā in deſerti ſolitudi
ne. Exo. xvj. Nihil em̄ eſt quod a deo tātū
impediat ne gr̄a ſpūſſancti in aīam infun
dat̃ ſicut mentis diuiſio. nihil tam confu
ſum taqꝫ laceratum affectibus ſicut mala
mēs. inquit Quintilianus. Si ergo volu
mus ꝙ ſpūſſctūs nos diſponat ad gr̄e ſu
ſceptionē: opꝫ ꝙ habeamus mentis quie
tē. Ut ergo eā habeamus: oremus dicēdo
cū Greg. in collecta quadā de ſpūſctō/ di
cētes. Mētes noſtras queſumus dn̄e pa
raclytus qui a te ꝓcedit illuminet: ⁊ indu
cat in oēm ſicut tuus promiſit filius veri
tatē. Si ergo habuerimus iſta quattuor:
tūc ſpūſſanctus mouebit liberū arbitriū
in nobis: et diſponet nos ad ſuſceptionē
ſue gratie: ⁊ tūc verificabit̃ de talibꝰ illud
Eccl'i. iij. Filij ſapiētie eccleſia iuſtoꝝ ⁊ na
tio illoꝝ obedientia et dilectio. Et hoc de
primo principali; vbi dixi ꝙ oſtēdebatur
diſpoſitio materialis ſuſceptiua. in natio
nes. in prima parte thematis.

Secunda pars.

I ¶ Dixi ſecūdo principa
liter ꝙ in verbis thematis ꝑaſſumpti oſtē
ditur introductio formalis perfectiua: cū
dicit̃. ſpūſſancti gratia. in ſcḋa parte the

matis. Pro cuiꝰ declaratione ſciēdū ꝙ ſi
cut in hoīe aīa eſt forma dās totū ordinē
eſſe perfecti. dat em̄ eſſe viuere ⁊ moueri.
Sic gratia ſpūſſctī q̄ eſt forma aīe: dat ſi
bi eſſe perfectū ⁊ perficit eā: cū gr̄a ſit ꝑn
cipiū eſſendi in ſpūalibus. ⁊ iō dixit apl's
j. Cor. xv. Gratia dei ſum id qḋ ſum. Dat
etiā vitā aīe. qḋ ſic pꝫ. cū gr̄a ⁊ pctm̄ ſint
priuatiue oppoſita: ⁊ pctm̄ inducat mor
tē que eſt priuatio vite: ſequit̃ ꝙ gr̄a indu
cit vitā de morte inducta per pctm̄. patet
Jaco. j. Pctm̄ cū cōſummatū fuerit: gene
rat mortē. Qꝛ gr̄a cōferat vitā: pꝫ Joh. j.
de xp̄o de quo dr̄. qḋ factū eſt in ipſo vita
erat. Dat etiā motū: qꝛ aīa que nō hꝫ gra
tiā dei: non hꝫ motū ad meritorie operan
dū. qḋ autē hꝫ gratiā ſpūſſancti expedite
mouet̃ ꝑ dona ſpūſſctī ad quecūqꝫ opera
meritoria. Qꝛ aūt aīa moueat̃ ꝑ gratiā do
noꝝ ſpūſſancti: et qualiter qꝛ quaſi ſubito
pꝫ: qꝛ declarat ſctūs Tho. j. ij. q. lxviij. ar.
j. in corpore: volēs oſtēdere dr̄iam donoꝝ
gr̄e ſpūſſctī et virtutū: cū aliqua dona di
cant̃ virtutes: ⁊ alique virtutes dicantur
dona: dicit ſic in forma. Ad diſtinguendū
dona a virtutibꝰ debemus ſequi modū lo
quēdi ſcripture: in qua nobis tradunt̃ nō
quidē ſub noīe donoꝝ: ſed magis ſub no
mine ſpirituū. ſicut em̄ dr̄ Eſa. xj. vbi loq̄
tur ꝓpheta de xp̄o. Requieſcet ſuꝑ eū ſpi
ritus dn̄i: ſpūs ſapiētie ⁊ intellectꝰ: ſpūs
conſilij ⁊ pietatis: ſpūs ſciētie ⁊ fortitudi
nis: ⁊ replebit eū ſpūs timoris dn̄i. Ex q̄
bus nobis manifeſte datur ītelligi ꝙ iſta
ſeptē enumerant̃ ibi ſm̄ ꝙ ſunt in nobis
ab inſpiratione diuina. inſpiratio autē ſi
gnificat quādam motionem ab exteriori.
Eſt em̄ cōſiderādum ꝙ in hoīe eſt duplex
principiū mouēs. vnū interius qḋ eſt rō. K
aliud aūt exteriꝰ qḋ eſt deꝰ vt pħs dicit in
c. de bona fortuna. Manifeſtū eſt autē ꝙ
oē qḋ mouet̃ neceſſe eſt ꝓportionatū eſſe
motori. ⁊ hec eſt ꝑfectio mobilis inquātū
eſt mobile/ diſpoſitio: qua diſponitur ad
hoc ꝙ bene moueat̃ a ſuo motore. quāto
ergo mouēs eſt altior: tanto neceſſe eſt ꝙ
mobile perfectiori diſpoſitione ei propor
tionet̃. ſicut videmus ꝙ perfectius opor
tet eē diſcipulū diſpoſitū ad hoc ꝙ altio
rē doctrinā capiat a docente. Manifeſtū
eſt aūt ꝙ virtutes humane perficiunt ho
minem ſm̄ ꝙ hō aptus natus eſt moueri
ſm̄ rōnē in his que interius vel exterius

agit.opꝫ ergo ineſſe homini altiores per-
fectiões ſm̄ quas diſpoſitus ſit ad hoc ꝙ
diuinitus moueat̃.⁊ iſte perfectiones vo-
cãtur dona. nõ ſolũ q꜡ infundũtur a deo:
ſed q꜡ ſm̄ ea hõ diſponit̃ vt efficiat̃ perfe-
cte mobilis ab inſpiratiõe diuina:ſicut di
cit̃ Eſa.l. Dñs aperuit mihi aurẽ:ego aũt
nõ cõtradico:retrorſum nõ abij. et etiam
phs dicit in li. de bona fortuna: ꝙ his q̃
mouẽtur per inſtinctũ diuinũ: nõ expedit
cõſiliari ſm̄ rõnẽ humanã:ſed ꝙ ſequan-
tur interiorẽ inſtinctũ: q꜡ mouentur a me
liori principio ꝙ̄ ſit rõ humana.et hoc eſt
qđ quidã dicũt : ꝙ dona perficiũt hoĩem
ad altiores actus ꝙ̄ ſint actus virtutũ. et
iſta dona ſunt quedã virtutes diuine ꝑfi-
ciẽtes hoĩem inquãtũ eſt a deo motꝯ.vn-
de ⁊ phs in.vij.Ethi. ſupra virtutẽ cõmu
nẽ ponit quãdã ꝟtutẽ heroicã vel diuinã:
ſm̄ quã aliq̃ dicunt̃ diuini viri .Et ſic ptꝫ
ꝙ aĩa ꝑ dona grãrũ ſpũſcti mouet̃ tanꝙ̄
per formã:⁊ mouet̃ ſubito ad actiones tã
interiores ꝙ̄ exteriores:qđ põt oſtẽdi per
exẽpla. Si q̃s enĩ peteret conſiliũ de quo
dã negocio arduo a quodã perito: nõ da-
ret ſtatim: ſed deliberaret : q꜡ ſolũ moue-
ret̃ per rationẽ humanã: ſed ſi peteret̃ ab
aliquo habẽte donũ ſpũſancti:ſtatim ſub
ito reſponderet:q꜡ mouet̃ a ſpũſctõ. Hoc
etiã pꝫ de dono intellectꝯ quãtũ ad intelli
gẽtiam ſcripturarũ. Hoc etiã pꝫ de dono
fortitudinis quãtũ ad tolerantiã mortis:
q꜡ qui habẽt ſpm̄ſctm̄: ſpõte ſe offerũt ad
mortẽ:alij aũt nõ. Et ſic pꝫ ꝙ ſicut aĩa eſt
forma corporis: et introducta dat eſſe cor
pori vitã ⁊ motũ: ⁊ per ꝯñs eſſe perfectũ.
Sic grã ſpũſancti:q̃ forma aĩe introdu-
cta ⁊ infuſa: dat eſſe aĩe vitã ⁊ motũ ſubi
tũ per dona ad operandũ intus vel extra
ſcꝫ infra aĩam vel extra aĩam: ⁊ iõ xps di-
xit apl'is ante receptionẽ ſpũſancti/ ꝙ ꝑ
ſpm̄ſanctũ efficerentur fortes ⁊ virtuoſi ⁊
mobiles ad quecũq; opera bona:dicens.
Accipietis virtutẽ ſuperueniẽtis ſpũſan
cti in vos:⁊ eritis mihi teſtes ⁊c̃.Act̃.i.c.
L j. Sed heu ꝙ hodie ſicut hõ deſperatus
aĩam rationalẽ a ſe expellit ſe interficien
do. Sic homines peccatores deſperando
de gratia ſpiritusſancti/eundẽ ſpiritũſan
ctum a ſe expellũt. Quidam enim vitupe-
rant ſpiritũſanctum:ſicut illi qui negligẽ
ter audiunt verbum dei:quia ibi ſpiritus-
ſanctus loquitur, ideo dicit apoſtolus ad

Hebre.x. Quanto magis putatis deterio
ra mereri ſupplicia qui filium dei concul
cauerit:et ſanguinem teſtamenti pollutũ
duxerit in quo ſanctificatus eſt:⁊ ſpiritui
gratie contumeliã fecerit. Filium dei con
culcantes: ⁊ contumeliam facientes aſſo
ciantur:⁊ ſimiles ſunt in culpa: ⁊ ſimiles
erunt in pena. Item alij contriſtant ſpiri
tũſanctum per peccata venialia. ſicut pa-
ter videns filium diſpoſitum ad malũ tri
ſtatur. Sic ſpiritusſanctus tanꝙ̄ pater vi
dens animam in qua eſt per gratiam : nõ
reſiſtentem peccatis venialibus:triſtatur
q꜡ venialia efficiuntur per delectationem
mortalia . et tunc per mortalia expellitur
ſpiritusſanctꝯ . et ideo dicit apoſtolus ad
Epheſ.iiij. Nolite contriſtare ſpiritũſan-
ctum. Item alij in ſeipſis ſpiritũſanctum
extinguũt cum mortaliter peccant . nõ ꝙ
ſpiritusſanctus poſſit extingui: nec mori:
ſed inquantum recedit ab anima tãꝙ̄ for
ma a materia: et ſic anima priuat̃ ſua per
fectione:ideo dicit̃ ſpiritusſanctus extin-
gui in anima.⁊ ideo cõtra tales dixit apo
ſtolus.j.Theſſal'.v. Spiritũ nolite extin-
guere. Et quia ſpũſanctus ignis eſt iuxta
illud. Ignẽ veni mittere in terram:⁊ quid
volo niſi vt accendatur. Luc̃.xij. ideo vi-
deamus quot modis extinguitur ignis:⁊
tot modis reperies ꝙ extinguit̃ ſpiritus-
ſanctus in anima. Et reperio ꝙ ignis ex-
tinguitur tripliciter.

Primo per venti impulſionem.
Secundo per materie ſeparationem.
Tertio per aque infuſionem.

¶ Primo extinguitur per venti impulſio- M
nem . magnus enim ventus extinguit lu-
men:ſignanter quãdo in modica materia
eſt radicatum. Sic ventus ſuperbie extin
guit ignem ſpiritusſancti. Job.ij. Uẽtus
vehemens irruit a regione deſerti: et con
cuſſit quattuor angulos domus. Quattu
or anguli domus ſpiritualis ſunt fides/
ſpes/charitas/⁊ bona operatio. ¶ Secũ
do extinguitur ignis ꝑ materie ſeparatio
nem . ſicut enim accenditur per vnionem
et appoſitionem lignorum: ſic etiã extin-
guitur per ſubtractionem et diuiſionẽ eo
rundem. ſic ignis ſpiritusſancti extingui-
tur per ſpiritum diſcordie. Sicut enĩ ani-
ma non viuificat membra ſeparata : nec
ignis inflammat ligna diuiſa:ſic nec ſpiri
tusſanctus illos inflammat;qui ſunt diui

ſi a deo per mortalem culpã. Eſa.lix. Ini-
quitates veſtre diuiſerunt inter vos ⁊ de
um veſtrum.vel a proximo per diſcordiã.
Luc̃.xj. Omne regnum in ſe diuiſum deſo
labitur.vel ab eccleſia per excommunica-
tionis ſententiam. Matth.xviij. Dic ec-
cleſie. et ſi eccleſiam non audierit: ſit tibi
ſicut ethnicus et publicanus. ¶ Tertio ex
tinguitur ignis per aque infuſionẽ. aqua
enim infuſa ſuper ignem extinguit eum.
ſic aqua luxurie extinguit ignem ſpiritus-
ſancti. Eccl'i.iij. Ignem ardentẽ extinguit
aqua. Cetera vitia nõ omnino extinguũt
igniculum cordis: ſed ignem ſpiritusſan-
cti: quoniam aliquando ibi remanent ali
que affectiones bone voluntatis: luxuria
autem extinguit adeo ꝙ nihil ſpirituale
in corde relinquitur : ſed totus homo ca-
ro efficitur. De his ergo qui habent gra-
tiam ſpiritusſancti poteſt dici illud quod
ſcribitur Romanorũ.viij.cap. Quicunq;
ſpiritu dei aguntur. hoc eſt regunt̃ et mo
uentur . hi ſunt filij dei . Et hoc de ſecun-
do principali: vbi dixi ꝙ oſtendebatur in
troductio formalis perfectiua ſpiritusſan
cti gratia:in ſcđa parte thematis.

Tertia pars.

¶ Dixi tertio et vltimo:

ꝙ in verbis propoſitis oſtẽditur repletio
N liberalis exceſſiua:cum dicitur. effuſa eſt.
in tertia parte thematis. ¶ Pro quo bre-
uiter notandum/ꝙ quando aliquod vas
eſt plenum aliquo liquore ex ſuperabun-
dantia liberali infundẽtis: liquor aliquã
do effunditur:ideſt extra fundit̃ et expar-
gitur. Sic ad ꝓpoſitum/liquor optimus
gratie ſpiritusſancti in tanta abundãtia
datus fuit et effuſus in apoſtolos: ꝙ gra
tia ſuperfluxit:cum ceperunt loqui varijs
linguis apoſtoli magnalia dei. Actuũ.ij.
quam quidem gratiam per verbum predi
cationis nõ ſolum infuderunt iudeis:ſed
etiam gentilibus : qui per nationes deſi-
gnantur . vnde et paulus dixit iudeis vt
habetur in actibus apoſtolorum ca. xiij.
Uobis oportebat primum loqui verbum
dei : ſed quoniam repellitis illud et indi-
gnos vos iudicaſtis vite eterne ecce con-
uertimur ad gẽtes. ſicut preceptũ habue
rant a chriſto Mat.xxviij. Euntes docete
omnes gentes baptizantes eos in nomi-
ne patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſancti amẽ. Gra-

tia ergo que data fuit apoſtolis et chriſti
diſcipulis in die pentecoſtes per eos fuit
effuſa quia erant tanꝙ̄ vaſa plena:et hoc
per predicationẽ quando repleti ſunt om
nes ſpiritusſancto⁊ ceperunt loqui Actuũ
in.c.ij. ſic enim prophetatũ fuerat per os
Dauid in pſ̃. de ſanctis apoſtolis et chri-
ſti diſcipulis. Effundite corã illo corda ve
ſtra:ſcilꝫ coram populo gentili qui per na
tiones deſignatur. Et ſic patꝫ tertia pars
ſermonis vbi dicebatur/ꝙ oſtẽderetur re
pletio liberalis exceſſiua:ibi.effuſa eſt.in
tertia parte thematis . In nationes ergo
ſpũſcti grã effuſa eſt.qđ fuit thema. Pla
ceat deo ⁊c̃. Explicit ſermo. Deo gratias.

¶ Feria.ij.pentecoſtes. Sermo.iij.

VT omnis q̃ cre-
dit in ipſo non pereat : ſed
habeat vitam eternam. Jo
hã.iij. Honorabiles dñi/in
iſta die repreſentat eccleſia
aduentum ſpiritusſancti:de quo promiſe
rat chriſtus apoſtolis ⁊ toti eccleſie dicẽs
Joh.xiiij. Et ego rogabo patrem:⁊ alium
paraclytũ dabit vobis: vt maneat vobiſ-
cum in eternũ:ſpiritũ veritatis. et eiuſdẽ
ca.xv. Cũ venerit paraclytus quẽ ego mit
tã vobis a patre:ſpm̄ veritatis:qui a pa-
tre ꝓcedit. Deſideriũ ſpũſancti exprimit
eccleſia q̃ſi per totam iſtã hebdomadã di.
Ueni ſancte ſpũs:et emitte celitus: lucis
tue radium.veni pater pauperũ:veni da-
tor munerũ:veni lumẽ cordiũ. Ecce ꝙ ſm̄
repreſentationẽ eccleſie/iã venit.nam re-
pentino ſonitu ſuꝑ diſcipulos venit. Act̃.
in.c.ij. Si ergo venit: ꝓpter aliquam cau
ſam venit. Interrogemus nos ſpm̄ſctm̄:
et dicamꝯ ſibi. Amice ad q̃d veniſti? Et cer
te ad iſtã interrogationẽ/ reſpõdet nobis
per thema propoſitũ di. Ego veni: vt oĩs
qui credit ⁊c̃. Pro cuius thematis ꝓſecu
tione/noto mihi ꝙ ſicut videmus ꝙ ſpũs
humanꝯ ad hoc ꝙ det vitã:quattuor facit
in hoĩe corporalr̃:ita ſpũſctũs dãdo vitã
aĩe:eadẽ facit in aĩa ſpũalr̃. Spũs enĩ hu A
manus dans vitã corpori quattuor facit.
Iſtamet quattuor facit ſpũſanctus dans
vitam anime ſpiritualiter.

Primo conſeruat decorem.
Secundo nutrit calorem.
Tertio dat fortitudinẽ et vigorẽ.
Quarto manutenet precioſitatẽ⁊ valorẽ.

Prima pars.

¶ Dico p̄mo ꝙ ſpiritus

humanus dans vitam corpori: conſeruat
decorem. Corpus nāq; hominis ſine ſpiri
tu non h̄z decorem: īmo pallorem ⁊ defor
mitatē et terreſtreitatē redigentē in pul⸗
uerem. vñ dauid pſ. ciij. Auferes ſpm̄ eo
rum et deficient: ⁊ in puluerem ſuū reuer
tentur. Sic anima ſine ſpūſancto non h̄z
pulchritudinē: nec decorē conſcientie: ſed
turpitudinē et nigredinē peccati: que eſt
maxima pena que in hoīe poſſit eſſe. Vñ
ſm̄ Auguſt. in de ſentētijs ꝓſperi. Nulle
grauiores pene q̄ȝ male ↄſcientie: in q̇b⁹
cū de⁹ non habet: conſolatio non inueni
tur: et per conſequēs: nec ſpūſanct⁹: qui
paraclytus dicit̄ et conſolator. Pro tāto
dicit quintilianus. Nihil tam confuſum
tamq; laceratū affectib⁹/ſicut mala mēs
Sed anima cui dat ſpūſſanctus vitā: h̄z
decorem et grē puchritudinē. ⁊ reformat
ipām de turpitudīe ī pulchritudinē. iō ſe
q̇tur in tex. pſalmi p̄notati. Emitte ſpiri⸗
tum tuū et creabunt̄: et renouabis faciē
terre. i. anime peccatricis: que terra dicit̄
in peccato exiſtens: q: terra eſt elemētum
obſcuri⁹ in mūdo ⁊ infimi⁹. ſic aīa peccā⸗
tis obſcura propter grē carētiam que eſt
lumen. immūda ꝓpter peccati maculam
infima propter penam debitam in infer
no. Patet igitur primū ꝙ ſicut ſpūs hu⸗
manus dans vitam corpori conſeruat de
corem et pulchritudinem imaginis diui⸗
ne per gratiam.

Secunda pars.

¶ Dico ſecundo ꝙ ſpūs

humanus dans vitā corpori nutrit cali⸗
ditatē. Sine ſpū corpus eſt frigidū: ⁊ fri⸗
giditas eſt ſignum mortis. ſic anima ſine
ſpirituſancto efficitur frigida ⁊ gelida ad
operandū et pigra: ſed per ſpiritūſanctū
efficit̄ calida per charitatē: et inflāmata.
vnde ad Rom̄. v. dicit apoſtol⁹. Charitas
dei diffuſa eſt in cordibus noſtris ꝑ ſpm̄
ſanctum qui datus eſt nobis. In ſignum
huius apl'i ante receptionē ſpūſcti erant
frigidi ⁊ gelidi: vt petrus qui in paſſione
ſedebat ad prunas et calefaciebat ſe: q:
frig⁹ erat. vñ Bern̄. Sedebat petr⁹ ad pru
nas nō tam gelido corꝑe q̄ gelido corde
Reuera frigus erat: q: cor negantis ma
gnū frigus ↄſtrinxerat. Et eadē frigiditas
fuit ī apl'is qñ relicto eo/omnes fugerūt.
Matth. xxvj. Sed modo in receptione
ſpūſancti omnes facti ſunt calidi et in⸗
flammati: ideo receperūt ſpiritūſanctum
in ſpecie ignis: qui calefacit et inflāmat.
vñ Gregorius in homelia. Foris apparē
tibus linguis igneis: int⁹ facta ſunt cor⸗
da flammātia: quia dū deum in ignis vi⸗
ſione ſuſceperunt: per amorem ſuauiter
n ¶ Dixi tertio ꝙ ſpũſſanctus datus eſt viſi‑biliter in ſigno vel forma viſibili apl'is in ſpecie flatꝰ in ptãtis collatione. ⁊ hoc fuit poſt reſurrectionẽ qñ xp̃s dedit apl'is po‑teſtatẽ dimittẽdi pctã. tũc inſufflauit ⁊ di‑xit eis. Accipite ſpiritũſanctũ: quoꝝ remi‑ſeritis pctã dimittũtur eis: et quorum re‑tinueritis retẽta erũt. Joh. xx. Iſto modo accipiunt ſpiritũſanctũ inuiſibiliter in pe‑nitẽtia per cõtẽptum tẽporaliũ ſatiſfaciẽ‑do ea in quibus ꝓximis obligãtur: q: ſpi‑ritusſanctus cũ accipiť in confeſſione oĩa tẽporalia facit contẽnere tanꝙ flatũ vapo‑rẽ et fumũ. Iõ legiť Judicũ. xiiij. de ſam‑ſone/ꝙ cũ ſpũs dñi in eũ irruit: leonẽ in‑terfecit: philiſteos ſuperauit ⁊ vincula di‑rupit. Per leonẽ intelligiť ſupbia. ꝑ phi‑liſteos qui interpretãtur cadentes intelli‑gũtur diuitie ſiue ipſa auaricia: q: ſicut d: Prouerb. xj. Qui confidit in diuitijs ſuis corruet. ꝑ vincula intelligiť ipa carnalis concupiſcẽtia/iuxta illud Eccl's. vij. Vin‑cula ſunt manus illiꝰ. Sic ergo ſpũſctũs acceptus inuiſibiliter in ſacramẽto eccle‑ſie facit interficere leonẽ. i. ſuperbiã ꝑ hu‑militatẽ. auariciam per reſtitutionẽ. luxu‑riã per carnis macerationem.

o ¶ Dixi quarto ꝙ ſpũſctũs datus eſt viſi‑biliter in forma vel ſigno viſibili in ſpecie ignis apl'is in ſpũſancti miſſione. hoc eſt in die pentecoſtes. Acť. ij. Sic accipiť in‑uiſibiliter in ſacramẽtis eccleſie per ſuper‑noꝝ deſideriũ: qd̃ deſignať in igne: q̃ ſem‑per ⁊ naturaliter aſcẽdit ſurſum. ⁊ ideo ſi‑cut ignis: aſcẽdit ille qui inuiſibiliter ac‑cipit ſpiritũſanctũ. ⁊ põt dicere. Eleuauit me ſpũs inter celũ et terrã. Ezech. viij. Et rõ eſt: vbicũqꝫ eſt fumus aromaticus ſan‑cti deſiderij: ſignũ eſt ꝙ ibi eſt ignis ſpũſ‑ſancti. et iõ dicit Greg. Qui mẽte integra deum deſiderat: ꝑfecto iam habet quod amat. et hoc de quarto.

p ¶ Dixi quinto ⁊ vltimo ꝙ ſpũſctũs datꝰ eſt viſibil'r in ſpecie lingue ꝓ exercẽda le‑ctione. Sic datus fuit apl'is: et ipm acce‑perũt in linguis igneis in die pẽtecoſtes. Acť. ij. Apparuerunt apl'is diſpartite lin‑gue tanꝙ ignis: ſeditqꝫ ſupra ſingulos eo‑rũ ſpũſſanctus. dicit diſpartite q: .j. Cor. xij. dicit. Diuiſiones gratiaꝝ ſunt: idẽ aũt ſpiritus. In linguis etiã datur inuiſibili‑ter per gratiã: vt homo loquať in ꝯfeſſio‑ne ⁊ p̃dicatione. ſm̃ ꝙ eſt duplex lingua. ſcꝫ humana ⁊ angelica. lingua loquiť ho‑minis: qui pctã ſua confiteť. lingua ange‑loꝝ: qui verbum dei predicat. Prima er‑go lingua eſt hoĩs: ⁊ hec eſt duplex. ſcꝫ no‑ua et vetus ſiue antiqua. lingua noua lo‑quitur: qui vere pctã ſua cõfitetur: ⁊ nõ fi‑cte nec palliate. Mar. vlt. Linguis loquẽ‑tur nouis: ſerpẽtes tollẽt ⁊c̃. Lingua vete‑ri loquiť qui pctã in cõfeſſione excuſat. ſi‑cut adã q̃ excuſauit ſe dicẽs. Mulier quã dediſti ⁊c̃. Gen̄. iij. c. Sꝫ noua loquiť qui ſine excuſatione cõfitetur. pſ. xxxj. Dixi cõ‑fitebor aduerſum me ⁊c̃. Lingua ſecunda eſt angeloꝝ: cũ hac lingua loquiť: q̃ cũ de‑uotione ⁊ ardore predicat verbũ dei. ⁊ ꝓ‑pter hoc datꝰ eſt in linguis igneis vt pre‑dicator ardeat et feruẽat in corde per cha‑ritatẽ: qm̃ inflãmare non pñt que de frigi‑do corde exeũt. q: qui nõ ardet non incen‑dit. et ideo d: Acť. xviij. Erat apollo edo‑ctus viã dñi: ⁊ feruẽs ſpũ loquebať: et do‑cebat diligẽter ea que ſunt ieſu. vnde ſine feruore dilectionis nihil ſumus. j. Corin. xiij. Si linguis hoĩm loquar et angeloꝝ charitatẽ autẽ nõ habeã: nihil ſum. Et ſic ptꝫ quinto ꝙ ſpũſctũs dať ⁊ accipiť inui‑ſibiliter et ſpũaliter eis modis q̃bus datꝰ eſt viſibiliter vt dicamus ꝓ finali cõcordã‑tia qd̃ Petrus dixit Acť. ij. Penitẽtiã agi‑te ⁊ baptizeť vnuſquiſqꝫ veſtrũ in noĩe ie‑ſu xp̃i in remiſſionẽ pctoꝝ veſtroꝝ: et acci‑pietis donũ ſpũſſancti. Itẽ Acť. j. Accipie‑tis virtutẽ ſupuenientis ſpũſſancti in vos: et eritis mihi teſtes ⁊c̃. Et ſic ptꝫ ſcd̃a con‑tẽplatio. ſ. bonoꝝ catholicoꝝ perfecta vti‑litas: ibi. Accipiebãt ſpm̃ſanctũ ⁊c̃. Et ſic explicit. Deo gratias.

¶ In feſto ſanctiſſime trinitatis. Ser. j.

Ti tres vnũ ſunt j. Joh. v. Thema iſtud põt eſſe realis reſponſio ad vnã queſtionẽ: que moueť Apoca. vij. Hi qui ſunt dñe mi: et vnde venerũt? Rñdeť ꝑ thema. hi tres vnum ſunt: figurati in locis plurimis ſcri‑pture vt dicamus ꝙ hi tres ſunt

Tres propagines de vna vite ꝓcedẽtes.
Tres digiti terram ſuſtinentes.
Tres viri per viã venientes ⁊ deſcẽdentes.

Tria ſigilla de alta et grandi cancellaria.
Tria multum que ſunt difficilia valde.
Tria formidinem et timorẽ incutientia.
Tria in q̃bꝰ cõſiſtit nr̃m vltimatũ pmiũ.
Tria que portant in celo verum et fidele teſtimonium.
Tria in quibus exiſtit perfecte charitatis incendium.

¶ Prima figura ⁊c̃. que ſcribiť Gen̄. xl. vbi pincerna pharaonis loquiť ꝑ hũc modũ. Videbã corã me vitẽ in qua erãt tres pro‑pagines. Vitis põt dici vna deitas: vna diuinitas. ⁊ tres ꝓpagines que ſunt tres palmites: pñt dici ꝑſone tres in vna diui‑nitate. ꝑſone ſunt differẽtes inter ſe: ſꝫ di‑uinitas eſt vna. Iſtã vitẽ cũ ſuis ꝓpagini‑bus vidit Paulꝰ in raptu ⁊ in tranſitu qñ fuit raptus vſqꝫ ad tertiũ celũ. hoc eſt di‑ctum/vſqꝫ ad celum trinitatis. hic nõ eſt amplius inſiſtendum.

¶ Scd̃o tres digiti ⁊c̃. de q̃bꝰ Eſa. xl. Ap‑pendit tribꝰ digitis molẽ terre. Inter phi‑loſophos fuerunt opiniones vbi ſuſtineť terra atqꝫ fundať. aliq̃ dixerunt ꝙ ſup ae‑rẽ: alij ꝙ ſup mare: alij ꝙ ſup nihil: iuxta illud Job. xxvj. Appẽdit terrã ſup nihili. Et iſta tertia videť verior: vt dicať ꝙ tres digiti in vna manu. hoc eſt tres ꝑſone di‑uine ſuſtinẽt molẽ terre. Iſti pñt dici tres digiti: q̊s vidit balthaſar ĩ vna manu ſcri‑bẽtes tres ſcripturas mirabiles. Mane thechel phares. Dan̄. v. Vna manus/vnꝰ verus deus. tres digiti. tres ꝑſone in deo deus enĩ eſt trinus ⁊ vnus. Iſti digiti ſcri‑bũt in nobis. hoc eſt notãt oĩa oꝑa noſtra bona ⁊ mala. Ecce deſcripſi eã tibi tripli‑citer. Prouer. xxij. hoc eſt vite ꝑſentis de‑ſcriptꝰ eſt ortꝰ: ꝓgreſſus: atqꝫ regreſſus. Primũ/mediũ/et finis. vel in diuina pre‑ſcientia vite hoĩs deſcripte ſunt. ⁊ notate ſunt cogitationes/locutiones/operatio‑nes. ſequiť. prima ſcriptura Mane. poſi‑tus eſt in ſtatera. hoc eſt dictũ ĩ diuina iu‑ſticia: que equa lance oĩa põderabit. The‑chel inuẽtus eſt minꝰ habẽs. aliqui habẽt de bono minus: et hoc malũ. aliq̃ eque bo‑nũ et malũ: ⁊ hoc minꝰ malũ. aliq̃ maius: et hoc optimũ. Phares. diuiſum ẽ regnũ tuũ. Homo eſt quoddã regnũ. rex intelle‑ctus: volũtas regina: populus ſubiectus q̃nqꝫ corꝑales ſenſus. de iſto regno ĩ mor‑te fiunt tres partes que abinuicẽ ſeparan‑tur. Vna pars ⁊ principalior ẽ aĩa: que ſe‑parata a corpore vadit ad vnũ de tribꝰ lo‑cis: aut ad celũ: aut ad purgatoriũ: aut ad infernũ. alia pars regni eſt corpꝰ: ⁊ vadit ad foueam. alia bona tẽporalia relicta il‑la vadunt ad heredes.

¶ Tertio principal'r ⁊c̃. Gen̄. xviij. Abraã vidit tres viros deſcẽdentes per viã. tres vidit ⁊ vnũ adorauit. Per abraã q̃ fuit fi‑deliſſimꝰ deo ſuo: ſignificať q̃libet xp̃iana ꝑſona: que dꝫ ꝑ fidẽ. i. fideliter credere. i. tres ꝑſonas deũ patrẽ: deũ filiũ: deũ ſpm̃ ſanctũ. vnũ adorauit/in ſignũ ꝙ vnus ho‑nor. vna adoratio latrie debeť tribus ho‑nor vnꝰ. Iſti tres viri ſunt vl' pñt dici tres fortes qui portauerunt ad dauid aquã de ciſterna bethleẽ. ij. Reg. xxiij. tres fortes: ſunt tres perſone/multũ fortes: q: vna et equalis fortitudo in eis. ciſterna/eſt gr̃a. aqua ciſterne/eſt preguſtatio iſtiꝰ gratie q̃ a tota btĩſſima trinitate miniſtrať dauid hoc eſt vere penitẽti ⁊ copioſe. Iſti tres vi‑ri quos vidit abraã: fuerũt tres angeli in forma humana: quã aſſumpſerũt apparẽ‑ter: et ſic videbanť tres hoĩes in humana carne aſſumpta. Et in iſta viſione ſeu ap‑paritione abraã intellexit trinitatẽ increa‑tã patrẽ ⁊ filiũ et ſpm̃ ſctm̃. etiã intellexit vnitatẽ diuine eſſentie. trinitatẽ ĩtellexit q: vidit tres viros. vnitatem intellexit: q: vnũ adorauit nõ adoratione dulie nec hy‑perdulie: ſed adoratione latrie.

¶ Quarto tria ſigilla ⁊c̃. Narrat autor di‑ctaminis/ꝙ antiquitus de cancellaria ci‑uitatis troiane nõ egrediebať lr̃a niſi eẽt ſigillata ſeptem ſigillis. tria erãt in parte dextera: et tria in parte ſiniſtra: ⁊ ĩ medio lr̃e erat vnũ vbi erat imago regis. Ad pro‑poſitũ cãcellaria/vnitas trinitatis/et tri‑nitatis vnitas. lr̃e ſunt creature que egre‑diuntur ꝑ creationẽ ab iſta cancellaria. et ſunt creature in triplici differẽtia. quedã ſunt pure ſpũales ſicut angeli: quedã pu‑re corporales ſicut ſunt quattuor elemẽta et compoſita ex eis: quedam partim ſpũa‑les ⁊ partim corporales ſicut indiuidua ĩ ſpecie humana. Sigillũ/imago ſeu ſimili‑tudo ſctẽ trinitatis ĩ creaturis. imago in angelis ⁊ aĩabus. ſimilitudo in alijs crea‑turis. iſta imago ĩ angelis ⁊ aĩabus eſt in‑tellectus volũtas ⁊ memoria. In angelis etiã ſunt tres hierarchie. in qualibet hie‑rarchia ſunt tres ordines angelorum. In alijs creaturis eſt ſimilitudo: ſicut in iſto

mūdo inferiori tres partes ſunt/aſia/afri
ca/europa. In ſole ſunt virt⁹/calor/⁊ ſplē
dor. in igne idē. In aere ⁊ terra ſimile īue-
nies. Item in generali deus cōſtituit oīa
in numero pōdere ⁊ mēſura. In parte dex
tra littere/erāt tria ſigilla. In primo erat
ſcriptū: vide quid eſt. in ſcđo q̄d habes. in
tertio vide q̄d facies. O homo vide q̄d es
ſcʒ cadauer putridum: vas ſtercoris: eſca
vermiū. vide quid habes: tria beneficia a
deo: viuere/intelligere/et ſentire. Itē ha-
bes a deo creationē/redēptionē/ et ſalua
tionē. vel habes a deo aīam/corpus/⁊ bo
na tēporalia. Uide quid facies. confeſſio-
nē cordis que eſt cōtritio. oris que eſt con
feſſio. ꝯfeſſionē operis que eſt ſatiſfactio:
in qua ſunt tria. ſ. elemoſyna/oratio/et ie
iuniū. In parte ſiniſtra erāt tria. In p̄mo
erat ſcriptū cauſam diſcute. in ſcđo nocē-
tem percute. in tertio innocentē excute. ⁊
iſtud pertinet maxime ad iudices q̄ debēt
cauſam examinare. nocentē condēnare: ⁊
innocentē liberare. al's duriſſimū iudiciū
his qui preſunt fiet. durū qꝛ male intraue
rūt. durius qꝛ male vixerunt. duriſſimū qꝛ
male rexerūt. Sigillū in medio littere/eſt
conſeruatio quia a deo creatura non ſolū
creatur: immo etiam in eſſe conſeruatur.
¶ Quinto p̄ncipaliter tria difficilia. Pro
uer. xxx. Tria ſunt (inquit) mihi difficilia:
et quartum penitus ignoro. ſ. viā aquile:
viā colubri: viā nauis: viam viri in adole
ſcētia ſua. Aquila grādis/ deus pater eſt
et magnaꝝ alarū. Iſta habet pullos ſuos
in trib⁹ nidis. in celo: in inferno: ⁊ in mū
do. via iſtius aquile. ſ. dei patris: quoniā
a nullo procedit. abſcondita eſt via eius.
Iob. xxx. Coluber: deus filius perſona fi-
lij que aſſumpſit carnē humanā per pecca
tum primi hominis toxicatā: qui ambula
uit p̄ tres vias difficiles. Prima qꝛ natus
eſt ex naſcitur a deo patre eternaliter. de-
ſcendit in virginē temporaliter. natus eſt
de virgine ineffabiliter. Uel tres vie ſunt:
q̄m venit in mundum: aſcendit in celū: ve
niet ad iudicium. Quis autē hoim intelli
gere poteſt viam ſuam. Prouerb. xx. Na-
uis/ſpūſſanctus qui in die pētecoſtes por
tauit tres panes: vtpote de peccatis peni
tentiam firmā: ſpem ſaluandi: ⁊ confiden
tiā. de gratijs et virtutibus abundantiā.
ſunt enim hec tria tres panes ſpūales de
quib⁹ Luc. xj. Amice accōmoda mihi tres

panes. Factus eſt ſpūſſanctus tanq̄ na-
uis inſtitoris delonge portans panē ſuū:
Prouerb. vlti. Uia etiam ſpūſſancti diffi-
cilis: ſicut dictum eſt de alijs. ſiquidem ip
ſe a patre filioq̄ʒ procedit: quod eſt diffici
le cognoſcere. neſcimus eñ quando venit
et quando recedit: licʒ habeamus aliqua
ſigna. ſcʒ tria: vtpote quādo quis in bono
opere recipit cōplacentiam. ſcđm quādo
quis libenter remittit iniuriam. tertiū q̄n
quis letāter facit miīam. Prouer. xx. Quis
poteſt intelligere viam ſuam.
¶ Sexto principaliter ⁊c. Eccli. xxvj. A tri
bus timuit cor meū. hoc eſt tria ſunt que
magnum incutiunt mihi timorem: ſcilʒ
Deus pr̄ qui habet poteſtatē damnandi.
Deus filius q̄ habet poteſtatē iudicandi.
Deus ſpūſſctūs q̄ hʒ poteſtatē arguendi.
¶ Primo perſona dei patris timenda eſt.
Nolite eos timere qui occidūt corpus ⁊c.
eum timere qui poſtq̄ occiderit habet po
teſtatem mittere in gehennam. Mat. x. et
Luc. xij. Ille timendus eſt qui habet pote
ſtatem occidendi corpus ⁊ aīam. ¶ Itē ti
mendus eſt filius ⁊c. Pater omne iudiciū
dedit filio. Iohā. v. Preſertim timebit in
iudicio a dānatis pctōribus: quibus ter-
ribilis apparebit. Petr⁹ bleſen. Fallax eſt
hic mundus: finis horribilis: iudex terri-
bilis: pena infinibilis. ¶ Itē timēdus eſt
ſpūſſanctus. Ioh. xvj. Cum venerit ille ar
guet mundū de peccato. Uel potes expo-
nere ſic. A tribus timuit cor meū. quando
ſeparabitur aīa a corpore. quando preſen
tabitur per angelum coram iudice: quan-
do eſt finalē ſententiā auditura. Uel a tri
bus timuit cor meum. a diaboli ſuggeſtio
ne: a ſenſualitatis delectatione: a ratiōis
conſenſu. Uel a tribus timuit cor meum.
a concupiſcentia carnis: a cōcupiſcentia
oculorum: a ſuperbia vite.
¶ Septimo principaliter magiſter ſentē.
in. j. di. j. Rebus quibus fruendū eſt: ſunt
pater/et filius/et ſpūſſanctus. et qꝛ in vi
ſione ⁊ fruitione conſiſtit beatitudo: ideo
cōcluditur q̄ tres ſunt qui nos beatos fa
ciunt. pater/verbum/et ſpūſſanctus. Cui
ſentētie alludit ſcriptura Eccli. xxv. In tri
bus beneplacitum eſt ſpiritui meo. Con-
cordia fratrū: ⁊ amor proximorū: et vir et
mulier ſibi bene conſentientes. Iſtud po-
teſt intelligi multipliciter. Tria mihi pla
cent. primo ſic. placēt mihi et ſuperplacēt

pater et filius et ſpiritusſanctus. vel tria
mihi placent. videre deū: amare: atq̄ʒ lau
dare. Augu. lib. xxij. de ciuita. dei. Ibi vi-
debimus: amabimus: laudabimus. ⁊ iſta
ſunt placibilia. Item Aug. lib. ſolilo. Ui-
debimus facie ad faciem. et quid eſt iſtud
videre niſi cognoſcere domine deus trini
tatem tuam: cognoſcere patris potētiam
filij ſapientiam: ſpiritusſancti clementiā.
cognoſcere vnam indiuiſam eſſentiā. Sa
piens tria mihi placent. concordia fratrū
carnalium: que concordia conſiſtit in tri-
bus. in vniformi habitu/victu/et conſen
ſu. vel fratrum carnalium que concordia
cōſiſtit in trib⁹. in pace/in vnitate/in cha
ritate. Amor proximorum. iſtum amorem
verū oſtendunt tria. videlʒ neceſſitas/ſta
bilitas/fidelitas. primū neceſſitas. cōmu
niter dicitur q̄ in neceſſitate cognoſcitur
amicus. ſcđm ſtabilitas. Omni tēpore di-
ligit qui amicus eſt. Prouerb. xvij. Tertiū
fidelitas. q̄m amico fideli nulla eſt cōpa-
ratio. Eccli. vj. Uir ⁊ mulier ⁊c. tripliciter
intelligitur. vt ſunt coniuges vir et vxor.
et quādo ſunt de vno cōſenſu: eſt negociū
beneplacitū deo et hominibus. vel vir et
mulier ſunt ratio et ſenſualitas in homi-
ne. et tunc negocium eſt beneplacitū: quā
do ſenſualitas obedit rōni. vel vir et mu-
lier/prelatus et ſponſa ſua eccleſia: in qui
bus debet eſſe vnus conſenſus. Iſta placi
ta ſunt ſapienti. ſed que nō ſunt benepla-
cita ſapienti ſequitur in eodem cap̄. Tres
ſpecies odiuit anima mea. pauperem ſu-
perbum: diuitem mēdacem: ſenem fatuū
et inſenſatum. Tres ſpecies. i. tria genera
hominum odiuit anima mea. Pauperem
ſuperbum: q̄m ſuperbie eſt cōtradictio et
paupertatis. nempe pauper nō habet vn
de ſuperbiat. Diuitem mendacē: qui non
ſoluit promiſſa: vel qui de bonis commiſ
ſis in mendacio viuit: pro eo quia paupe-
ribus non largitur ſaltē de ſuperfluo. Se
nem fatuum et inſenſatum. fatuum: ideſt
negligentem. inſenſatum incircunſpectū.
fatuitas recte eſt contra conditionē ſene-
ctutis: quoniam communiter in antiquis
eſt ſapientia: et in multo tempore pruden
tia. Iob. xij.
¶ Octano principaliter tria que portāt in
celo ⁊c. j. Ioh. v. Tres ſunt qui teſtimoni
um dāt in celo puta chriſto. pater/verbū/
et ſpiritusſanctus dant teſtimonium xp̄o

baptizato/et transfigurato. q̄m ibi pater
auditur in voce: filius apparet in huma-
na carne: ſpiritusſanctus in ſpecie colum-
be. Etiam ſunt tria in terra que portāt ſi-
bi teſtimonium q̄ ſit verus homo. vtpote
ſpiritus/ſanguis/et aqua. Spiritus por
tat ſibi teſtimoniū. hoc eſt anima: que eſt
ſpiritus. contra errorem illorum qui dixe
runt chriſtum non habuiſſe animā: ſed di
cebāt q̄ diuinitas erat ibi loco anime: cō
tra euangelij dictum. Triſtis eſt aīa mea
vſq̄ʒ ad mortem. Mat. xxvj. ⁊ Mar. xiiij.
Sanguis ⁊ aqua que miraculoſe proceſſe
runt de latere chriſti in cruce.
¶ Nono et vltimo ⁊c. in amore ſunt tria.
amor/amatus/et amans. vt amans ſit de
us pater: amatus deus filius: amor ſpiri
tusſanctus. Iſta tria que bene gradiūtur
Prouer. xxx. Leo fortiſſimus beſtiarū: gal
lus ſuccinctus lumbos ſuos: aries cui nil
reſiſtere poteſt. Leo fortiſſimus poteſt di
ci perſona dei patris: cui attribuit̄ poten
tia. Si fortitudo queritur robuſtiſſimus
eſt. Iob. ix. Gallus qui ſapiēter examinat
horas diei: poteſt dici filius patris: cui at
tribuitur ſapientia. qui dedit gallo ſapiē-
tiam. Iob. xxxviij. Aries qui dicit̄ ab aris
qđ eſt virtus: poteſt dici ſpiritusſanctus:
cui attribuitur clementia: que eſt virtus
precioſa valde. Uel per iſta tria animalia
leonem gallum et arietem: poſſunt intelli
gi tria tēpora prelatorum in ſancta eccle-
ſia: que fuerunt bene gradiētia. Primum
tempus durauit a chriſto paſſo vſq̄ʒ ad ſil
ueſtrum. ſecundū durauit a ſilueſtro vſq̄ʒ
ad tempus innocentij tertij. tertium tem-
pus ab innocentio vſq̄ʒ ad tempus quod
nūc regnat. In primo tempore fuit cetus
martyrizatorum. In ſecūdo tempore fuit
cetus ſanctorum doctorum et confeſſoꝝ.
In tertio tempore cetus religioſoꝝ predi
catoꝝ. ¶ In primo t̄pe cetus martyrū: in
quo oēs prelati ſummi pontifices mary
res glorioſi extiterunt. et cōparatur illud
tēpus leoni fortiſſimo. Leo xp̄s. Uicit leo
de tribu iuda. Apocal'. v. qui martyrio ex-
poſuit ſe. Ipſe eſt fortiſſimus in numero
beſtiarū. hoc eſt aliorum martyrū ſummo
rum pōtificū: qui ipſum in martyrio ſunt
ſecuti vſq̄ʒ ad ſilueſtrum excluſiue. ad nul
lius pauebit occurſum. nam leo chriſtus
non fugit: nec occurſum ipſum capienti-
um expauit: ſed acceſſit ad ipſos dicens.

quem queritis? ego ſuꝫ. ¶ Jn ſcḋo tēpoꝛe
extitit cetus ſctōꝝ doctoꝝ et confeſſoꝛum:
ſicut fuerūt Auguſtin⁹: Ambroſius: Hie/
ronym⁹: Gregoꝛius: Chꝛyſoſtom⁹: Bene/
dictus: Bernardus quaſi de vltimis. et il
lud tēpus cōparaᵗ gallo ſuccincto in lū/
bis. Ubi ſciendū ꝙ gallus hꝫ vigilantiā
ad excitandū. diligentiā et nutriendū. au
daciā ad expugnandū. Pꝛimo gallus hꝫ
vigilantiā. ipſe em̄ vigilat cantat et exci/
tat. qualiter vigilarūt: et cantauerūt: ex/
citauerūt ſacri doctoꝛes epiſcopi illo tp̄e
et cōfeſſoꝛes ſcribendo: dictādo: excitādo
doꝛmiētes in pctō per ſuā ſctām doctri/
nā et pꝛedicationē. Itē gallus habet dili
gentiā ad nutriendum pullos/ gallinas:
q̄bus cōmunicat et pꝛo eis laboꝛat. Sic
iſti laboꝛauerūt coꝛp⁹ macerādo: ieiunan
do: ſcribendo: p̄dicando: docēdo vt alijs
cōmunicarēt verbū: bonū exemplū: zelū
aīarū habēdo. Item tertio gallus hꝫ au
daciā. qualē habuerūt ſupꝛadicti erroꝛes
extirpando: hereticos impugnādo: tyrā/
nis viriliter reſiſtendo. ¶ Tertio tp̄e ve/
nit cetus religioſoꝝ mendicantiū: q̄ fue/
runt arietes quaſi extra alios gradiētes
in mendicitate: ⁊ altiſſima pauptate: qui
cū duobus coꝛnib⁹ ꝯtra hereticos irrue/
runt cum ſancta vita et bona doctrina.
quales arietes fuerūt beatus dn̄icus: pe
trus martyꝛ: thomas: ⁊ multi eiuſdē reli
gionis. quales fuerūt arietes beatus frā
ciſcus: btūs antoni⁹: bonauentura: ⁊ alij
complures eoꝝ veſtigia imitantes. Iſti
ſupꝛadicti oēs fuerūt tria bona gradien/
tia. Et ſic cōcludiᵗ ꝙ pꝛopter figuras ſu/
perius allegatas/ pater et filius et ſpūſ/
ſanct⁹ ſunt tres pꝛopagines. tres digiti ī
vna manu. Et vt dicā bꝛeuiter: inquātuꝫ
hi tres vnū ſunt: redeundū eſt ad pꝛopo/
ſita verba thematis: vbi tria regiſtranᵗ.
Pꝛimo autentica numeroſitas. hi tres.
Scḋo idētifica indiuiſibilitas: vnum.
Tertio magnifica ſtabilitas: quia ſunt.
¶ Pꝛimo ⁊c. iſte numer⁹ ternarius eſt ſu
per oēs numeros autēticus: qm̄ reperiᵗ
in celeſtibus: in terreſtribus: in vitijs: in
ꝟtutibus. Reperiᵗ ternari⁹ nūerus in di
uina natura: in angelica creatura: in hu/
mana factura: in ſanctoꝝ collegio: in ce/
lo ſydereo: in terreſtri imperio: in xp̄o in/
carnato: in baptiſmo ſacrato: in mundo
vſitato: in fide et credulitate: in amoꝛe et
in charitate: in caſtitate: in ſacramentali
penitentia: in cardinali pꝛudentia: in vir
tuali iuſticia. Et iſta ſunt pꝛo pꝛimo ſer/
mone de trinitate.

¶ De eodem themate.

¶ Pꝛimo reperitur nu/
merus ternarius in dei natura (ſicut di/
ctū eſt in pꝛecedēti ſermone) de qua bea/
tus Bern̄. in ſuis meditationib⁹ deuote
loquiᵗ in hunc modū. O beata trinitas
eternitas/ bonitas/ veritas ad te clamat
aīe trinitas. memoꝛia/ ratio/ et volūtas.
Idem bernardus de iſta trinitate ſuper
cātica ſermone. xj. O beata veritas/ ca/
ſtitas/ eternitas: et beatificans trinitas:
ad te mea mirabilis trinitas miſerabiliᷣ
ſuſpirat. Iſta btīſſima trinitas figuraᵗ p
tres ciuitates refugij eq̄ a ſe diſtātes. deu
te. xix. Totū noſtrū refugiū ſunt tres pſo/
ne diuīe in oīb⁹ coequales: ad quas con/
fugim⁹ confidēter: vbi eſt poſſe/ ſcire/ et
velle iuuandi hoīem ſine repulſa. Iſtam
beatiſſimā trinitatem non tacuerūt ſe vi
diſſe pꝛophete antiqui et noui teſtamēti
ſicut Eſaias qui audiuit ſeraphin clamā
tia in celo in laudē trinitatis. ſanct⁹. ſan
ctus: ſctūs. Eſaie. vj. Item hieremias nō
tacuit qui clamabat triplicando planctū
ſuum. A. a. a. dn̄e deus. a quolibet. a. dn̄e
deus. Hierem̄. j. ⁊. xiiij. Item iohāni ba/
ptiſte qui fuit ꝓpheta: et pluſq̄ ꝓpheta
magis explicite fuit reuelatū myſterium
ſanctiſſime trinitatis: qū xp̄o baptizato
in humana carne audiuit vocē patris: et
vidit ſpiritūſanctū in ſpecie colūbe. Itē
paulus raptus vſq₃ ad tertiū celū. ſ. celū
trinitatis clamauit. Coloſ. j. Ex quo oīa
quoad patrem. per quē omnia. quoad fi/
lium. in q̄ oīa. quoad ſpm̄ ſctm̄. Item exi
mius pꝛophetarū dauid. Benedicat nos
deus: deus noſter: benedicat nos de⁹ ⁊c.
a qualibet perſona que eſt deus. ¶ Item
reperitur numer⁹ ternari⁹ in angelis vbi
ſunt tres hierarchie. tres ſacri pꝛincipa/
tus: et quelibet hierarchia ſuū hꝫ terna/
rium: et ex tribus ternarijs reſultat nu/
merus nouenarius: et ſic ſunt nouē oꝛdi
nes angeloꝛum: deſignati per nouem la/
pides pꝛecioſos in tribus oꝛdinibus la/
pidum: de quibus Ezechi. xxviij. Omnis
lapis pꝛecioſus operimentū tuū. ſardius
thopazius et iaſpis. quantū ad tres oꝛdi

nes. chꝛyſolithus/ onyx ⁊ beryllus. quātū
ad alios tres. ſapphyꝛus/ carbunculus/ ⁊
ſmaragdus. quātū ad alios tres. Item in
quolibet angelo ſunt/ memoꝛia/ ītellect⁹/
⁊ volūtas. Itē ſunt creati ſicut cetere crea
ture in numero mēſura ⁊ pōdere. ¶ Item
tertio reperiᵗ iſte numerus ternari⁹ ⁊c̄. nā
in rationali aīa ſunt memoꝛia/ intelligen
tia/ et volūtas. ſunt tria inter ſe diſtincta
abinuicē: ſunt tn̄ vna aīa nō tres aīe. Iſta
tāta ⁊ tā nobilis trinitas per peccatū pꝛi/
mi parētis ab increata trinitate (que de⁹
eſt) turpiter cecidit in aliā trinitatē defoꝛ
mē. videlꝫ in potentiā boni ⁊ mali cōmo/
di et incōmodi: in ignoꝛantiā veri ⁊ falſi:
in immūdiciā actus ⁊ cogitationis. Ma
gnus caſus fuit. ī quo caſu fuerūt tria. ſ.
ſuggeſtio diaboli tētatoꝛis: delectatio in
comeſtione pomi: cōſenſus ex parte ratio
nis. iſta eſt impia trinitas: de qua poteſt
adduci illud Eccli. xvj. A trib⁹ impijs de/
ſereᵗ terra. Moꝛaliter ꝑ terra viuentium
tres impij pn̄t dici ſuggeſtio/ delectatio/
et cōſenſus. vel pn̄t intelligi peccātes coꝛ
de oꝛe ⁊ opere. vel pn̄t ītelligi ſaraceni/ iu
dei/ et falſi xp̄iani. ab oīb⁹ iſtis impijs ter
ra viuentiū fit deſerta. ¶ Scḋo reperitur
numerus ternari⁹ in collegio oīm ſctōꝛū:
vtpote in collegio apoſtoloꝝ: qui relique/
rūt ꝓpꝛiā voluntatē: ꝓpꝛiā domū: ⁊ totū
mundū. Reperiᵗ in collegio martyꝛū: qm̄
quidā fuerūt martyꝛes voluntate/ nō ope
re: quidā opere nō volūtate: quidā opere
et volūtate. Itē reperiᵗ numerus ternari
us in collegio beatarū mulierum: qm̄ que
dā cōiugate: quedā vidue: quedam virgi/
nes: quibus coꝛreſpōdet fructus in nume
ro ternario: vtputa triceſimus/ ſexageſi/
mus/ centeſimus. Oībus iſtis ſanctis coꝛ
reſpōdet pꝛemiū cōſiſtēs in trib⁹ dotibus
aīe: que ſunt viſio/ fruitio/ cōpꝛehēſio. vt
ſint poꝛte tres. ab auſtro poꝛte tres. Apo/
cal. xxj. ¶ Itē reperitur iſte numerus ter/
narius in celo: qm̄ gn̄aliter tres ſunt celi.
celum empyꝛeū: celū aqueū: celū ſydereū.
quodlibet iſtoꝝ celoꝝ ſuum habet ternari
um. qm̄ celum empyꝛeū eſt a motu extra/
neum: eſt beatoꝛum habitaculū: eſt dei ſe
des nūcupatum. qm̄ ſcriptum eſt. Celum
mihi ſedes eſt. Eſa. vlti. Itē celum aqueū
ſeu cryſtallinum habet etiā ſuū ternariū.
qm̄ eſt in motu velociſſimū: eſt ad iſta in/
ferioꝛa maxime influxiuum: ⁊ ipſo moto/
cetera inferioꝛa mouenᵗ: cū ſit mobile pꝛi
mū. Celum ſydereū ſeu ſtellarum etiā ſuū
habet ternarium: qm̄ iſtud celū eſt aqua/
rum diuiſiuū: eſt ſtellarum contentiuum:
eſt quantitate maximū. Sed hic queritur
quomodo intelligitur ꝙ paulus raptus
fuerit vſq₃ ad tertiū celum? Reſpōdeo po
nendo duas cōcluſiones. Pꝛima ꝙ ille ra
ptus habuit ternariū: qm̄ fuit tribus die
bus et tribus noctibus ꝙ non manduca/
uit nec bibit. Actᵘ. ix. Secunda concluſio/
vſq₃ ad tertium celū. ſ. vſq₃ ad celum em/
pyꝛeū: vnde ſunt tres celi: vtputa celū ae/
reum: in quo ſunt aues: quia volucres ce/
li. celum firmamentum ſcḋm: in quo ſunt
ſtelle. celum empyꝛeum in quo ſunt beati
eſt tertium celū. ¶ Item reperitur nume/
rus ternarius nō ſolum in celo: ſed etiam
in terra: qm̄ ſcriptū eſt: ꝙ per tria moueᵗ
terra. p ſeruū cū regnauerit: per ſtultū cū
ſaturatus fuerit cibo: per odioſam mulie
rem cum in matrimonio fuerit aſſumpta.
Pꝛouerb. xxx. Hic accipitur terra ꝑ eccle/
ſia: vel pace humana. et ſic exponiᵗ eccle/
ſia vel pax humana mouetur. i. turbaᵗ et
conturbatur per tria. Pꝛimum eſt per ſer/
uum cum regnauerit. per ſeruum. ſ. pecca
ti: q꞉ qui facit peccatum: ſeruus eſt pecca/
ti. Ioh. viij. talem ſeruum. talem peccato
rē regnare non decet. tanta dignitas non
decet malignum: immo ſi regnet turbabi
tur pax ⁊ mouebitur. hoc eſt turbabiᵗ ter
ra. Pꝛouerb. xix. Non decent ſtultum deli
tie (al's diuitie) nec ſeruū dominari pꝛin/
cipibus. Secundo per ſtultum cum ſatu/
ratus fuerit cibo. Hic accipitur ſtultus ꝑ
illo qui abūdat bonis in exceſſu. talis q̄p
pe eſt impinguatus: ſaturatus: incraſſa/
tus: dilatatus. qm̄ talis frequēter minus
ſe habet in regimine ſubditoꝛum q̄̄ ſi nō
eſſet ita abundans in diuitijs vel honoꝛi
bus. Et notanter per ſtultū: quia ſapiens
cū bona ſapientia et pꝛudētia/ eſt dignus
regimine tēpoꝛali et ſpirituali. nō ſic ſtul/
tus. Et per odioſam mulierē. intelligitur
ſecularis et lucratiua ſcientia: que frequē
ter generat litigia: quapꝛopter nō eſt ſuf/
ficiens ad regendū. cui ſcientie aliqui pꝛe
ſidentes ita adherent: ſicut vxoꝛ viro ſuo.
¶ Item moles terre continet numerū ter
narium: quoniam diuiditur in aſiam/ afri
cam/ ⁊ europam. ¶ Item reperitur nume
rus ternarius in chꝛiſto incarnato: qm̄ in

perſona chriſti fuerunt tria principaliter. ſcilȝ diuinitas: anima rationalis: et corp⁹ humanum. quã trinitatem deſignãt tres partes que fiunt de hoſtia cõſecrata. Etiã illo tempore quo natus eſt chriſtus: apparuerũt tres ſoles viſibiliter in oriente: qui facti ſunt vnus ſol. in ſignum ꝙ in chriſto fuerunt tres ſubſtãtie in vna perſona vnite: vt chriſtus dicatur ſol exurens tripliciter montes. Eccli. xliij. ¶ Item reperitur in baptiſmo: quoniã baptiſmus eſt in triplici differentia. quoniam eſt baptiſmus aque. et iſte eſt bene cõmunis et vſitatus quo quotidie vtuntur fideles in eccleſia. Alius eſt baptiſmus ſanguinis: quo ſancti innocentes baptizati fuerunt: ⁊ multi alij martyres: qui paſſi ſunt pro xp̃o martyrium. Itẽ eſt baptiſmus flaminis. et flamen eſt ſpiritusſctũs: vel gratia eius: quo baptizati fuerunt apoſtoli in die penteco ſtes. ⁊ latro qui dixit chriſto. Domine memento mei ⁊c̃. Item forma baptiſmi eſt inuocatio trinitatis. Ego te baptizo in noĩe patris ⁊c̃. que trinitas ſancta ĩ baptiſmo chriſti dicitur apparuiſſe. Item reperitur numerus ternarius in mundo ⁊c̃. In quo ſunt tres creature in triplici dr̃ia. quoniã quedam pure ſpũales: quedam pure corporales: quedã partim corporales et partim ſpirituales. ¶ Itẽ eſt triplex mũdus. architipus: macrocoſmus: ⁊ microcoſm⁹. Primus eſt deus exemplar viſibilis. macrocoſmus maior mundus viſibilis contines creaturas viſibiles. tertius microcoſmus minor mundus qui eſt homo. de iſta trinitate habetur Ioh. j. In mundo erat. quoad primum. et mundus per ipſum factus eſt ⁊c̃. quoad ſecundum. et mundus eum non cognouit. quoad tertium. ¶ Itẽ reperitur numerus ternarius in fide: ſeu magis in actu fidei: qui eſt credere. quoniam nos habemus credere deum: credere deo: et credere in deum. et iſtud tertiũ credere eſt meritorium. Item fides continet alium ternarium. quando fidei tria ſunt ſymbola: vtpote ſymbolum apoſtolorum: ſymbolum niceni cõcilij: ſymbolum athanaſij patriarche alexandrini. Item continet ternarium: quia eſt fides promiſſorũ: fides preceptorum: fides ſacramẽtorum. Item nobilis ternarius: fides ſpes et charitas. tria hec. maior horum eſt charitas. j. Corinth. xiij. ¶ Itẽ reperitur numerus ternarius in amore et charitate: que non ſolum continet vnum ternariũ: immo plures. Eſt enim amor erga deum: erga proximum: et erga ſeipſum. Item ſm apoſtolũ j. Timoth. j. charitas eſt de corde puro: de conſcientia bona: ⁊ de fide non ficta. Itẽ amor triplex. naturalis: meritorius: et vitioſus. Item charitas continet ternariũ: quia tria ſunt que diligimus. vtile: delectabile: et honeſtum. propter vtile/ diligimus tribulationem. propter honeſtũ/ diligimus virtutes. propter vtile/ delectabile et honeſtum/ diligimus deum. Nũquid in ſpe que eſt virtus theologica: reperitur numerus ternarius? certe ſic. quoniã eſt ſpes de venia: ſpes de gratia: ſpes de gloria. Item reperitur in caſtitate: quoniam eſt coniugalis: vidualis: ⁊ virginalis. Itẽ caſtitas corde: opere: et voto: ſiue profeſſione. Itẽ in humilitate ternarius numerus reperitur: quia in ipſa ſunt tres gradus. primus ſubdere ſe minori. ſecundus equali ſibi. terti⁹ ſubdere ſe maiori. ¶ Itẽ reperitur in penitentia vt ipſa ſit via triũ dierum in deſerto per quam poſt triduũ inuenitur perditus chriſtus. per quã poſt tres dies recordat̃ deus reſurgentis a peccato. Quelibet partium penitentie habet ſuam trinitatem: quoniam cõtritio eſt de cogitatu: de commiſſo: et omiſſo. Item cõfeſſio habet ſuam trinitatem: quoniã confeſſio eſt de culpa propria: de inſufficientia: et de laude diuina. Item ſatiſfactio ſuam: vtputa elemoſynam: orationem: et ieiunium. Item prudentia ſuam habet trinitatem: quia ſm Senecam prudens animus debet diſpẽſari tribus temporibus: recordari preterita: ordinare preſentia: et precauere futura. Item ſm Tullium/ prudentia habet tres partes: intelligentiam: prouidentiam: et memoriã. Item prudentia habet regere ceteras virtutes morales ſm tres partes moralis ſciẽtie: que ſunt ethica: yconomica: et politica. Prima mores inſtruit quoad ſeipſum. ſecunda familiam in domo diſponit. tertia vrbes et regna gubernat et regit. Item prudẽtia triplex. Prima eſt cordis: que conſiſtit in diſpoſitione preſentiũ. ſecunda oris que conſiſtit in moderatione ſermonũ. tertia operis que ↄſiſtit in moderatione. al's in operatione boni: ⁊ declinatione mali ſm Tullium. Item reperitur in iuſticia que tripliciter peruertitur. munere: amore: et timore. Item iuſticia triplex. iuſticia diligens ſanctitatem: iuſticia diligens equitatem: iuſticia premens prauitatem. Prima non eſt aliud ſm Anſelmum/ niſi rectitudo voluntatis. ſecunda eſt que tribuit vnicuiqȝ quod ſuum eſt. tertia qua vtetur chriſtus in die iudicij contra malos. Trinitatẽ penitentie/ prudentie/ iuſticie/ et continentie per reuelationem apparet vidiſſe Iohannem euangeliſtam Apocalip. xxj. vbi vidit ciuitatem: in qua erãt portarũ quattuor trinitates. ab oriente tres: que reſpiciunt iuſticiam. ab occidente tres: que reſpiciunt continẽtiam. ab auſtro tres: que reſpiciunt prouidẽtiam. ab aquilone porte tres: que reſpiciunt tres partes penitẽtie: per quas omne malum quod intus latet foris apparet: quia ab aquilone panditur omne malum. et ꝑ iſtas oportet intrare in ſanctam ciuitatem: quia niſi oẽs penitẽtiam egerimus de malis que intus habemus: non aperientur nobis porte ciuitatis noue hieruſalem: ad quã nos perducat ⁊c̃.

¶ In feſto ſctĩſſime trinitatis. Sermo. ij.

A S**I tres vnũ ſunt** j. Iohis in cap̃. v. originaliter ſcribũtur hec verba. Trinitatis et vnitatis incõprehenſibile ſacramentũ/ beatus Iohannes in ſua canonica per verba thematis nobis indicat et demonſtrat dicens: ꝙ hi tres: ſcilȝ pater et filius et ſpiritusſanctus vnum ſunt. ſcȝ vna eſſentia: vna diuinitas: vnus deus. Pro cuius thematis declaratione põt moueri dubium. Cũ deus ſit omnino ſimplex et indiuiſus: quomodo eſt hoc verum ꝙ in eo ſit numerus perſonarum: qui eſt numerus ternarius: cum dicimus ꝙ in deo ſunt tres perſone: quia numerus dicit quãtitatem diſcretam: et per conſequens diuiſionem: et ſic ſequeret̃ ꝙ ſi in deo eſſet numerus perſonarum: ꝙ hoc eſſet ponere plures deos quod eſſet hereticum ⁊ abſurdum. Ad qd̓ reſpõdebitur ſm arithmeticam et ſm metaphyſicam (al's metaphoram) Secundum metaphyſicam (al's metaphoram) reſpondetur ſic ſm ſanctum Tho. j. parte ſumme. q. xxx. art. iij. ꝙ duplex eſt diuiſio. Una materialis: que fit ſm diuiſionẽ continui: et hanc ſequitur numer⁹ qui eſt ſpecies quantitatis: vnde talis numerus nõ eſt niſi in rebus materialibus habẽtibus quãtitatem. Alia eſt diuiſio formalis: que fit per oppoſitas vel diuerſas formas: et hanc diuiſionem ſequitur multitudo que nõ eſt in aliquo genere: ſed eſt de tranſcẽdẽtibus ſm ꝙ ens diuiditur per vnum et multa: et talem multitudinem ſolam contingit eſſe in rebus immaterialib⁹: et ſm hoc dicimus ꝙ termini materiales ſm ꝙ veniunt in predicationem diuinam: non ſumuntur a numero qui eſt ſpecies quantitatis: quia ſic de deo non niſi metaphorice dicerentur: ſicut et alie proprietates corporalium: ſicut longitudo/ latitudo/ et ſimilia: etſi ſumuntur ab vnitate vel multitudine ſm ꝙ ſunt termini tranſcendentes. Multitudo autẽ ſic accepta/ hoc modo ſe habet ad multa de quibus predicatur: ſicut vnum quod conuertitur cum ente ad ens. hmõi autem vnũ non addit aliquid ſupra ens: niſi negationem diuiſionis tm̃. vnum enim ſignificat ens indiuiſum: et ideo de quocũqȝ dicatur vnum: ſignificatur illa res indiuiſa. ſicut vnum dictum de homine/ naturam hominis indiuiſam ſignificat. Et eadem ratione cũ dicãtur res multe: multitudo ſic accepta ſignificat res illas cum diuiſione circa vnãquanqȝ earum. Numerus autem qui eſt ſpecies quãtitatis: ponit quoddam accidens additũ ſupra res. ⁊ ſimiliter vnũ qd̓ eſt principiũ numeri. Termini ergo numerales in diuinis ſignificãt illa de quib⁹ dicũtur: ⁊ ſuꝑ hoc nihil addũt niſi negationẽ. ſ. diuiſionis. Et ſic ptȝ quõ vnitas ⁊ trinitas: q̃ ſunt termini materiales: et dicũtur de deo: nullã imperfectionem dicunt. B Hoc etiã ptȝ ſm declarationẽ arithmetice/ ꝙ termini numerales in deo nõ dicũt imperfectionẽ: immo perfectionẽ ſignificant. qd̓ ſic ptȝ: nã trinitas ſm arithmeticos ſic diffinit̃. Trinitas eſt numerus articulus impar primus. In iſta diffinitione ſunt quattuor partes que dignitatem numeri ternarij oſtẽdũt. Prima pars eſt numerus: q̃ dicit magnã ꝑfectionẽ. vñ Aug. xix. de ciuita. dei. c. xiij. vbi nõ eſt ordo ibi confuſio. ſed ordo rerum/ ad numerum reducitur. et res ſicut numeri in ſuis perfectionibus ordinantur. vnde Ariſto. in. ix. Metaph. ſpecies rerũ ſunt ſicut numeri.

Item etiã quia numeri pertinẽt ad fabricam mundi. et ideo dicit Auguſ. xj. de ciuitate dei cap̃. xxx. exponẽs illud Sapiẽ. xj. Omnia in numero pondere et mẽſura feciſti. ⁊ Iſidorus recitat. iij. ethicoꝝ cap̃. iiij. Ratio numeri contẽnenda non eſt: q̃ in multis ſanctaꝝ ſcripturaꝝ locis q̃ꝫ magni eſtimanda ſit elucet diligenter intuẽtibus. nec fruſtra in laudibꝰ dei dictũ eſt. Omnia in numero pondere et mẽſura feciſti. Tolle nũerũ a rebus omnibꝰ: et oĩa pereunt. adime ſeculo compotum: ⁊ creatura ignorat̃ ſcito: complectitur. hec ille. Tanta eſt excellẽtia et dignitas numeri: vt dicit Auguſt. ꝙ olim philoſophi ſicut plato et ariſtoteles omnẽ mundũ ad numeros reduxerũt. Ptꝫ ergo ꝙ pͥma pars diffinitionis q̃ eſt numerꝰ: dicit dignitatẽ numeri ternarij. Scd̃a pars p̃dicte diffinitionis ẽ articulꝰ. Pro cuiꝰ declaratione nota ꝙ tria ſunt genera numeroꝝ ſm arithmeticos. ſcꝫ articulus vſqꝫ ad denariũ excluſiue. digitus qui eſt oĩs numerꝰ ꝑ denarium multiplicatus vt viginti. compotus qui ex vtroqꝫ ꝯſtat. ſcꝫ. xij. xiij. ⁊c. Inter iſtos numeros / articulꝰ obtinet dignitatẽ: qꝛ eſt radix et fundamẽtum oĩm alioꝝ: ex quo etiã ſequitur dignitas nũeri ternarij. Tertia pars diffinitionis eſt impar: hec pertinet ad dignitatẽ: qꝛ eſſe imparem: vel nõ habere parem: eſt conditio vnitatꝭ q̃ eſt perfectior omni numero ſm Dionyſiũ de diuinis nominibus ca. iiij. imo vnitas eſt fundamentũ omnis rei. hec eſt conditio dei. vñ ꝑhus. xij. metaphyſi. Pluralitas principatuũ non eſt bona. ꝯcludit. vnus ḡ princeps ⁊c. Unus eſt et parẽ (al's ſcd̃m) nõ hꝫ. dr̃ ꝓpter dignitatẽ Eccl's. iiij. Quarta pars diffinitionis eſt primꝰ. qui etiã dicit dignitatẽ. nã ſm Dionyſium vbi. s. idẽ eſt eſſe primũ ⁊ dignũ: ideo in ſignũ dignitatis xp̃s dicit Apoc̃. j. Ego ſũ alpha ⁊ o. qđ eſt pͥncipiũ et finis. Et ſic ptꝫ manifeſte quõ oẽs termini contẽti ĩ diffinitiõe trinitatꝭ / dicũt dignitatẽ et ꝑfectionẽ: et per ꝯſequẽs termini numerales q̃ dicũtur ⁊ predicantur de deo: nõ dicũt imperfectionẽ aliquam: imo vnitas et trinitas q̃ termini numerales dicunt̃: de deo oſtendũt eiꝰ incomprehẽſibilẽ et inattingibilẽ ꝑfectionẽ. ſ. vnitatẽ eſſentie ⁊ trinitatẽ ꝑſonarũ: ꝓut dicũt v̾ba ꝓpoſita. Hi tres vnũ ſunt. qđ fuit thema. In quibus v̾bis de deo duo nob̃ oſtẽdunt̃. iuxta thematꝭ ꝑtes duas.

Primũ pluralitas ꝑſonarũ certo nũero aſſignata: qđ notat̃ ibi. hi tres. in pͥma parte thematis.

Scd̃m ſimplicitas eſſentialis eternaliter communicata: qđ notat̃ ibi. vnũ ſunt. in ſecũda parte thematis.

Prima pars.

¶ Dico primo ꝙ in verbis ꝓpoſitis oſtendit̃ de deo pluralitas ꝑſonarũ certo nũero aſſignata: cũ dr̃. hi tres. In quo oſtendit̃ ꝙ in deo ſunt tres ꝑſone realiter diſtincte. ſ. pr̃ et filiꝰ ⁊ ſpiritusſctũs. nam ſm ſniaꝫ dñi Petri de tarãtaſia lib̃. j. diſ. xxiiij. vbi q̃rit de iſto termino trinitas ſi eſt nomẽ eſſentiale. dicit ſic ꝙ claudit ĩ ſuo intellectu tã vnitatem eſſentie q̃ꝫ pluralitatẽ ꝑſonarum: ſed ſm expoſitionẽ noĩs ꝑſonas principal'r ſignificat: et tũc eſt ſenſus. trinitas. i. tres ꝑſone vniꝰ eſſentie: qꝛ pͥcipal'r eſt impoſitꝰ ad ſignificandũ numerũ ꝑſonarũ. et h̃ numerꝰ ꝑſonarũ demonſtrat̃ in pͥma parte thematis: cũ dr̃. hi tres. ſcꝫ pr̃ et filius et ſpũſſctũs. ſ. ſunt tres ꝑſone realiter diſtincte. Circa qđ ſic intendo ꝓcedere in hac prima cõtemplatione. E

Primo errores circa perſonarũ pluralitatem recitabo.

Secũdo ꝑſonaꝝ pluralitatẽ rationibus perſuaſiuis vt potero probabo.

Tertio exẽplis palpabilibus earũ ꝓceſſiones demonſtrabo.

¶ Dico primo ꝙ errores qui fuerũt circa trinitatẽ ꝑſonarũ recitabo. Pro quo notandũ / ꝙ quidã errauerũt circa oẽs ꝑſonas: quidã circa vnam: et q̃dã circa aliã. Circa oẽs perſonas ſimul errauit ſabelliꝰ q̃ poſuit vnam eſſentiã: ſed negauit trinitatẽ perſonaꝝ. Hũc errorẽ ſequunt̃ iudei ⁊ ſaraceni: q̃ dicũt vnũ deũ: ⁊ negãt tres ꝑſonas. Et cũ dr̃ quare ḡ deꝰ in ſacra ſcriptura aliquãdo noĩat̃ pr̃: aliq̃n filiꝰ aliq̃n ſpũſſctũs. Rñdebat ſabellius qꝛ vna ⁊ eadem res põt diuerſis noĩbꝰ nominari. ita vnꝰ deꝰ aliq̃n noĩat̃ pr̃: aliq̃n filiꝰ: aliq̃n ſpũſſctũs. Circa ꝑſonã v̾o filij fuit error eunomij: q̃ poſuit filiũ dei diſſil'eꝫ pr̃i: qđ eſt ꝯ curſum nature: cũ oẽ generãs generet ſibi ſil'e. cõceſſo ḡ ꝙ deꝰ pater generet generabit ſibi ſimilẽ de neceſſitate, et ita deus genuit deum aliũ in ꝑſona: nõ aliũ in natura. iõ dr̃ Colo. j. ꝙ eſt imago inuiſibilis dei. imago dic̃ ſil'itudinẽ. Circa ꝑſonã ſpũſſcti errauit macedoniꝰ: qui poſuit ſpm̃ſctm̃ eſſe creaturã. ꝯ qđ dr̃. ij. Coꝝ. iij Dñs aũt ſpũs eſt. Circa hãc etiã ꝑſonam errauerũt greci: q̃ poſuerũt ſpm̃ſctm̃ a patre ſolo ꝓcedere: et nõ a filio: qđ ptꝫ eſſe falſum: qꝛ ſi ſic ꝓcederet ꝑ modũ nature: et ꝑ conſequẽs eſſet filiꝰ: et ſic eſſent duo filij in diuinis. ꝯ quos dr̃ Jo. xiiij. Paraclytꝰ aũt ſpũſſanctꝰ: quẽ mittet pr̃ in nomine meo. ſ. tanq̃ꝫ ſpm̃ filij et a filio ꝓcedentẽ. ⁊ Joh̃. xvj. dr̃ in ꝑſona xp̃i loquẽtꝭ de ſpũſctõ. Ille me clarificabit: qꝛ de meo accipiet. ꝓpter qđ etiã occidentales grecos tanq̃ꝫ hereticos reprobãt et cõdẽnãt et ꝯ dictos errores cõfitent̃ in ſymbolo. Credo in deũ patrẽ: et filiũ eius vnigenitũ nõ factũ conſubſtãtialẽ pr̃i: et in ſpm̃ ſctm̃ dñm et viuificantẽ: q̃ ex patre ⁊c.

D ¶ Dixi ſcd̃o ꝙ ꝑſonarũ pluralitatẽ rationibus ꝑſuaſiuis ꝓbarem. Pluralitas em̃ ꝑſonarũ in eadẽ eſſentia nõ põt probari demõſtratiue: qꝛ eſt articulꝰ fidei. et fidei articuli nõ pñt ꝓbari: cũ ſint ſupra rõnẽ humanã: ſed poſſunt bñ perſuaderi rõnibus. Nũc ḡ in ꝓpoſito ad ꝯfirmationem fidei: ꝙ in deo ſunt tres ꝑſone vniꝰ eſſentie: probat̃ ſic: et pͥmo ꝙ ſint plures ꝑſone: deinde ꝙ ſint tm̃ tres. Primo ꝙ ſint pl'es ꝑſone ꝓbat̃. ex diuina bonitate. nã ſm Diony. bonũ eſt cõicatiuũ ſuipſiꝰ: ſꝫ deꝰ eſt ſumme bonus. ḡ ſumme ſe cõicat. Sed nõ ſumme ſe cõicaret niſi ſe totũ cõmunicaret. ſed creaturꝭ nõ põt ſe totũ et ſumme cõicare: qꝛ creatura nõ poſſet ĩ ſe recipe totaliter diuinã bonitatẽ. qꝛ ſic eẽt deo equalis: ḡ cõicabit ſe alteri q̃ꝫ creature. ⁊ ſic eſt deꝰ. ſunt ḡ ille ſaltẽ plures ꝑſone. Itẽ hoc etiã ptꝫ ex diuine bonitatis ꝑfectiõe. qꝛ vt dicit Richardus de ſctõ victore in de trinitate ꝯcordãdo cũ ſeneca: ꝙ nulliꝰ boni ſine ſocio iocũda eſt poſſeſſio. ḡ cũ deꝰ ſemꝑ fuerit beatꝰ: nunq̃ꝫ fuit ſine ſocio. ⁊ ſic ſemꝑ fuerũt plures ꝑſone. et iõ dicit̃ Exo. xxxij. Hi ſunt dij tui iſrael nõ ꝙ li dij dicat plures deos: ſed plures ꝑſonas. Itẽ ſcd̃o ꝓbat̃ ꝙ in deo ſint tm̃ tres ꝑſone: ꝓut dicit thema. hi tres et nõ

E plures nec pauciores. Patꝫ hoc ex ꝑfecta dei charitate. conſtat enim ſm oẽs / ꝙ in deo eſt charitas ab eterno. Uñ charitas eſt amor gratuitus tendẽs in alium / ſm Auguſt. et alios doctores. vñ de ratione charitatis ſumme eſt ꝙ tendat in alium. Si ḡ in deo fuit ſumma charitas ab eterno: neceſſe fuit vt in aliũ tẽderet ab eterno. et iõ ſemꝑ fuit ponere diligentẽ et dilectũ. ⁊ inter iſtos duos opꝫ ponere amorẽ quo ſe diligũt: ſiue nexũ. nexus autem licꝫ extrema cõiungat in ſe: tñ eſt q̃d diſtinctũ: ſicut ſi dilectio q̃ eſt inter me ⁊ te / eſſꝫ ſubſiſtens: faceret perſonã. Cũ ergo ſpũſſanctꝰ ſit amor pr̃is et filij: facit vnã ꝑſonam ab vtroqꝫ ꝓcedẽtẽ ab eterno. vñ ſicut filiꝰ eſt a pr̃e et matre: et eſt q̃ſi quidã nexus quo ſe diligũt in ipſo pater et mr̃. ita ſpũſſanctꝰ eſt vna ꝑſona et amor ſiue nexus pr̃is et filij. ergo tm̃ ſunt tres ꝑſone et nõ plures nec pauciores. ⁊ ideo dr̃ Geñ. xl. Uidebam corã me vitem in qua erãt tres ꝓpagines. i. beatã diuinitatem in q̃ ſunt tres ꝑſone. j. Joh̃. v. Tres ſunt q̃ teſtimonium dant in celo. pater v̾bum et ſpiritusſctũs. et iõ dicit Aug. vij. de trinitate ꝙ ad q̃ſtionẽ factã ab hereticis q̃d tres. cõuenienter rñdet̃ tres ꝑſone. Iſtã ꝑſonarũ trinitatẽ agnouit dauid ꝓpha. in pſ. lxvj. q̃n dixit. Benedicat nos deus deꝰ noſter: benedicat nos deꝰ: ⁊ metu. ⁊c. et dicit deus in pͥmo oſtẽdens perſonam pr̃is. in ſcd̃o perſonã filij. dicit deꝰ noſter q̃ eſt noſter per nr̃e carnis aſſumptionẽ: et deinde dicit tertio. bñdicat nos deus / ꝓpter ꝑſonã ſpũſſcti. et cõcludit. metuãt eũ. non eos: in q̃ denotat eſſentie diuine vnitatẽ. Et ſic patẽt rõnes cũ ſuis autoritatibꝰ: ꝙ in deo ſunt tm̃ tres ꝑſone. ſ. pr̃ et filiꝰ et ſpũſſctũs. non plures nec pauciores.

F ¶ Dixi tertio ꝙ exẽplis palpabilibꝰ perſonarũ ꝓceſſiones demonſtrarem. Pater em̃ qui eſt pͥma ꝑſona a nullo ꝓcedit: ſed ipſe eſt pͥncipiũ filij: et filiꝰ procedit ab eo per modũ nature ſiue intellectꝰ. deĩde ſpũſſanctꝰ ꝓcedit ab vtroqꝫ per modũ amoris ſiue volũtatis. ⁊ pater et filiꝰ ſunt pͥncipiũ ſpũſſcti ꝓut dicit Athanaſiꝰ in ſymbolo. Pater a nullo eſt factꝰ: nec creatus nec genitꝰ. filiꝰ a pr̃e ſolo eſt: nõ factꝰ: nec creatꝰ: ſed genitꝰ. ſpũſſanctꝰ a pr̃e et filio: nõ factꝰ: nec creatus: nec genitꝰ: ſed ꝓcedens. In his tñ ꝓceſſionibꝰ non eſt aliq̃ prioritas dignitatis tẽporis: nec nature: ſed ſolũ originis. vt pater eſt prior filio origine: qꝛ ex eo eſt fi-

lius. et ſic etiã pater et filiꝰ reſpectu ſpiritusſancti: non tñ vt predictũ eſt: prioritas dignitatis tpis nec nature ꝑut determinat Athana. in ſymbolo fidei dicẽs. Et in hac trinitate nihil priꝰ aut poſteriꝰ: nihil maius aut minꝰ: ſed tote tres ꝑſone coeterne ſibi ſunt et coequales. Iſte modus procedendi diuinarũ perſonarũ in omnimoda equalitate et ꝑfectione/ declarat a magiſtro franciſco de mayronis in exemplo quadruplici.

Primo in grammatica.
Secundo in logica.
Tertio in ſacra ſcriptura.
Quarto in imagine vel figura.

¶ Primo in grãmatica querit. ibi prima ꝑſona de ſe orit. et a nulla alia. ſcḋa ad quã prima loquit et ſic ab ea ꝓcedit. tertia de qua fit ſermo inter primam et ſecũdam perſonã quaſi ꝙ ab eis oriatur.

¶ Scḋo in logica pʒ in ſyllogiſmo demõſtratiuo. maior eſt ꝑ ſe nota ⁊ ſic a nullo. minor a maiori pullulat cum ſub ea accipiat: et ꝯcluſio ab vtroqꝫ ſm mẽtẽ ariſto.

¶ Tertio pʒ in ſcriptura ſacra. Adã a nullo. ſ. hoĩe. eua ab adã ſolo. abel ab vtroqꝫ.

¶ Quarto pʒ in imagine trinitatꝫ q̃ eſt in aĩa ſm Aug. memoria a nullo: intellectꝰ a memoria: volũtas ab vtroqꝫ. Et ſic ptʒ modus ꝓceſſionis diuinarũ perſonarũ ꝑ exẽpla et per ꝯſequẽs earũ diſtinctio realis. ita ꝙ quelibet diſtinguit ab alia: et hoc eſt qḋ dicit Athanaſius in ſymbolo. Alia eſt eñ perſona patris: alia filij: alia ſpũſſcti. Et ſic ptʒ prima cõtemplatio: in qua dixi ꝙ tractarẽ quõ in deo eſt pluralitas certo numero aſſignata: cum dicit. hi tres. in prima parte thematis.

Secunda pars.

B ¶ Dixi ſecũdo principaliter ꝙ in vbis thematꝫ preaſſumpti oſtẽditur ſimplicitas eſſentialis eternaliter cõmunicata: cum dr. vnũ ſunt. in ſecũda parte thematꝫ. Pro cuiꝰ deductõe/ eſt notandũ ꝙ ꝗꝗ in deo ſint tres perſone: eſt tñ vna eſſentia ſimpliciſſima et indiuiſibilis: imo oĩno ſimplex. Scḋm eñ ꝙ ponit pħus in. j. de celo. ſimplex capitur dupliciter. vno mõ ꝓut diſtiguitur ꝯ mixtũ alio modo ꝓut diſtinguit ꝯ cõpoſitũ. dat exẽplũ de celo q̃ a pħo ponit corpus ſimplex. Et vterqꝫ iſtoꝝ modoꝝ capit dupliciter. vno modo de actu: alio modo de potẽtia. Oĩbꝰ iſtis modis dr eſſentia diuĩa ſimplex. et iõ dr oĩno ſimplex tam actu ꝙ potẽtia. q. d. ſic eſt ſimplex: ꝙ non mixta. nec põt miſceri. ⁊ ſic ſimplex ꝙ nõ cõpoſita: nec alteri cõponibilis: et ſic oĩno ſimplex. Contra hãc ſimplicitatẽ et vnitatem eſſentie diuine/ multi varie errauerũt ponẽtes deũ in eſſe diuiſum: et per ꝯñs eſſe plures deos. Primꝰ error eſt gẽtiliũ ſiue paganoꝝ ponentiũ plures deos. ꝯ quos dr Exodi. xx. Non habebis deos alienos. Itẽ circa hoc errauerũt manichei: q̃ ponebãt duo ṗma principia eſſe. vnũ a quo ſunt oĩa mala: ⁊ aliud a q̃ ſunt oĩa bona. ꝯ quos dr Eſa. xlv. Ego dñs ⁊ nõ eſt alter deꝰ. ſ. formãs lucẽ: et creans tenebras. faciens pacẽ et creãs malũ. Ego dñs faciẽs hec oĩa. Dicit aũt deꝰ creare malũ: qꝛ ipe ſm ſuã iuſticiã iuſtis ĩfligit malũ pene: ⁊ ꝑmittit malũ culpe eẽ ĩ ſua creatura. Uel põt aliter declarari. creãs malũ ſic. In oĩ actu malo duo cõcurrũt. ſcʒ actꝰ et reatꝰ illiꝰ. actus deꝰ eſt cã: nõ reatꝰ. qꝛ eſt cauſa ṗma. et in oĩ actu plꝰ influit cã prima ꝙ cã ſcḋa. vt dicit autor libri de cauſis ꝓpoſitione prima. et ſic põt intelligi ꝙ deus creat malũ culpe inquantũ eſt cã actꝰ culpe: nõ tñ reatꝰ. Itẽ circa hͦ errauit arrius q̃ ſicut poſuit trinitatẽ perſonarũ: ita poſuit trinitatẽ eſſentie. vñ poſuit filiũ aliũ in eſſentia a pr̃e: et minorẽ pr̃e in natura et ſpmſctm̃ minorẽ vtroqꝫ. qḋ abhorret fides catholica. Et hoc ptʒ ꝙ eſt impoſſibile ꝙ ſint plures dij per rationẽ perſuaſiuam q̃ eſt talis. Nam ſi eſſent plures dij aut ĩ aliquo cõuenirẽt: aut in aliquo differrent. ſ. ꝙ vnus hʒ aliq̃d qḋ nõ hʒ aliꝰ. Si in aliquo cõuenirẽt quantum ad hoc idẽ eſſent: ⁊ vnũ eſſent. et ſic iã eſſet vnus deꝰ et nõ plures. Si in aliquo differrent ſcʒ ꝙ vnꝰ hʒ aliq̃d qḋ non hʒ aliꝰ. aut illud eſſet ꝑfectionis: ⁊ ſic ille q̇ non haberet hͦ: nõ haberet in ſe ꝑfectionem: qḋ eſt ĩpoſſibile de deo: cũ deꝰ ſit ꝑfectiſſimus. Si eſſet impꝑfectionis: ꝗ ille qui haberet hoc: nõ eſſet deꝰ: qꝛ in deo nulla eſt ĩperfectio. Ergo opʒ de neceſſitate ꝙ in nullo quãtum ad eſſentiã diuinitatis differant ergo in eſſentia diuinitatis erunt vnũ. et hoc eſt qḋ dicit Deuteronomij. vj. Audi iſrael dñs deus tuus deꝰ vnus eſt. Et etiã in nouo teſtamẽto xp̃s dixit Iohãnis. x.

Ego et pater vnũ ſumus. ſuper quo dicit Auguſt. ꝙ dicit vnũ: liberat te ab arrio: ꝙ dicit ſumꝰ pluraliter. liberat te a ſabellio. Poteſt etiã adduci illud qḋ dicitur de abraã Geñ. xviij. ꝙ apparuerũt ei tres viri. et ſequit. Tres vidit et vnũ adorauit. Tres vidit: qꝛ fide credimꝰ tres ꝑſonas: ſed vnus adoratur deꝰ: qꝛ tres perſonas: adoramꝰ vnica adoratione: qꝛ ſub ratiõe vnius potẽtie: vnius maieſtatꝫ: ⁊ vniꝰ diuinitatis ⁊ eſſentie. Et ſic pʒ quõ ꝗꝗ in deo ſint tres ꝑſone realiter diſtĩcte. ſcʒ pr̃ ⁊ filiꝰ ⁊ ſpũſſctũs: eſt tamẽ vna eſſentia: vna natura: vna bonitas: vna diuinitas: q̃ eſt cõmunis patri et filio ⁊ ſpũiſancto. nã pater ab eterno ꝓducẽdo filiũ: cõicat ſibi naturã ſiue eſſentiã. et pr̃ et filiꝰ ſpirãdo ſpmſanctũ: cõmunicãt etiã ſibi naturã diuinã. et ſic eſſentia eſt vna/ et cõis oĩm perſonarũ. Et hoc eſt qḋ dr in ſcḋa parte thematꝫ. vnũ ſunt. qḋ tangebat in ſecunda cõtemplatiõe: cũ dicebat ꝙ oſtẽderet ſimplicitas eſſentialis eternaliter cõmunicata: cũ dicebat. vnũ ſunt. Et ſic ptʒ ꝙ in deo ſunt tres ꝑſone vniꝰ eſſentie: qui ſunt pr̃ et filius et ſpũſſanctꝰ: vnꝰ deus: vna natura: vna eſſentia: vna bonitas. Hãc trinitatem dʒ homo adorare deuote et cõtemplari per fidẽ intellectu credẽdo et ore iugiter ꝯfitẽdo. qꝛ ĩ hoc maxime delectatur aĩa rationalis ⁊ ſumme debet delectari ꝓpter tria/ que hʒ ab ipſa incomprehenſibili trinitate ad cuius imaginẽ creata eſt.

Primo hʒ dignitatem naturalẽ.
Scḋo habet capacitatẽ diuinalem.
Tertio hʒ perpetuitatẽ vitalem.

D ¶ Dico primo ꝙ aĩa contẽplatiua debet ſumme cõplacere ⁊ delectari in cõtemplatione trinitatis per fidem credẽdo: ⁊ ore cõfitẽdo: quia habet ab ea dignitatẽ nature. Hec dignitas aĩe rationalis ꝯſiſtit in hoc inquãtum ad imaginem trinitatꝫ creata eſt. habet eñ memoriã: intellectũ: et volũtatem: que tria trinitatem ſummã pretẽdũt. ſicut eñ memoria intellectꝰ volũtas/ ſunt vna mens: vnus ſpiritus: vna noticia: vna eſſentia: ita pater et filius et ſpirituſſanctus ſunt vna eſſentia: vnus deus: vna poteſtas ſm Auguſtinũ in de trinitate. Propter hãc dignitatem homo animalia oĩa antecedit et deos ſequitur et de hac dignitate loquit Auguſti. ĩ lib. de trinitate. Tanta eſt humane cõditionis dignitas: vt cõſilio ſancte trinitatis creatus ſit homo. etiam quia quoad imaginẽ ſuam creator eũ creauit: quod nulli alteri ex creaturis, ſcilicet corporalibus donauit.

I ¶ Dico ſcḋo ꝙ aĩa rationalis debet complacere ⁊ delectari in cõtemplatione per fidem diuine trinitatis: quia ab ea habet capacitatem diuinalẽ. hoc eſt quia eſt capax dei. nulla eñ creatura corporalis eſt capax dei: quia creature corporales non attingũt ad aliquid vniuerſale per cognitionẽ quam habent: ſed ſolum ex hoc habet dignitatem ſuper oẽs creaturas corporales. et ideo dicit Auguſti. vbi ſupra. Eo enim anima eſt imago dei: quo capax eſt dei.

K ¶ Dixi tertio ꝙ aĩa rationalis debet complacere et ſumme delectari in cõtemplatione ſanctiſſime trinitatis hic in via per fidem credẽdo: et ore cõfitendo: quia habet ab ea perpetuitatem vite. ſcʒ quia eſt incorruptibilis. nam corrupto corpore remanet aĩa rationalis ſeparata incorrupta. Et in hoc habet dignitatem ſuꝑ animas brutorum: quia ipſa eſt ſubſiſtens et incorruptibilis. Anime vero brutorũ non ſunt ſubſiſtentes: ⁊ ſunt corruptibiles. et ideo dicit Auguſtinũ. in lib. de eccl'iaſticis dogmatibus. Solum hominẽ credimus habere animã ſubſtantiuam: animaliũ autẽ anime non ſunt ſubſtãtiue. Sed videtur ꝙ aĩa rationalis non ſit ſubſiſtẽs: nec incorruptibilis: et per conſequẽs nõ habebit hanc dignitatem: quia ea quorũ eſt ſimile principiũ: et ſimilis eſt etiã vite proceſſus: ſimilis debet eſſe finis: ſed ſimile eſt principiũ hominũ ⁊ iumentoꝝ qꝛ de terra facta ſunt. ſimilis eſt etiã vite ꝓceſſus vtriuſqꝫ: qꝛ ſimilr ſpirãt omnia: et nihil hʒ homo iumento amplius. vt dr Eccl's. iij. ergo vt ibidẽ cõcluditur: vnus eſt interitus hominũ et iumentorum: et equa vtriuſqꝫ conditio. Sed brutorum animaliũ anima eſt corruptibilis: ergo et aĩa humana erit corruptibilis. Ad iſtud argumentũ reſpondeo ſm ſanctũ doctorem. j. ꝑte ſumme. q. lxxv. art. vj. dicendo ꝙ ſalomõ inducit rationẽ illam ex perſona inſipientiũ: vt exprimitur Sap. ij. Dixerunt impij cogitantes apud ſe non recte ⁊c. Qñ ergo dicit ꝙ homo et alia ani

malia habēt ſimile gn̄ationis principium
verū eſt quātū ad corpus. ſimiliter em̄ de
terra facta ſunt oīa animalia: nō aūt quā
tum ad aīam. Nā anime brutoꝝ producū
tur ex virtute aliqua corporea: q̄ꝛ educun
tur de potētia materie: ⁊ ideo cū materia
corrūpuntur. aīa ꝟo humana a deo eſt. et
ad hoc ſignificandū dꝛ Gen̄. j. quantū ad
alia aīalia. Producat terra aīam viuentē.
quantū ꝟo ad hoīem dꝛ Gen̄. ij. ꝙ inſpira
uit in faciē eius ſpiraculū vite. ⁊ iō cōclu
dit̄ Eccl'ſ. vlti. Reuertat̄ puluis in terrā
ſuā vnde erat. ⁊ ſpūs redeat ad deū q̄ de-
dit illū. Similiter ꝓceſſus vite eſt ſimilis
quātū ad corpus: ad qđ pertinet qđ dꝛ ſi-
militer in eccleſiaſte. Similiter ſpirāt oīa
et Sap. ij. Fumꝰ afflatus eſt in naribꝰ no
ſtris ⁊c̄. Sed nō eſt ſimilis ꝓceſſus quan
tū ad aīam: q̄ꝛ hō intelligit: nō aūt aīalia
bruta: et falſum eſt qđ dꝛ. Nihil habet hō
iumento amplius. et ideo ſimilis eſt inte
ritus quātū ad aīam. Et ſic pꝫ ꝙ aīa rōna
lis eſt incorruptibilis. ⁊ ideo dicit Diony.
iiij. c. de diuinis noībꝰ: ꝙ aīe humane ha
bēt ex bonitate diuina ꝙ ſint intellectua-
les: et ꝙ habeāt ſubſtātialē vitā incōſum
ꝓtibilē. Et ſic ex his oībꝰ pꝫ dignitas ani
me vel hoīs quantū ad aīam/ ꝙ eſt incor-
ruptibilis ⁊c̄. aīalia nō. et iō btūs Augu.
in de trinit̄. concludēdo ad iſtud propoſi-
tū dicit ſic. Immortalis em̄ eſt aīa ratio-
nalis. ſ. vt nō a creatoris ſui ſimilitudine
diſcrepare videat̄. nō em̄ eſſe poterit ima
go dei ſi mortis termino clauderetur. hec
Aug. Et inde eſt ꝙ propter huiuſmodi di
gnitates ⁊ excellētias quas habet hō ſm
aīam ab ipſa trinitate debet eā iugiter cō
tēplari: firmiter credere: ⁊ ore cōfiteri: im
mo et iugiter laudare cū ſancta matre ec-
cleſia que ſepties in die in laudē ſanctiſſi-
me trinitatis prorūpens dicit in fine oīm
pſalmoꝝ. Gloria patri et filio: et ſpūiſan-
cto. Iſtū verſum quilibet xp̄ianus dꝫ ſci-
re et quotidie dicere in laudem ⁊ gloriam
trinitatis. Sꝫ nūc hodie trinitas ſanctiſ-
L ſima non laudat̄ a xp̄ianis: ſed potius vi
tuperatur per peccata peccādo. Cōtra tri
nitatē quis pōt dupliciter peccare. vel cō
tra perſonas: vel cōtra attributa. Contra
perſonas ſicut iudei/ pagani/ ſaraceni/ et
alij heretici: qui negant trinitatem perſo
narū: q̄ peccāt peccato infidelitatis quod
eſt maximū peccatoꝝ: q̄ꝛ per eū homo ma
gis elongatur a deo. que quidē elongatio
fit per auerſionem in qua cōſiſtit formali
ter omne peccatum. Per falſam em̄ cogni
tionē nō appropinquat quis deo: ſed ma
gis ab eo elongatur. nec pōt eſſe ꝙ quan-
tū ad aliquid deum cognoſcat: qui falſam
opinionē de eo habet. q̄ꝛ id quod ipſe opi
natur: nō eſt deus. ⁊ inde eſt ꝙ iudei/ ſara
ceni/ pagani/ et heretici non adorant ve-
rum deū: ſed fictum per opinionē: q̄ꝛ non
credūt deū trinum et vnum/ ſub ea ratio-
ne qua ponitur actus fidei. Nō enim cre-
dunt deū eſſe ſub his cōditionibus: quas
fides determinat. ſ. ꝙ eſt vnus ī eſſentia:
et trinus in perſonis. et ideo nō vere deū
credunt: q̄ꝛ vt ph̄s dicit in. ix. Metaphy.
in ſimplicibus cognitionibus eſt ſolū in
non attingādo totaliter. ſanctus Tho. ij.
ij. q. ij. art̄. ij. ad tertium. Similiter poteſt
quis peccare contra trinitatē/ hoc eſt con
tra attributa. Tria attribuūtur tribꝰ per-
ſonis in diuinis ſm magiſtrū in. j. ſen. di.
xxxiiij. ſcꝫ patri potētia: filio ſapientia: ſpi
rituiſancto bonitas. Sic contra iſta tria
appropriata tribus ꝑſonis diuinis/ mul-
ti peccāt. Nā ſm ſnīam ph̄i. vij. Ethi. pec
catū tribus modis cōmittitur. ſ. ex paſſio
ne: ex ignorantia: vel ex electione et mali-
cia. et ideo qui peccant ex paſſione vel im
potētia peccant cōtra patrē: cui attribui-
tur potētia. qui peccant ex ignorantia pec
cāt contra filiū: cui attribuitur ſapientia.
qui ꝟo peccāt ex electione vel malicia pec
cant contra ſpiritūſanctum: cui attribui-
tur clemētia vel bonitas. Qui igitur pec-
cant ex paſſione: peccant contra patrem:
vtputa cū quis tentatur a concupiſcētia
ſua: et tunc paſſiones ſenſuales abſorbēt
rationem: vt iraſcibilis vel concupiſcibi-
lis. et ideo ſuccumbit. et ſic homo ſupera
tus paſſione cadit in peccatū: et tunc pec
cat ex paſſione: et per conſequens contra
patrem: quia per potentiam ſibi datam a
deo/ et per gratiā/ deberet reſiſtere tenta-
tioni: et non facit quod apl'ſ dixit. Fide-
lis deus qui non patietur vos tentari ſu- M
pra id quod poteſtis ⁊c̄. j. Corinth. x. Itē
qui peccant ex ignorantia: peccāt contra
filium. Ignorantia enim vincibilis vel iu
re vel particularis non excuſat hominem
a peccato: ⁊ ſi excuſat a tanto: non tamen
a toto. Et ideo illi qui poſſunt ſcire ea
que ſunt de neceſſitate ſalutis: et non

curāt ſcire imo reddūt ſe ignorātes: tales
peccāt ꝯ filium: cui attribuit̄ ſapīa. ⁊ iſta
ignorātia nō excuſat: q̄ꝛ apl'ſ dicit. j. Cor.
xiiij. Si q̄s ignorat: hic ea ſcꝫ q̄ ſūt de ne-
ceſſitate ſalutꝫ: ignorabit̄. ſ. in die iudicij.
Itē q̄ peccāt ex malicia: peccāt cōtra ſpm̄
ſctm̄: vtputa cū q̄s nō ſupatꝰ paſſiōe: nec
ductꝰ ignorātia: ſꝫ cui ꝓpt̄ ſe malicia pla
cet: talis peccat in ſpm̄ſctm̄. ⁊ ideo magr̄
dicit. xliij. diſtin. ij. lib. c. hic q̄rit̄ in ſentē-
tijs. ꝙ ille peccat ī ſpm̄ſctm̄: cui malicia
ꝓpt̄ ſe placet. ⁊ h̄ eſt grauiꝰ ceterꝫ pctīs:
q̄ꝛ nihil eſt qđ inclinet: nec qđ excuſet. ⁊ iō
dꝛ irremiſſibile. vn̄ Math. xij. Qui dixerit
cōtra ſpm̄ſctm̄ nō remittet̄ ei neq̄ꝫ in h̄
ſcl'o: neq̄ꝫ ī futuro. Et aug̃. dic̄ ī li. de ſmo
ne dn̄i ī mōte: ꝙ tāta ē labes huiꝰ pcti ꝙ
humilitatē depcandi ſubire nō pōt. Et ſic
iſtis tribꝰ modis mali xp̄iani diuinā trini
tatē nō laudāt: ſꝫ vitupant pctā varia cō-
mittēdo: ⁊ diuinas ꝑſonas iniuriādo. Ca-
ueatꝫ ꝗ offendere deū ꝑ pctā: q̄ꝛ ſemꝑ in-
fertꝫ iniuriā alicui ꝑſone trinitatꝫ: ſꝫ ꝯtē-
plemini ꝑ fidē: q̄ꝛ fides catholica h̄ eſt vt
vnū deū ī trinitate ⁊ trinitatē in vnitate
veneremur. vt inq̄t Atha. ī ſymbolo fidei
talit̄ vt qđ de diuīa trinitate h̄ credimꝰ:
ī pr̄ia facie ad faciē videamꝰ. Ad cuiꝰ pr̄ie
⁊ viſionē ⁊ gloriā nos ꝑducat xp̄s. Amē.
Explicit. deo gratias.

¶ Nota de numero ternario.

¶ Nota de numero ter-

nario. et pōt valere ꝓ introductiōe the-
matꝫ. Trinitas ſignificat numeruꝫ terna-
riū. q̄ q̄dē nūerꝰ ꝓpe eſt ī ſctiſſima trini-
tate ꝓpt̄ ſuas tres ꝓꝑetates. Pr̄a eſt: q̄ꝛ
eſt p̄mꝰ nūerꝰ q̄ a dualitate recedit. duali
tas em̄ eſt nūerus diffamatꝰ: q̄ꝛ ſignificat
diuiſionē: ⁊ iō deꝰ nō bn̄dixit ſcđe diei: ī
q̄ fctā fuit diuiſio aq̄ꝝ ab aq̄s ꝑ creatiōeꝫ
firmamēti. in q̄ notat̄ ꝙ licꝫ ꝑſone ſctiſſi-
me trinitatꝫ ſint diſtīcte: ſunt tamen a di
uiſiōe penitꝰ aliene. Secūda proprietas
numeri ternarij eſt: ꝙ ad quaternum ac-
cedit appoſita vnitate: q̄ quadratꝰ eſt: et
firmꝰ: ⁊ ſubſiſtēs: ⁊ inmutabilis. in q̄ nota
tur ꝙ ꝑſone diuīe ſūt ſubſiſtētes ⁊ imuta
biles. Tertia ꝓꝑetas nūeri ternarij eſt ꝙ
trinitas nūeꝝ ternariū īcludit materialr̄
ſi eiꝰ ꝑtes cū ipo accipiāt̄ faciūt ſex: q̄ q̄dē
eſt p̄mꝰ numerꝰ ꝑfectꝰ: eo ꝙ ꝯſtat adeq̄te
ex oībꝰ ſuis aliquotꝫ. ī quo notat̄ p̄ma ꝑfe
ctio ī ſctiſſima trinitate. Nota etiā ꝙ tri
plex eſt nūerus. ſ. diminutus: ꝑfectꝰ: ⁊ ex-
ceſſiuus. declara vt iam ſcis. ⁊c̄.

¶ In feſto ſancte trinitatis. Sermo. iij.

GRatia dn̄i nr̄i ie
ſu chriſti: ⁊ charitas dei: ⁊
cōmunicatio ſancti ſpiritꝰ
ſit ſemꝑ cum omnibꝰ vo-
bis amē. ij. ad Corinthios
xiij. ⁊ in epiſtola hodierna ſcribit̄ preſens
thema. Beatus auguſtinꝰ. j. libro de tri-
nitate (et ſunt verba que recitātur a ma-
giſtro ſententiarū li. j. diſtinct̄. ij.) oſten-
dens quomō nos debeamus habere ſi in
aliqualē trinitatis cognitionē venire cu-
pimus: ſic inquit. Mētis humane acies ī
tam valida ⁊ excellenti luce non figitur.
niſi per iuſticiam fidei emundetur. de hac
igitur re ſumma ⁊ excellētiſſima cū mode
ſtia ⁊ timore agendū eſt. ⁊ attētiſſimis au
ribus atq̄ꝫ deuotis audiendum: vbi que-
ritur vnitas trinitatis. patris ⁊ filij ⁊ ſpi
rituſſancti: quia nec periculoſius alicu-
bi erratur: nec laborioſius aliquid queri-
tur: nec fructuoſiꝰ aliq̄d inuenit̄. hec ille.
Si bene iſta verba Auguſtini conſidero:
reperio ꝙ in his verbis de ſanctiſſima tri A
nitate dat nobis tres lectiones.

Prima. ꝙ non eſt res vbi periculoſius er-
retur. ibi. quia nec periculoſius.

Secunda. ꝙ nō eſt res pro qua conſequē
da homo magis debeat laborare. ibi. nec
laborioſius.

Tertia. ꝙ propter fidem illius homo po-
teſt omne bonum conſequi. ibi. nec fructu
oſius aliquid inuenitur.

¶ Dico primo ꝙ ſm ſententiā Auguſt. in
verbis preallegatis materia ſanctiſſime
trinitatis eſt talis: ꝙ nō eſt res vbi peri-
culoſius erretur. Determināt ſancti docto
res theologi: ꝙ poteſt error circa fideꝫ ca
tholicam eſſe duplex. Quidam periculo-
ſus: ⁊ iſte eſt quando quis errat cōtra ar-
ticulos fidei: ⁊ circa illa que ſunt neceſ-
ſaria fidei. Alius eſt quādo quis errat cō-
tra alia que continētur in ſcriptura: ⁊ ta-
lis nō cum pertinacia: ⁊ iſte error non eſt
periculoſus. ⁊ iſta ē ſentētia magiſtri ſen-
tentiarum libro. iiij. diſtinctiōe. xxx. Nunc
autem ita eſt ꝙ qui errat in materia trini
tatis: errat manifeſte in articulis fidei: ⁊
in his que neceſſaria ſunt ad fidem: quare

ſequitur ſm̃ ſententiã doctoꝝ ⁊ Auguſti. ꝙ talis error eſt valde periculoſus. Dicatis mihi: ſi aliq̃s edificaret domũ: et erraret in fundamento: nõne ille error eſſet periculoſus? Certe ſic: qꝛ eſſet cauſa vt tota domus iret ad interitũ. Sic ſi erramꝰ in trinitate q̃ eſt fundamẽtũ domꝰ fidei: iſte error erit tam periculoſus ꝙ ſine dubio erit cã ꝙ vadamꝰ ad interitũ: ſiue ad dãnationem. ꝓ tanto dicit Athana. ĩ pri. ſymboli: Quicũq3 vult ſaluꝰ eſſe: ante oĩa opus eſt vt teneat catholicã fidẽ: quã niſi quiſq3 ⁊c. vſq3 peribit. Fides autẽ catholica hec eſt: vt vnũ deũ in trinitate: et trinitatẽ in vnitate veneremur. hec ille. Et hoc eſt quod dicit Auguſtinus: nec periculoſius alicubi erratur.

¶ Dico ſcd̃o ꝙ ſm̃ ſnĩam Auguſtini ĩ verbis allegatis materia trinitatis eſt talis ꝙ nõ eſt res ꝓ qua cõſequẽda: homo magis debeat laborare. Iſta cõcluſio poteſt probari ſic. Ratio dictat ꝙ ſi nõ poſſumꝰ cognoſcere illud quod minus et facilius eſt niſi cũ magna difficultate: multo minus illud qđ maiꝰ et difficiliꝰ eſt: ſed multo minus et facilius eſt ꝙ cognoſcamus creaturas et actiones earũ: ꝙ ꝙ cognoſcamꝰ creatorem: ⁊ illas nõ cognoſcimus. Nã nullus perfecte cognoſcit om̃s ſpẽs creaturarũ: nec oẽs operationes nature. Quis eſt qui cognoſcat ꝓprietates lapidũ: virtutes herbarũ: et plantarũ? Quis eſt qui cognoſcat quõ ex vno grano generant tot grana? et ſic de multis alijs creaturis et actionibus earũ. De ſalomone legimus: ꝙ preceſſit ſapiẽtia oẽs qui añ eũ fuerũt in hierl'm: et dedit ei dñs ſapiẽtiã multam nimis ſicut arenã q̃ eſt in littore maris: et tamẽ loquens de rebus creatis Prouer. xxx. c. ſic dicit: ꝙ tria ſunt ſibi difficilia: et quartũ ſc3 vitam viri in adoleſcẽtia ſua penitus ignorat. Si ergo iſta q̃ in terra et minora ⁊ faciliora ſunt: nullus cognoſcit ſine difficultate et labore: quomodo ergo myſteriũ trinitatis: qđ multo difficilius eſt: ⁊ ſupra facultatẽ nature cognoſcet ſine difficultate et labore? Iſtam ſententiã ponit ſapiẽs Sap. ix. Et ſi difficile eſtimamꝰ que in terra ſunt: ⁊ que in proſpectu ſunt inuenimus cum labore. q̃ aũt in celis ſunt q̃s inueſtigabit? et hoc ẽ qđ dicit Aug. nec laborioſius aliq̃d q̃rit̃.

¶ Dico tertio ꝙ ſm̃ ſententiam Auguſt. myſterium trinitatis eſt tale ꝙ ꝓpter credulitatẽ illius: homo poteſt omne bonũ hereditare. Quod contemplor ꝓ tanto ꝙ per myſteriũ fidei ſanctiſſime trinitatis, homo cõſequit̃ dei viſionẽ et ipſum deũ: vt habetur ex ſententia Athanaſij in ſymbolo. ſed deus eſt omne bonũ: vnde legit̃ Exod. xxxiij. ꝙ moyſes dixit domĩo. Oſtẽde mihi gloriã tuam. Et dñs. Ego oſtendam tibi omne bonum. ⁊ ſequit̃. ꝙ oſtendit ei ſeipſum. ita ꝙ quando quis conſequitur deũ: conſequitur omne bonũ. Ad iſtud propoſitũ loquitur Boetius. iij. de conſolatione proſa ſcđa. Deus eſt ſummũ bonũ cunctaq3 bona intra ſe continens. ⁊ hoc eſt qđ dicit Auguſtinꝰ: nec fructuoſius aliquid inuenitur. Si bene conſideraſtis in verbis Augu. ꝑmiſſis. de myſterio ſancte trinitatis concluſiones nobis declarauit tres. Prima ſcđa tertia. Ideo premittit Auguſt. ꝙ ſi in aliqualem trinitatis cognitionẽ vultis venire: cũ modeſtia et timore agendum eſt. Nunc ergo videamus ſi aliqualem cognitionem poſſumus trinitatis habere. Doctores ſancti determinãt ꝙ quelibet res dupliciter cognoſci poteſt.

Primo in ſua propria natura et ꝑfectiõe.

Secundo in ſua figura in aliqua repreſentatione.

Primo modo deus qui vnus in eſſentia: et trinus in ꝑſonis eſt: a nemine viuente cognoſci poteſt. ideo dr̃. j. Iohã. iiij. Deũ nemo vidit vnq̃. Et ad hoc eſt: per experiẽtiam videtis ꝙ ſolem in ſua ꝓpria natura nullꝰ poteſt videre. et cã eſt: qꝛ lux ẽ excellentiſſimũ obiectũ: et viſus eſt debilis: ita ꝙ in tam excellentiſſimã lucem directo non põt aſpicere. ꝓpter hoc dicit philoſophꝰ. ꝙ excellẽtia obiecti corrũpit ſenſum. Nũc aũt ita eſt ꝙ ſancta trinitas q̃ eſt vnꝰ deꝰ in eſſentia: ⁊ trinus in ꝑſonis: eſt radians et excellentiſſima lux ſup oẽm lucẽ. j. ad Timo. vj. Lucem habitat inacceſſibilem. et ſi viſus noſter eſt ita debilis ꝙ lucem ſolis que minoris difficultatis eſt: nõ põt aſpicere: quomodo lucem trinitatis: q̃ deus eſt: aſpiciet: que maioris difficultatis eſt. propter hoc dicit̃ in tex. ꝙ lucem habitat inacceſſibilẽ: quam nemo hominũ vidit: ſed nec videre põt. ⁊ ſm̃ glo. iſte tex. intelligit̃ de trinitate. Ecce ergo quomodo ſanctiſſima trinitas in natura ſua ꝓpria a nullo cognoſci vel videri põt: propter hoc dicit Augu. in principio verboꝝ ſuoꝝ ſupradictoꝝ. Mentis humane acies in tam valida et excellenti luce nõ figitur. Sed ſi bene conſideratis lic3 lux ſolis ab aliquo nõ poſſit videri in ſua ꝓpria natura: tñ in figura ⁊ repſentatione videri põt: puta ĩ ſpeculo. Videmꝰ nũc per ſpeculũ in enigmate. j. Coꝛ. xiij. Pro tanto Gregoriꝰ in moralibꝰ ad iſtud ꝓpoſitũ dicit ſic. Q̃diu hic moraliter viuit̃: videri ꝑ quaſdã imagines deꝰ põt: ſed ꝑ ipſam nature ſue ſpeciẽ non põt. vt anima gratia ſpiritusſancti afflata per figuras quaſda3 videat deũ: ſed ad ipſam vim eiꝰ eſſentie nõ pertingat. hec ille. Si bene iſta verba conſideratis: beatus Gregorius in his verbis dicit duo.

Primũ ꝙ dũ ſumus in hac vita: qui eſt vnꝰ in eſſentia: et trinꝰ in ꝑſonis: a nemine põt videri vel cognoſci ĩ ꝓpria natura.

Secundũ eſt ꝙ põt cognoſci in imagine et repreſentatiõe dũmodo aĩa ſit grã ſpiritusſancti afflata. Quia certũ eſt ꝙ niſi exiſtentibus in grã et in fide non reuelat̃ myſteriũ trinitatis: nec in repreſentatiõe et figura: vt dicit magiſter ſententiarum lib. j. diſt. iij. Pro tanto dicit Aug. in verbis vbi. s. Mentis humane acies ⁊c. niſi per iuſticiã fidei emundet̃. Et ad hoc videtur mihi bona ratio. Si illi qui erãt infideles et extra gratiam aliqualiter ſenſerunt de myſterio trinitatis: certe multo magis illis q̃ ſunt fideles et in grã deus reuelabit per fidẽ in imagine et repſentatione. Legimus enim de ariſtotele. j. celi et mũdi. vbi ſic dicit. Per numerum ternariũ adhibuimus noſmetipſos deũ vnũ eminentem proprietatibus eoꝝ que ſunt creata. Amplius dicit magiſter ſnĩarum lib. j. diſt. iij. et habet̃ in glo. ⁊ ad Rom̃. j. Qꝛ magi pharaonis venerũt in aliqualẽ cognitionem perſona3 patris et filij: ſed in tertio ſigno defecerunt dicentes. Digitus dei eſt hic. Exodi. viij. Amplius dicit beatus Auguſtinus. vij. confeſſionum: ꝙ plato dicebat ꝙ iſte littere. In principio erat verbũ: et verbũ erat apud deum: et deus erat verbum. vbi exprimitur perſonarum trinitatis diuerſitas: nunq̃ debebant ſcribi niſi litteris aureis. Si ergo iſti qui erant infideles et extra gratiam: aliqualiter ſenſerunt myſterium trinitatis: quanto magis fideles qui ſunt in gratia cognoſcunt in figura/repreſentatione et ſpeculo. Certe multo magis. Et reperio ꝙ in duplici ſpeculo poſſumus videre et aliqualẽ cognitionẽ habere de myſterio trinitatis.

Primũ eſt ſpeculum magnũ. ſc3 oẽs creature in generali.

Secũdũ eſt ſpeculũ minimũ ſc3 homo q̃ eſt creatura rationalis. B

¶ Dico primo ꝙ poſſumus aliqualem cognitionẽ de myſterio trinitatis habere in quodã ſpeculo magno. qđ declaratur ſic. Sancti doctores conſiderant ꝙ omnes creature ſunt facte a deo ſub certo pondere: ſub certo numero: ſub certa menſura. Sap. xj. Omnia in pondere: numero: et menſura diſpoſuiſti. Dicunt em̃ ꝙ ex hoc ꝙ res ſit alicuius certi ponderis: hoc eſt in potẽtia operantis. et cũ deus opatus ſit res ſub certo pondere: dicunt ꝙ ex hoc aliqualiter poſſumus venire in cognitionem diuine potẽtie: et per ꝯſequens perſone patris cui attribuit̃ potentia. Dicũt etiã ꝙ ſi conſideramus ꝙ deus volens facere ordinẽ in creaturis: fecit res in tãto vel in tanto numero: ⁊ non in maiori vel in minori: qꝛ tunc ſequeretur deordinatio: ſine dubio cognoſcemus ꝙ hoc ꝓceſſit ex ſua ſapiẽtia. et tunc deueniemus in cognitionẽ diuine ſapientie. et per conſequẽs perſone filij: cui attribuitur ſapientia. Adducũt adhuc: ꝙ ſi conſideramꝰ ꝙ deus opatꝰ eſt creaturas ſub certa menſura: et hoc vt meliꝰ conſeruentur. exemplũ de artifice q̃ facit domũ ſub certa mẽſura: et nõ in maiori vl' minori: et h̃ vt nõ cito ruat: ſed vt diutius conſeruetur. Sic nos cõſiderando ꝙ deꝰ facit res ſub certa menſura vt non habeant eſſe deſtructiuum: ſed potius conſeruatiuu3: deueniemus in cognitionẽ diuine clementie ⁊ bonitatiſ: et ꝑ ꝯſequẽs ꝑſone ſpũſſancti: cui attribuit̃ clemẽtia. Iſta em̃ eſt ſnĩa generalis oĩm doctoꝝ: ꝙ per ſupradicta deueniemus in quandã cognitionẽ confuſam ſanctiſſime trinitatis. Ampliꝰ dicunt doctores: ꝙ ſi de oĩbꝰ creaturis ꝯſideramꝰ quõ deꝰ fecit eas magnas et potentes: cognoſcemus ſuã potentiã: et ꝑ ꝯſequens ꝑſonã patris. et quõ fecit eas ſpecioſas ⁊ pulchras/quãlibet ĩ ſuo ordine: cognoſcemus ſuã ſapientiã: et per ꝯñs ꝑſonã filij.

Et ſi cõſideramus quõ per ip̃m gubernantur: et fecit eas aptas alicui vſui: per quẽ in aliq̃d bonũ ordinãtur: cognoſcemꝰ ſuã bonitatẽ et clementiã: ⁊ per ɔ̃ñs perſonã ſpũſſancti. Vñ dicit magr̃ li. j. di. ij. Pluribus modis cognoſcit̃ veritas dei per ea q̃ facta ſunt. ex magnitudine creaturarũ/ intelligit̃ cõditor oĩpotẽs. ex ordine ⁊ diſpoſitione/ ſapiens. ex gubernatione/ bonus. hec magr̃. Vñ poſſumꝰ dicere illud q̃d ſcribitur Sap. xiij. A magnitudine ſpeciei et creature/ cognoſcibil̃r poterit creator horum videri. Ecce primũ ſpeculũ in quo aliqualiter poſſumus contemplari myſteriũ ſanctiſſime trinitatis.

¶ Dico ſcd̃o ꝙ poſſumus aliqualẽ cognitionẽ de myſterio trinitatis habere ĩ quodã ſpeculo paruo: et iſtud eſt in aĩa hominis tãꝙ in imagine. Vñ dicit magr̃ lib. j. diſt. iij. ꝙ in aĩa hoĩs reperit̃ imago trinitatis ſm̃ tres potẽtias q̃ ſunt in ea. ſ. memoria/ intelligẽtia/ ⁊ volũtas. ꝑ quas potẽtias poſſumꝰ venire in cognitionẽ trinitatis iſto modo. q: iſte tres potẽtie ĩter ſe ſunt diſtincte ⁊ ſeparate: ita ꝑſone trinitatis in diuinis. Itẽ q: ſicut ex memoria ꝓcedit intelligẽtia: ⁊ ex memoria ⁊ intelligẽtia volũtas: ita ex patre filiꝰ: ⁊ ex patre et filio ſpũſſanctꝰ. Itẽ q: ſicut iſte ſunt tres potẽtie et vna aĩa: ita tres perſone ⁊ vna eſſentia. Pro tãto magiſter vbi. ſ. loquit̃ in hũc modũ. Mẽs itaqꝫ rõnalis cõſiderãs hec tria: ⁊ illã vnã eſſentiã in qua iſta ſunt: extẽdit ſe ad ɔtẽplationẽ creatoris: et videt vnitatẽ in trinitate: ⁊ trinitatẽ in vnitate. intelligit em̃ vnũ eſſe deũ: vnam eſſentiã: vnũ principiũ. hec magr̃. Ecce ſecundũ ſpeculũ paruũ. ſ. hõ creatura rationalis: in quo tãꝙ in imagine aliqualiter poſſumus cõtẽplari myſteriũ ſanctiſſime trinitatis: ⁊ ſimilis cõtẽplatio poſſet eſſe in angelo. Amplꝰ etiã cognitionẽ ꝑſonarũ trinitatis in diuinis ex multis autoritatibus ſacre ſcripture poſſumꝰ intueri/ ſm̃ ꝙ tradit magiſter lib. j. Nũc dñi in exordio ſermonis ego ſumpſi thema iſtud. Gratia dñi noſtri ieſu xp̃i. Et lꝫ nõ deduxerim ip̃m vocaliter: tñ realiter. q: declaraui trinitatẽ perſonarũ in diuinis quãtum potui: que exprimitur in ip̃o themate. q̃d ptꝫ. Nã demõſtratur nobis in themate.

Primo ꝑſona filij. ibi. gratia domini noſtri ieſu chriſti.

Secundo ꝑſona patris. ibi. charitas dei. gloſa. i. patris.

Tertio perſona ſpũſſancti. ibi. et cõicatio ſanctiſpũs ſit cũ oĩbus vobis amen.

Pro concordantia primi ſcribitur Ioh. j. Vidimus eũ plenũ gratia. ſequitur. Et de plenitudine eiꝰ nos oẽs accepimꝰ gratiã. Pro concordãtia ſecũdi ſcribitur. j. Ioh. iiij. In hoc cognouimus charitatem dei: q̃m miſit filiũ ſuũ in mũdũ vt viuamus ꝑ eũ. Pro concordãtia tertij ſcribit̃. j. ad Corinth. xij. Vnicuiqꝫ dat̃ manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatẽ. Ecce g̃ in predicto themate quõ exprimit̃ trinitas perſonarũ in diuinis. De ſanctiſſima trinitate dum ſumus in via: perfectã cognitionem habere nõ poſſumus. Sed attẽtiſſimis auribus atqꝫ deuote audiatis illud q̃d dicit venerabilis doctor Aug. in. j. de trinitate. c. ij. et. iij. et recitatur a magro lib. j. di. ij. c. j. in his verbis. Nec pigebit me (inquit) ſicubi heſito querere: nõ pudebit ſicubi erro diſcere. Quiſquis ergo hec audit vel legit: vbi pariter certus eſt: pergat mecum. vbi pariter heſitat: querat mecũ. vbi errorẽ ſuũ cognoſcit: redeat ad me. vbi meũ: reuocet me. Ita ingrediamur ſimul viam charitatis: tendentes ad eum de quo ſcriptũ eſt. Querite faciem eius ſemper. hec Aug. Non inueni plus. Explicit.

¶ In feſto ſancte trinitatis. Sermo. iiij.

Tu es magiſter in iſrael. Ioh. iij. et in euangelio hodierno. Btũs Aug. j. lib. de trini. (et recitatur a magro. j. lib. ſen. di. j.) loquẽs de myſterio trinitatis: oſtẽdẽs quõ nos debemus facere q̃n volumus aliquid diſcere vel ſcire de trinitate: dicit ſic. Mẽtis humane acies in tã validã ⁊ excellenti luce nõ figitur: niſi per iuſticiã fidei emũdetur. de hac igit̃ ſumma et excellẽtiſſima trinitate cũ modeſtia et timore agẽdũ eſt: vbi querit̃ vnitas patris ⁊ filij et ſpũſſancti: q: nec periculoſiꝰ alicubi errat̃: nec laborioſius aliquid querit̃: nec fructuoſius aliquid inuenit̃. hec Aug. Ex iſtis verbis Aug. cõcluditur ꝙ humana mẽs ex ſe nõ põt habere cognitionẽ trinitatis niſi ꝑ fidẽ: quapropter cũ modeſtia agẽdũ eſt. In cuiꝰ inueſtigatione nimis habemus laborare; q: ſi nõ: faciliter et periculoſe poſſemus errare. Et cauſa iſtorꝫ põt eſſe. Nã in illis que totaliter trãſcẽdũt rationẽ naturalem: faciliter põt quis errare: ⁊ in cognitionẽ illorꝫ (niſi per fidẽ) non põt deuenire. Nunc aũt ꝙ vna res ſit tres res: ⁊ tres res vna res: iſtud tranſcendit totaliter rationẽ naturalẽ. vñ Amb. Impoſſibile eſt diuine gñationis ſcire ſecretum: mẽs deficit: vox ſilet. Oĩbus iſtis verbis cõcordat illud q̃d ſcribit̃ ad Roma. xj. O altitudo diuitiarũ ſapiẽtie ⁊ ſciẽtie dei: ꝙ incõprehẽſibilia ſunt iudicia eius: ⁊ inueſtigabiles vie eius. Sꝫ q: myſteriũ trinitatis eſt nr̃a fides ⁊ ſaluatio: lꝫ ſit ſimpliciter ɔtra rõnem naturalẽ: attamẽ doctores tradũt nobis cognitionẽ: etſi non totaliter ⁊ ꝑfecte: tñ aliqual̃r ⁊ imꝑfecte: ⁊ hoc ꝑ creaturas. Nã inuiſibilia ipſiꝰ a creatura mundi per ea que facta ſunt intellecta cõſpiciuntur. ſempiterna quoqꝫ eiꝰ virtus ⁊ diuinitas. glo. inuiſibilia ipſiꝰ. i. pater. ſempiterna quoqꝫ eiꝰ virtus. i. filiꝰ. ⁊ diuinitas. i. ſpũſſanctus. intellecta cõſpiciũtur: per ea que facta ſunt. ſ. ꝑ creaturas. Ergo deuenimus aliqualiter in cognitionẽ trinitatis: et hoc tripliciter.

Primo per ſuam ſimilitudinem generalẽ: in creaturis repreſentatam.

Secundo per imaginem diuinalem anime inſignitam.

Tertio per ſuam operationem eternalem in natura intellectuali in figuris nobis manifeſtatam.

Prima pars.

a ¶ Dico primo ꝙ aliqualiter poſſumus deuenire in cognitionẽ trinitatis: ⁊ hoc ꝑ ſuã ſimilitudinẽ ⁊c. Unde Aug. in li. vj. de trinita. Oportet enim vt creatorẽ ꝑ ea que facta ſunt intellectũ cõſpicientes trinitatẽ intelligamꝰ. hmõi em̃ trinitatis veſtigiũ in creaturis appꝫ. hec Aug. Nũc aũt ſm̃ ꝙ dicit ſctũs Tho. veſtigiũ eſt quedã ſimilitudo ducẽs nos cõfuſe in cognitionẽ illiꝰ q̃d repreſentat imperfecte. Pro hoc doctores vidẽtes ꝙ in qualibet creatura: et in oĩbꝰ creaturis/ eſt aliqua repreſentatio trinitatis: lꝫ confuſa et imꝑfecta: dicũt ꝙ ꝓpter veſtigiũ quod eſt in creaturis poſſumus deuenire in cognitionẽ trinitatis lꝫ cõfuſe ⁊ imperfecte. et hoc doctores cõtẽplãtur iſto modo. Cõſiderãt ꝙ oẽs creature ſunt a deo ſub certo pondere: numero: ⁊ menſura. Sap. xj. Oĩa in põdere: numero: ⁊ menſura diſpoſuiſti. Dicũt ꝙ ex hoc ꝙ res ſit alicuiꝰ certi ponderis: hoc eſt in potẽtia operãtis. ⁊ cũ deꝰ operatus ſit res ſub certo põdere: dicũt ꝙ ex hoc aliqualiter poſſumꝰ deuenire in cognitionẽ diuine potẽtie: ⁊ ꝑ conſequẽs perſone patris cui attribuit̃ potẽtia. Dicũt etiã ꝙ ſi nos cõſideramꝰ ꝙ deꝰ volẽs facere ordinẽ in creaturis: fecit res in tãto vel in tanto numero: nõ in maiori vel in minori: q: tũc ſequeretur deordinatio: ſine dubio cognoſcemus ꝙ hoc ꝓceſſit ex ſua ſapiẽtia: et ſic deueniemus in aliqualẽ cognitionẽ diuine ſapiẽtie: ⁊ ꝑ conſequẽs ꝑſone filij. Dicunt adhuc ꝙ ſi nos ɔſideramꝰ ꝙ deꝰ operatꝰ eſt creaturas ſub certa mẽſura: et hoc vt meliꝰ cõſeruentur: exẽplũ de artifice qui facit domũ ſub certa menſura ⁊ non in maiori vel minori: et hoc vt nõ cito ruat: ſed vt ɔſeruetur. Sic nos conſiderãdo ꝙ deꝰ facit res ſub certa mẽſura et nõ in maiori vel minori: vt ex illa mẽſura nõ habeat eſſe deſtructiuũ: ſed potius cõſeruatiuũ. certe dicũt doctores ꝙ deueniemꝰ in cognitionẽ diuine clemẽtie ⁊ diuine pietatis: ⁊ ꝑ ɔ̃ñs ꝑſone ſpũſſancti. Dicũt etiã doctores ꝙ ſi de oĩbus creaturis conſideramꝰ quõ deus fecit eas magnas ⁊ potentes: aliqualiter cognoſcemus ſuã potentiã: ⁊ per ɔ̃ñs perſonã patris. Et quomõ fecit eas ſpecioſas et pulchras: quãlibet in ſuo ordine cognoſcemꝰ ſuã ſapiẽtiã: ⁊ ꝑ ɔ̃ñs perſonã filij. Et ſi cõſideramꝰ quõ per ip̃m gubernant̃: et fecit eas aptas alicuiꝰ rei vſui per quẽ in aliq̃d bonũ ordinant̃: cognoſcemꝰ ſuã bonitatẽ et clementiã: ⁊ ꝑ ɔ̃ñs perſonã ſpũſſancti. Hec oĩa videt̃ innuere magr̃ ſen. li. j. diſt. ij. ſic dicẽs. Pluribꝰ modis cognoſcit̃ veritas dei ꝑ ea que facta ſunt. ex magnitudine creaturarũ: intelligit̃ cõditor oĩpotẽs ex ordine ⁊ diſpoſitione/ ſapiẽs. ex gubernatione/ bonus. hec magr̃. vt ꝓ his dicat̃ ꝙ a magnitudĩe ſpeciei ⁊ creature cognoſcibiliter poterit horꝫ creator videri. Sapiẽ. xiij. Et iſta aliqualis cognitio trinitatis: quã habemꝰ gñaliter ꝑ creaturas: vocatur a doctoribꝰ veſtigiũ trinitatis: que eſt cognitio imꝑfecta: q: ex quo de creaturis nõ habemꝰ cognitionẽ perfectã: multo minus de creatore: cuiꝰ veſtigiũ reperitur in ipſis. ⁊ hoc eſt q̃d ſcribitur Iob. xj.

Foꝛſitan veſtigia dei cōpꝛehēdes. et vſqꝫ ad perfectū omnipotentē reperies. Excelſioꝛ celo eſt. Et quid facies? Pꝛofundioꝛ inferno: et vnde cognoſces? Lōgioꝛ terra menſura eius: et latioꝛ mari.

Secunda pars.

¶ Dico ſecūdo ꝙ poſſumus habere cognitionē trinitatis magis ſpecialiter: lꝫ non totaliter ꝑ ſuā imaginē aīe nr̄e inſignitam. Qꝛ aūt imago trinitatis in nr̄a aīa ſit inſignita: ita dicit magr̄ ſen. li. j. di. iij. c. ij. in his verbis. Licꝫ mēs humana nō ſit eius nature cuiꝰ deus eſt: imago tn̄ illiꝰ quo nihil eſt meliꝰ: ibi querēda et inueniēda eſt. hec magr̄. Nā deus creauit de terra hoīem: et ſm̄ imaginē ſuam fecit illū. Eccl'i. xvij. Et lꝫ in hoīe plures ſint imagines. nam eſt ibi imago creationis qd̄ eſt lumen naturale. ſ. rō. imago recreationis. ſ. gr̄a. imago ſimilitudīs dei ad quā factꝰ eſt hō ſm̄ ꝙ inq̄t glo. ſuper illo verbo. Signatū eſt ſuꝑ nos lumen vultus tui dn̄e. Attamē in ꝓpoſito dico ꝙ deuenimus in cognitionē dei ꝑ imaginē ſimilitudinis: que eſt aīe inſignita ſm̄ tres potētias quas aīa hꝫ. ſ. memoꝛiā: intelligentiā: et volūtatē. Per memoꝛiā ſimilis eſt patri. per intelligentiā filio. per voluntatē ſpūiſancto. Et quō per iſtas tres potētias poſſumꝰ venire in cognitionē trinitatis (lꝫ nō perfecte) cōtēplātur doctoꝛes iſto mō. Pꝛimo qꝛ ſicut ex memoꝛia intelligētia: ⁊ ex memoꝛia et intelligētia / voluntas: ita ex patre filiꝰ: ⁊ ex patre ⁊ filio ſpirituſſctūs. Scd̄o qꝛ ſicut he tres potentie nō ſunt maius aliquid ꝙ quelibet illarū. nā quelibet totas tres capit: ita tres ꝑſone nō ſunt maius aliq̄d ꝙ quelibet illarū aliqua. Tertio quia ſicut he tres potētie ſunt vna aīa: ita tres ꝑſone ſunt vna eſſentia. Et iō magr̄ ſnīarū cōcludēs ꝙ ꝑ iſtas tres potētias deuenimꝰ in cognitionē trinitatis. lib. j. diſt. iij. c. penul. dicit. Sicut mēs itaqꝫ rōnalis cōſiderās hec tria ⁊ illā vnā eſſentiā in qua iſta ſunt: extendit ſe vſqꝫ ad ꝯtēplationē creatoꝛis: ⁊ videt vnitatē in trinitate: et trinitatē in vnitate. intelligit eñ vnū eſſe deū: vnā eſſentiā: vnū pꝛincipiū. hec magr̄. Et ꝑ concoꝛdantia iſtius mēbꝛi dicamus: ꝙ nos gloꝛiā domini ſpeculātes: in eandem imaginem trāſfoꝛmamur. ij. ad Coꝛinth. iij.

Tertia pars.

¶ Dico tertio et vltimo: ꝙ poſſumus venire in cognitionē trinitatis: per actionē eternalem ⁊c̄. Et iſta actio eternalis ē gn̄atio filij a pr̄e: ⁊ ſpiratio ſpirituſſancti a patre ⁊ filio. In cuiꝰ actiōis cognitionē aliqualiter poſſumꝰ deuenire per actionē intellectꝰ. vn̄ ſctūs doctoꝛ parte. j. q. xxvij. art. j. in coꝛpoꝛe q̄ſtionis. Cū deus ſit ſuꝑ oīa: ea que in deo dicunt̄: nō ſunt intelligēda ſm̄ modū infimarū creaturarū / q̄ ſunt coꝛpoꝛa: ſꝫ ſm̄ modū ſupꝛemarū creaturarū / que ſunt intellectuales ſubſtātie. Dicit ſic ſctūs Tho. ſi nos conſideramus quō intellectꝰ q̄n agit. ſ. intelligendo / clare poſſumꝰ cognoſcere ꝙ hic eſt ꝓceſſio. ſ. intellectoꝛis ab intellectu: et tn̄ nō eſt aliq̄d adextra: ſꝫ adintra. Sic ſimili mō etſi nō totaliter tn̄ aliqualiter poſſumus cognoſcere ꝙ deus ab eterno intelligēdo ſe / intellectio ſua ꝓcedit ab ipō itelligēte: et tn̄ nō ꝓcedit ad aliq̄d extra: ſed adintra. et cū diſtinctus oꝛdo ſit inter itellectū ⁊ intellectionem / et diſtincte relationes oꝛiginis: qꝛ vnū ꝓcedit ab alio: ⁊ non ecōuerſo. ſolūmodo ꝓpter hoc dicimꝰ intellectū eſſe vnā perſonā: et intellectionē aliā. Amplius. qꝛ poſſumꝰ cognoſcere ꝙ intellectio dei de ſe nihil aliud ē ꝙ ipe deus: qꝛ nihil eſt in deo qd̄ nō ſit deus. dicimus ꝙ deꝰ q̄ intelligit ſe: ⁊ ſua itellectio / ſunt vnū in eſſentia: et ſunt due perſone. Ampliꝰ. qꝛ intellectꝰ quē hꝫ deꝰ de ſe ꝓcedit ab ipſo intelligēte ſe ꝑ modū ſimilitudinis: qꝛ ꝯceptio ſiue intellectio nō eſt niſi ſimilitudo naturalis rei concepte vel intellecte. itē etiā qꝛ eiuſdē nature cū ipſo: qꝛ eſt ipſemet: dicimꝰ ꝙ talis itellectio q̄ ꝓcedit ab ipō deo intelligēte ſe: ꝓcedit ꝑ modū gn̄atiōis. et dicimꝰ deū: q̄ intelligit ſe: perſonā patris: ⁊ intellectionē ſuā que eſt ipſemet: que ꝓcedit ab ipſomet intelligēte ſe: perſonā filij. Sicut ad oculū videmus in creaturis ꝙ q̄n aliq̄d pꝛocedit ab alio: ⁊ eſt eiuſdē ſimilitudinis ⁊ nature cū illo a quo ꝓcedit: dicimꝰ ꝙ ꝓcedit ꝑ modū gn̄ationis. Ampliꝰ. ſi cōſideramus ꝙ hō intelligēdo ſe: diſcernit ꝙ eſt res creata rōnalis. ⁊ ꝙ nollet deſtructionē ſuā: ſꝫ potius cōſeruationē: ſic intelligēdo ſe: diligit ſe. ⁊ iſta dilectio ꝓcedit ab intellectu et intellectione: nō in aliq̄d adextra: ſꝫ in

tra ipſummet. Sic ſimili modo: etſi nō totaliter: tn̄ aliqualiter nos poſſumꝰ cognoſcere ꝙ deus ab eterno intelligēdo ſe: diligit ſuū eſſe: ⁊ per ꝯn̄s ſe: cū nihil aliud ſit ſuū eſſe ꝙ ipſe. ⁊ iſta dilectio pꝛocedit nō in aliq̄d adextra: ſꝫ adintra ab ipſo deo intelligēte ſe: ⁊ a ſua dilectione que eſt ipſemet deꝰ. Et cū inter iſta ſint relationes diſtincte. ſ. oꝛiginis: dicimꝰ ꝙ iſte ſunt tres res diſtincte. vel ergo eſſentialiter: vel ꝑſonaliter. nō eſſentialr̄: qꝛ nihil eſt in deo qd̄ nō ſit deus: ergo ꝑſonaliter: ⁊ per ꝯn̄s deus qui intelligit: eſt vna perſona. ſ. pr̄. et deꝰ qui eſt intellectio: eſt alia ꝑſona. ſcꝫ filius. et deꝰ q̄ eſt ſua dilectio eſt alia perſona. ſ. tertia ꝑſona. Et qꝛ dilectio q̄ eſt deus: q̄ eſt tertia ꝑſona: ꝓcedit ab itellectu et intellectione: non ſm̄ modū ſimilitudinis: ſed ſm̄ modū impellēris in aliq̄d: dicit̄ ſpūs: quo noīe quedā vitalis motio ⁊ impulſio deſignat̄: put aliq̄s ex amoꝛe dr̄ moueri vel impelli ad aliquid faciēdum. Ex ſupꝛadictis ptꝫ declaratum ꝙ nos habemus cognitionem trinitatis: etſi nō totaliter: tamen aliqualiter

Pꝛimo per ſuā ſimilitudinē generalem.
Scd̄o per imaginem diuinalem.
Tertio per ſuā actionē eternalem.

Trinitatē perſonarū eē in diuinis ex multis autoꝛitatibꝰ ſcripture poſſumꝰ intueri: ſed eas impꝛeſentiarū omitto. Nūc dn̄i pꝛo ꝓſecutione mei ſermonis / ego ſumpſi thema. Tu es magiſter in iſrael. Et lꝫ non deduxerim ipm̄ vocaliter: tn̄ deduxi realiter. qꝛ ꝑ thema ſm̄ ſuas partes / nihil aliud ꝙ trinitas ꝑſonarū in diuinis in ꝓpoſito deſignat̄: quā declaraui iuxta meū friuolū intellectū. qd̄ ptꝫ ſm̄ ꝙ tria in dicto themate tanguntur que ſunt appꝛopꝛiata perſonis diuinis.

Pꝛimo ꝑſone patris firmitas. ibi. tu es.
Scd̄o ꝑſone filij ſapiētia. ibi. magiſter.
Tertio perſone ſpirituſſancti tota bonitas. ibi. in iſrael.

Pꝛo pꝛimo Exo. iij. Ego ſum q̄ ſum. Qui eſt: miſit me ad vos. Pꝛo ſecūdo Joh. xiij. Uos vocatis me magiſter et dn̄e: et bn̄ dicitis. ſum etenim. Pꝛo tertio ſcribit̄. j. Timoth. vj. Pꝛeſtat nobis oīa abunde. De iſta ſancta et gloꝛioſa trinitate non poſſumus habere perfectā cognitionē: qꝛ licet ego declarauerim ꝙ habemꝰ cognitionē per veſtigiū / ⁊ ꝑ imaginē / ⁊ ꝑ actionē intellectus: tn̄ iſta nō eſt perfecta cognitio: qꝛ plures ſunt ibi diſſimilitudines. ſꝫ ad credēdū trinitatē eſt neceſſaria fides. Itē etiā nō poſſumus habere cognitionē per rationē naturalē: qꝛ aliter nō eſſet via ad noſtrā ſaluationē: qꝛ fides non hꝫ meritū vbi humana rō pꝛebet experimētū. Greg. Studeat ergo quilibet q̄n ī iſta ſctā trinitate cogitat: ſeruare illud qd̄ Aug. li. j. de trinita. (et recitat̄ a magr̄o ſen. li. j. di. ij. c. j.) in his verbis. Nō pigebit me (inq̄t) vbi heſito querere. non pudebit ſicubi erro: diſcere. quiſquis ḡ hec audit vel legit vbi pariter certꝰ eſt: ꝑgat mecū. vbi pariter heſitat: querat mecū. vbi erroꝛē ſuū cognoſcit: redeat ad me. vbi meum: reuocet me. Ita ingrediamur ſimul viā charitatis tendētes ad eū de quo ſcriptū eſt. Querite faciē eius ſemꝑ. hec Aug. Pꝛo cōcluſione ergo ſermonis dicamꝰ illud qd̄ ſcribit̄ ad Roma. xj. Ipſi ſoli gloꝛia: ex quo omnia: per quem omnia: in quo omnia amē. Deo gratias.

¶ In feſto ſctiſſime trinitatis. Sermo. v.

SI dixero vobis celeſtia: credetis. Joh. iij. ca. oꝛiginaliter: recitatiue vero in euāgelio pꝛeſentis ſolēnitatis verbū ſcribitur quod aſſumpſi. Hodie ſancta mater eccleſia ſolennizat et facit feſtū ſanctiſſime trinitatis / patris et filij et ſpūſſancti vnius veri dei. que quidem materia eſt tota celeſtis: omnem humanam excedens intellectum: nec poteſt capi niſi per fidē. et quia beata virgo regina celoꝛum / et mater regis angeloꝛum / perfecte credidit iuxta dictum elizabeth. Beata que credidiſti: quoniam perficiētur in te ea que dicta ſunt tibi a domino. Luc. j. ad ipām ergo que plenitudinem habuit fidei et gratie: vt nos perfecte credamus celeſtia arcana ſanctiſſime trinitatis: in pꝛincipio ſermonis ipſam humiliter ſalutemꝰ mēte pia dicēdo. Aue maria ⁊c̄. a

¶ Si dixero vobis celeſtia credetis. li. ⁊. c. vbi. s. Pꝛo pn̄tis thematis declaratione et introductione / debemus notare ꝙ ſm̄ ſnīam ſctī Tho. j. ij. q. lxvij. ar. iij. ī coꝛpe. aliqua cognitio ē impꝑfecta ex pte triplici. pꝛimo ex parte obiecti. ſecūdo ex pte medij. tertio ex parte ſubiecti. Pꝛimo ex pte

obiecti cognoſcibilis differūt ſm ꝑfectuʒ
et imperfectū cognitio matutina et veſp-
tina in angelis. Nā cognitio matutina ē
de rebus ſm ꝙ habent eſſe in ꝟbo: q̄ꝛ vi-
dendo verbū diuinum: vident oīa creata
in eo tanꝙ̄ in ꝓ̄ſentatiuo: ſicut videntur
ea q̄ repreſentanť in ſpeculo. et ideo dicit
Gregoꝛiꝰ. Quid eſt qđ nō vident: q̄ viden
tē omnia vidēt. Cognitio veſpertina ē de
rebus ſm ꝙ h̄nt eſſe in ꝓpria natura: qđ
eſt imperfectū reſpectu primi eſſe. ⁊ ſic co
gnitio veſpertina eſt imperfecta reſpectu
cognitiōis matutine ex parte obiecti. Ex
parte ꝟo medij differūt ſm perfectum et
imperfectū cognitio q̄ eſt de aliqua ꝯclu-
ſione per mediū demonſtratiuū: ⁊ cogni-
tio q̄ eſt de aliqua re per mediū ꝓbabile
vel ꝑſuaſiuū: ita ꝙ cognitio q̄ eſt de ꝯclu
ſiōe ꝑ mediū ꝓbabile vł ſuaſiuuʒ eſt īꝑfe
cta reſpectu cognitiōis q̄ eſt de ꝯcluſiōe
ꝑ mediū demōſtratiuū: q̄ꝛ illa eſt vera et
ꝑfecta cognitio: et vocať demōſtratiua q̄
eſt ꝑ demōſtrationē: ſic̄ pʒ in. j. poſterioꝝ.
B Ex parte ꝟo ſubiecti differūt ſm ꝑfectuʒ
et imperfectū opinio fides et ſciētia. Nā
de ratione opinionis eſt q̄ accipiať vnuʒ
cum formidine alteriꝰ ſui oppoſiti: vnde
nō hʒ firmā inheſionem. exēplum ſi quis
opinatur ꝙ deus ſit trinus et vnꝰ: ſemꝑ
eſt cum formidine ſui oppoſiti heſitādo ſi
ſuū oppoſitū ſit verū: ꝙ deus nō ſit trinꝰ
et vnus. De ratione vero ſciētie eſt ꝙ ha-
beat firmā inheſionē cū viſione intelle-
ctiua. hʒ em̄ ſcientia certitudinē procedē
tem ab intellectu p̄ncipioꝝ que ſunt per
ſe nota: ſicut ꝙ oīs homo ſit aīal rationa
le mortale. iſtud eſt quoddā principiū ꝑ
ſe notum. ꝙ celū moueatur. ⁊ ꝙ totū ma
ius eſt ſua parte. iſta principia ſunt per ſe
nota. et de iſtis habeť vera ſcientia ⁊ cer
titudo oīmoda ſine quacūqꝫ formidine.
Fides aūt medio modo ſe hʒ: et excedit
oēm opinionē in hoc ꝙ hʒ firmā inheſio-
nē. deficit ꝟo a ſcientia in hoc ꝙ non hʒ
viſionē. et iō cognitio dei eſt imperfecta
reſpectu cognitiōis ſciētie: īmo imperfe-
ctio cognitionis eſt de ratiōe fidei. poniť
em̄ in eiꝰ diffinitione. fides eſt ſubſtantia
ſperandarū rerū: argumentū non appa-
rentiū. vt diciť ad Hebre. xj. et Augu. dic̄.
Fides eſt credere qđ nō vides. ⁊ ꝙ cogni
tio ſit ſine apparitiōe vel viſione / hoc ad-
imperfectionē cognitionis pertinet: et ſic
īperfectio cognitionis eſt de ratiōe fidei.
¶ Ad propoſitū iſta applicando. de myſte
rio ſanctiſſime trinitatis patris et filij et
ſpūſſancti: vniꝰ dei: vnius ſubſtātie: vniꝰ
eſſentie / nō licet opinari catholicis. Cuiꝰ
ratio eſt: q̄ꝛ cum de ratione opinionis ſit
ꝙ accipitur cū formidine alterius oppo-
ſiti. et q̄ꝛ talis formido heſitatio ſiue dubi
tatio cauſat erroꝛē: ideo nullus xp̄ianus
debet opinari circa trinitatē: nec circa fi-
dei articulos: quia ſic duceretur ad erro-
rem et hereſim. Et ideo q̄ꝛ btūs Thomas
fuit incredulus circa xp̄i reſurrectioneʒ:
que quidē incredulitas nō fuit infidelita
tis: ſed dubitationis: ne deteriꝰ ei eueni-
ret: xp̄s eum reprehendit. q̄ꝛ proprie opi-
nabať circa reſurrectionē: q̄ꝛ accipebat re
ſurrectionē xp̄i cum formidine ſui oppoſi
ti. ſcʒ ꝙ xp̄s non reſurrexiſſet. et ideo ad
auferendā opinionē et dubitationē dixit
ſibi xp̄s. Affer manum tuā et mitte in la-
tus meū: et noli eſſe incredulus: ſed fide-
lis. Joh. xx. Item de myſterio ſanctiſſime
trinitatis in via nō poſſumꝰ habere ſciē- C
tiam: q̄ de rōne ſui habet firmam inheſio
nē cum viſione intellectiua: cū oīs ſcien-
tia habeať per aliqua principia per ſe no
ta: et per ꝯſequens viſa. et iō opʒ ꝙ que-
cunqꝫ ſunt ſcita: ſint aliquo modo viſa.
nō autem eſt poſſibile ꝙ in via videamꝰ
trinitatem perſonaꝝ in vna eſſentia ſicut
angeli vident in patria. Ea em̄ q̄ de trini
tate credimꝰ: nos viſuros ſperamꝰ: iuxta
illud. j. Coꝝ. xiij. Videmꝰ nūc per ſpeculū
in enigmate: tūc aūt facie ad faciē. quam
viſionē angeli ⁊ ſctī h̄nt in patria. q̄ qui-
dē viſio eoꝝ ſciētia dꝛ. et iō dꝛ. j. Joh. iij.
Cū apparuerit: ſimilis ei erimꝰ: ⁊ videbi-
mus eū ſicuti eſt. Poſſumꝰ aūt habere de
myſterio ſctīſſime trinitatis fidem q̄ exce
dit opinionē in hꝯ: ꝙ hʒ firmā inheſionē
et deficit a ſciētia in hꝯ: ꝙ nō hʒ viſioneʒ.
Cognitio aūt q̄ eſt ꝑ fidē: certioꝛ eſt q̄ʒ q̄
eſt ꝑ ſciam naturalē. Nā cognitio que eſt
per ſciam naturalē certitudinē hʒ ex na-
turali lumine rōnis q̄ errare pōt: ſed co-
gnitio q̄ eſt fidē foꝛtioꝛ ē: ⁊ foꝛtiꝰ eſt ei in
herendū: ꝑ primā credulitatē. Sumꝰ em̄
in vita pn̄ti tanꝙ̄ addiſcentes: ⁊ tanꝙ̄ di
ſcipuli circa articulos fidei et myſterium
trinitatꝭ: ⁊ iō nō poſſumꝰ h̄re ſciaʒ de tri
nitate: ſed fidē. qđ pʒ in addiſcētibꝰ. nā
puer cum incipit addiſcere. a, b, c, dꝛ ſibi

a magiſtro: iſta eſt a. et iſta eſt. b. de hoc
puer nō pōt habere ſciētiā: ſed credit ma-
D giſtro ſic dicenti. Sic em̄ in grāmatica cū
puer incipit addiſcere: et dꝛ ſibi ꝙ partes
orationis ſunt octo: et ꝙ nomē ſignificat
ſubſtātiā. de hoc puer nō hʒ ſciētiā: nec ſci
ret dare rationē: ſed credit mag̅ro ſic dicē
ti. ⁊ ſic de oībus alijs ſciētijs naturalibꝰ.
et iō dicit ph̄s in. j. elēchoꝝ. Opʒ addiſcē
tē credere. et in. vj. ethi. etiā dicit / ꝙ ſi p̄n
cipia nō ſint magis credita ꝯcluſione: ha
bebiť ſolū ſm accidēs. Cū ergo ī vita pre
ſenti oēs ſimus diſcipuli ⁊ addiſcētes ce-
leſtia. ſ. articulos fidei ⁊ myſteriū trinita-
tis ⁊ vnitatis eſſentie: oēs enim doctores
Aug. Hiero. et alij quātūcūqꝫ magni ma-
giſtri / quātū ad hoc tn̄ fuerūt diſcipuli: et
per ꝯn̄s crediderūt. opʒ ergo ⁊ nos crede
re. Et q̄ꝛ in preſenti predicatione intendo
predicare vobis de altiſſimo myſterio ſan
cte et indiuidue trinitatis: ꝓut ſpūſſctūs
mihi dedit: nō debetis circa iſtud myſteri
um opinari: nec poteſtis illud ſcire: nec
habere ſciētiā de eo: ſʒ exquo eſtis tāꝙ̄ di
ſcipuli in vita ꝓ̄ſenti: opʒ vos credere. et
iō ſi dixero vobis celeſtia. ſi ꝓ q̄ꝛ dicā vo-
bis celeſtia: immo ſupraceleſtia de myſte-
rio et ſecreto trinitatis: non opinabimini
nec ſcietis: ſʒ credetis. ⁊ hoc dicunt verba
propoſita. Si dixero vobis celeſtia: crede
tis. qđ fuit thema. In q̄bus verbis in lau
dē ſctīſſime trinitatis: in edificationē ani
marū beatarū: ⁊ fidei cōfirmationē: duas
cōtemplationes pertractabo / iuxta duas
partes thematis.

In prima contēplatione explicabo myſte
rium diuinum valde abſcōditum ſancte
trinitatis: quod notatur ibi. ſi dixero vo
bis celeſtia. ſi pro quia dicam vobis cele
ſtia. in prima parte thematis.

In ſcđa contēplatione explicabo qualiter
intellectus humanus ſit per fidē ⁊ cha-
ritatem eleuatus: ibi. credetis. in ſecūda
parte thematis. Si dixero ergo vobis ce
leſtia: credetis. quod fuit thema.

Prima pars.

E ¶ Dico primo ꝙ in p̄ma
ꝯtēplatione explicabo myſteriū valde ab
ſconditū ſctē trinitatis: qđ notať in p̄ma
parte thematis. ſi dixero vobis celeſtia.
Pro quo notandū / ꝙ myſteriū trinitatis
dꝛ celeſte. Et rō eſt: q̄ꝛ celū dꝛ a celando: q̄ꝛ
celat ⁊ occultat. et q̄ꝛ iſtud myſteriū eſt ce-
latū ⁊ occultū atqꝫ abſcōditū: nō immeri
to dꝛ celeſte. et q̄ꝛ nobis eſt occultū: iō cre
dere tenemur patrē ⁊ filiū et ſpiritūſctm̄ /
vnū eē deū. Perſcrutari aūt diuina ſecre-
ta trinitatis ſine diuina reuelatione non
poſſumꝰ: q̄ꝛ mētis humane acies ita inua
lida / in tā excellēti luce nō figiť: niſi per fi
dei iuſticiā emūdeť. Aug. v. de trini. Un-
de ⁊ paulus vſqꝫ ad tertiū celū raptus di
xit: ꝙ vidit arcana dei q̄ nō licet hoī loq̄.
ij. Coꝝ. xij. Propter tres enim cauſas / ho
mo non pōt explicare verbo: nec ſcire per
fecte in hac vita trinitatis myſterium.
¶ Prima rō eſt: q̄ꝛ myſteriū trinitatis eſt
incōprehēſibile ſm ſui dignitatē. ⁊ iō ſcri
biť Roma. xj. O altitudo diuitiarū ſapiē
tie ⁊ ſciētie dei: ꝙ̄ incōprehēſibilia ſunt iu
dicia eiꝰ: ⁊ inueſtigabiles vie eiꝰ. Et rō eſt
ſi em̄ lux materialis in ſole intolerabił eſt
oculis nr̄is ꝓpter ſui excellētiā: ⁊ incōpre
hēſibilis ꝓpter ſui abūdātiam: quāto ma
gis diuina ſapiētia: cuiꝰ nō eſt numerus.
vt ſcribiť in pſ. cxlvj. Si ergo creatura in
cōprehēſibilis eſt quoad oculos corporis
quāto magis q̄ fecit creaturā incōprehēſi
bilis erit quoad mētis ⁊ corporis. Et pro
pter hoc dicit Hilariꝰ in li. de trini. Nō te
ingeras in illud ſecretū ⁊ arcanū inopina
bilis trinitatis myſteriū. nec te īgeras. i.
ſumma intelligere ⁊ cōprehendere nō pre
ſumas: ſed intellige incōprehēſibilia eſſe.
¶ Scđa rō eſt nr̄i intellectꝰ inſufficiētia.
nō em̄ ſufficit nr̄a intelligētia ad cōprehē
ſionē tāte excellētie. ⁊ iō dixit ꝓpheta pſ.
cxxxviij. Mirabilis facta eſt ſciētia tua ex
me: cōfortata eſt ⁊ nō potero ad eā. ſ. intel
ligendā vel enūciandā. Licʒ em̄ cōiter di
cať ꝙ aīa humana capax eſt ſciētie. intel-
ligendū eſt de ſciētia humana vel creata.
creatā em̄ ſcientiā intelligere pōt cū ſit fa
cta. increatā ⁊ infinitā dei ſapiētiā intelli
gere non pōt: aut ſenſu percipere excepta
aīa xp̄i: que ꝑ verbū cui vnita eſt: oīa ſcit
et intelligit ſicut deus: vt dꝛ in. iij. ſn̄iaꝝ.
Propter hūc defectū nr̄e intelligentie / di
ciť Job. xlij. Inſipiēter locutꝰ ſum: ⁊ que
vltra modū excedūt ſciētiā meā. ⁊ iō dicit
Grego. Oīs humana ſapiētia quātūcūqꝫ
polleat: dei ſapiētie cōparata: īſipiētia ē.
¶ Tertia rō eſt: qm̄ hoc myſteriū. ſ. trinita F
tis nō eſt hoībus plene nec perfecte reue-
latū. ⁊ ideo dicit Job. xxxvj. Nūquid noſti

oꝛdinē celi: et pones rōnem eius in terra. quaſi dicat nō. dicit ergo nūquid noſti oꝛdinē celi. ſ. trinitatis que dꝛ celū. vñ ⁊ lucifer dixit. In celū conſcendā. i. ad equalitatē trinitatis. Eſa. xiiij. quaſi dicat. non noſti. Hoc celū. ſ. trinitatis/ oꝛdinē habet nō prioꝛitatis tpis: nec dignitatis: nec loci: ſed nature ſiue originis, qꝛ pr̄ a nullo eſt: filius a ſolo patre eſt: ſpūſſctūs ab vtroqꝫ eſt. Qꝺ ptꝫ ꝑ exēplū fontis et luminis. eſt em̄ fons/ riuulus/ et ſtagnū: ⁊ vna eſt aq̄. fons eſt a nullo: riuulus a ſolo fonte: ſtagnū a fonte et riuulo. et riuulus induitur ſtagno vel plūbo vel hmōi. Sic filiꝰ ſolus vniuit ſibi humanā naturā: et non pr̄: nec ſpūſſctūs. Et cū dꝛ pſ. xxxv. Qm̄ apud te eſt fons vite. ⁊ ſequit̃. In lumine tuo videbimus lumē. Cōſidera in ſole ſubſtantiā/ radiū/ et caloꝛē. Radius ꝓcedit a ſole: ſic filius a patre. caloꝛ a ſole ⁊ radio: ſic ſpiritusſctūs a patre ⁊ filio. ⁊ tñ iſta tria ſunt vnus ſol: ſic he tres ꝑſone ſunt vnꝰ deus. Sequit̃ autē in autoꝛitate. Nūquid noſti oꝛdinē celi: et pones rōnē eius in terra. i. nūquid hoībus rōnē aliquā trades in terra de trinitate? quaſi dicat: nō poteris plene nec ꝑfecte tradere. Licꝫ in oī creatura poſſit reperiri oꝛdo ꝑfecte: nō tñ ita perfecte in creatoꝛe: qꝛ cū vniuerſa dei perfecta ſint opera: ſicut dꝛ Deut̃. xxxij. oꝛdo in eiꝰ operibus dꝫ reperiri. Dicit em̄ Aug. in li. de muſica: ꝙ perfectio oꝛdinis minꝰ q̄ in tribus eſſe nō pōt. nam oīs oꝛdo perfectꝰ hꝫ principiū et finē. de principio aūt ad finē nō eſt deuenire niſi ꝑ mediū. ꝓpter qꝺ dicit ꝙ ad oꝛdinē perfectū tria cōcurrunt neceſſario. ſ. principiū mediū ⁊ poſtremū: quo caret perfectus deꝰ. ita in diuinis nō eſt oꝛdo/ ꝙ vna perſona ſit p̊oꝛ altera nec

G dignioꝛ. Sed eſt in diuinis oꝛdo nature ſiue originis: ita ꝙ vna ꝑſona oritur ab altera in perfectione ⁊ equalitate omnimoda. ⁊ ideo dicit Athana. in ſymbolo. Et in hac trinitate nihil prius aut poſterius: nihil maius aut minus: ſed tote tres ꝑſone coeterne ſibi ſunt ⁊ coequales. Hoc ē valde mirabile: qꝺ ptꝫ ꝑ ſimile. nūquid eſſet mirabile: ꝙ diceremꝰ ꝙ in pūcto q̊ aliqs eſſet: ſtatim generaret anteq̄ creſceret: et generatū nō precederet. vel nō eſſet mirabile. ꝙ domificatoꝛ non precederet domū tpe: a quo domꝰ hꝫ eſſe. Sed ſi iſtud eſt mirabile: nō tñ eſt impoſſibile: qꝺ apparet ꝑ exēplū familiare. In ſole ſunt tria. ſ. ſol/ ſubſtātia/ ſplēdoꝛ ⁊ caloꝛ. a ſole exit ſplendoꝛ ⁊ radius: et a radio vel ſplendoꝛe exit caloꝛ: et tñ ſol nō precedit duratiue ſplendoꝛē: ſꝫ in pūcto quo fuit: ſplēdoꝛē dedit: et eodē pūcto ſol et ſplēdoꝛ emiſerūt caloꝛē: et tñ eodē pūcto ſimul fuerūt. Conſimile poſſet dici de lumine cādele et eiꝰ radio vel ſplēdoꝛe. ⁊ ideo dicit Aug. ꝙ ſi ab eterno pes fuiſſet: ab eterno veſtigiū in puluere expreſſiſſet: ⁊ tñ veſtigiū ſemper a pede eſſe traxiſſet. Ita in ꝓpoſito q̄uis filiꝰ in diuinis exeat a patre: tñ non eſt poſterioꝛ patre. ⁊ q̄uis ſpūſſctūs exeat a patre et filio: nō eſt poſterioꝛ eis. In humana enim gñatione opꝫ expectare tēpus ad generādū: et ex parte pr̄is ad creſcendū: qꝛ nō eſt tante virtutis in principio ſicut poſt: ⁊ ex parte filij q̄ totus ſimul non pōt generari et diſponi. Nihil hoꝝ eſt in deo. nec ꝑmū in patre: qꝛ ab eterno virtuoſus eſt. nec ſecūdū in filio: qꝛ nō de materia eſt generatus: nec mutatiōe aliqua. Iſtū ergo oꝛdinē originis: q̄ eſt in diuinis: nemo pōt in hac moꝛtali vita ꝑfecte cognoſcere: ⁊ ideo bñ dixit Iob. Nunquid noſti oꝛdinē celi? hoc eſt trinitatis: ⁊ pones rōnē eiꝰ in terra? Quia igitur in iſto die non eſt priꝰ nec poſteriꝰ: ⁊ iō dicit deꝰ Eſa. xliiij. Ego p̊mꝰ et ego nouiſſimꝰ: et abſqꝫ me nō eſt deus. Quis ſimilis mei? vocet ⁊ annūciet ⁊ oꝛdinem exponat mihi. Ubi tria dicit.

Primo ꝙ ille oꝛdo. ſ. nature non ponit in diuinis prioꝛitatem: quia dicit. Ego primus et ego nouiſſimus. D

Secundo ꝙ non ponit ſubſtantie diuerſitatem: et propter hoc dicit. et abſqꝫ me non eſt alius.

Tertio ꝙ nō ponit in aliquo alio ſcientie veritatis fecūditatē ſingularē: cū dicit. Uocet ⁊ āñūciet: ⁊ oꝛdinē mihi exponat.

Et iō ex ſupꝛadictis pꝫ: ꝙ hō ꝑfecte loqui de trinitate nō pōt. qꝺ ptꝫ etiā ꝑ duo exēpla. Primū eſt qꝺ in apocryphis Eſdre. legitur. iiij. Eſdre. iiij. Cū em̄ ipſe eſdras miraret̃ cur mali ſic floꝛēt: et boni deprimuntur. necnō et quedā alia ſecreta dei vellet inquirere: nec rōnē poſſet inuenire: angelus ſibi apparens dixit. Si vales flāmam ignis pondera: flatū venti menſura: ⁊ diē preteritā reuoca. ac ſi dicat. ſi ea que tecū ſunt: nō vales cōprehendere: quō ad ea q̄ ſupra te ſunt valebis attingere. Secūdū exemplum eſt qꝺ ponit Rabimoyſes. ait em̄ ꝙ talmuſtini dicunt: ꝙ quicunqꝫ poſuerit ingeniū ſuū circa quattuoꝛ recipiet confuſionē. qñ. ſ. vult ſcire quid eſt in ſummo: q̄d eſt in imo: quid fuit primo: ⁊ quid erit vltimo. Sūmū em̄ et primū vocat ipſum deū inquantū eſt principiū oīm. imū aūt et vltimū inquātum eſt finis oīm. Et hoc nō debemꝰ curioſe inueſtigare: qꝛ myſteriū eſt celeſte ⁊ occultum: qm̄ ſi circa inferioꝛa ⁊ creata deficit intellectꝰ nr̄: quid faciet circa celeſtia. hoc eſt circa myſteriū trinitatis: qꝺ eſt celeſte: immo ⁊ ſupꝛaceleſte. ꝓpter qꝺ dixit ſapiēs Sap. ix. Difficile eſtimamus que in terra ſunt: ⁊ q̄ in proſpectu ſunt: inuenimꝰ cū laboꝛe. que autē in celis ſunt: q̄s inueſtigabit? quaſi dicat nullꝰ. Et ſic ptꝫ ꝙ in hac vita preſenti nullus pōt perfecte ſcire myſteriū trinitatis. Q̄ꝛ ꝙ tñ nō poſſit ſciri demonſtratiue nec cognoſci: pōt tñ perſuaderi rōnibꝰ ꝓbabi-

I libus: ⁊ ꝓ p̄ſenti ſolū faciā vnā cū ſuis ꝓbationibꝰ ⁊ autoꝛitatibꝰ. pro qua educenda recipio iſtud fundamentū: ⁊ eſt fundamentū ſcti Tho. ꝙ oīs perfectio abſoluta que eſt in creatura: ꝑfectioꝛi mō eſt ī deo: al's ſequeret̃ ꝙ ſi aliqua perfectio eſſet in creatura: q̄ nō eſſet in deo: ꝙ creatura eēt perfectioꝛ deo: qꝺ eſt hereticū ⁊ abſurdū. Tūc ex iſto ſuppoſito arguit̃ ſic. oīs perfectio abſoluta que eſt in creatura eminentioꝛi modo eſt in deo: ſꝫ gñatio eſt ꝑfectio in creatura: ergo gñatio ꝑfectiꝰ eſt in deo. argumētū eſt bonū: qꝛ in tertio mō prime figure. maioꝛ ⁊ minoꝛ ſunt ꝑ ſe note. et ſic ptꝫ ꝑ rōnē ꝙ gñatio eſt in deo. Patꝫ etiā per autoꝛitatē que habet̃ Eſa. in. c. vltīo. vbi Eſaias ꝓpheta explicat natiuitatē tēpoꝛalē filij dei ſm carnē de virgine maria dic̃. Anteq̄ parturiret peperit. ⁊ anteq̄ veniret tēpus partꝰ eiꝰ peperit maſculū. qꝺ intelligendū eſt de btā virgine: que peperit ſine doloꝛe: et ſic peperit anteq̄ parturiret. Scꝺo explicat gñationē eternā que eſt in diuinis. Nūquid ego q̄ alios parere facio: ipſe nō pariam dicit dñs? Si ego q̄ generationem ceteris tribuo: ſterilis ero? ait dñs deus tuꝰ. quaſi dicat nō: imo ego generabo. et ſic patꝫ ꝙ in deo eſt gñatio.

K Tunc arguo vlterius. vbicūqꝫ eſt gñatio: generās generat aliud a ſe ⁊ ſibi ſimile. cū ſit deus generat aliū deū. ſ. in ꝑſona: non aliū in natura. et ſic erit generatio ⁊ generatū. et cū omne generās ſit pater: et om̄e generatū ſit filiꝰ: ſequitur ꝙ in deo eſt pater et filiꝰ: ⁊ ſic ſunt due ꝑſone. ſ. pater ⁊ filius. Tūc ſic vlteriꝰ. amoꝛ qui eſt inter patrem et filiū eſt perfectio: ergo talis amoꝛ erit in deo inter patrem ⁊ filiū: ⁊ ille amoꝛ eſt ſpūſſctūs: de quo ſcribit̃ Geñ. j. Spūs dñi ferebat̃ ſuꝑ aquas. et Iohel. ij. Effundā de ſpū meo ſuꝑ omnē carnē: ⁊ ꝓphetabūt filij veſtri et filie veſtre. et per ꝯñs ſic ſunt tres perſone in diuinis. ſ. generās q̄ eſt pater: generatū qui eſt filius: et amoꝛ vtriuſqꝫ q̄ eſt ſpūſſctūs. ⁊ ſic ptꝫ ꝙ in deo ſit trinitas perſonarū in eadē natura: ī eadē ſubſtātia et eſſentia. per ꝯñs vnus deꝰ eſſentialiter. Et q̄q̄ ad hoc ꝓbādū/ inducantur plures rationes ex textu ſacre ſcri-

pture ſm doctoꝛes: de preſenti tñ intēdo aliquas adducere. Et ſm expoſitionē hebraicam iſtud probatur. et primo preſupono ꝙ nomina hebꝛea que ſignificāt deum: aliquādo ponuntur ſingulariter: ⁊ aliquando pluraliter. exemplū iſtud nomen adon ſignificat deum: et adonay ſignificat dominos. et iſtud nomen heloa ſignificat deum: et iſtud nomen heloym ſignificat deos. Cum ergo in ſcriptura domini aliquando vocetur adon heloa: ideſt dominus deus: et aliquādo adonay heloym ꝙ eſt domini dij: ſequitur ꝙ ī deo eſt pluralitas. ſcilicet perſonarum: quia pluraliter nominatur. et ſingularitas eſſentie: qꝛ ſingulariter nominatur. ſicut patet in diuerſis locis biblie. Legimus enim Geñ. xix. c. loth āgelos appellaſſe adonay. hoc eſt domini mei: quia angeli profecto duo erant. ⁊ etiam laban in eodem libro. xxxj. cap. increpans iacob ait. Cur furatus es heloym. hoc eſt deos meos. et in pſ. lxxxj. ſcribitur. Ego dixi heloymaten. i. dij eſtis. et ad iſraeliticum populum dominus per moyſen ait Exo. xx. Nō habebis heloym: heloym/ hoc eſt deos aliquos. et ſic patet ꝙ heloym: et adonay pluralitatem ſignificant: et tamen in deo etiam ſingularitatem ſignificāt: qꝺ per actū cui adiūgūtur notat̃: cū ſingulari voce dicat̃ de deo fecit dixit vel aliquid tale. ⁊ nō dꝛ. dixerunt. fecerūt. ita ꝙ noīa in hebꝛaico ponunt̃ pluraliter: ⁊ verba ſignificātia actū ſingulariter. et ꝑ hoc ꝙ nomē dei pluraliter dicit̃; L

et actus ſingulariter: ptꝫ ꝙ deus vnus eſt
in pluribus perſonis. Et etiã aliqñ in ſcri
ptura et actus et nomen pluraliter ꝓfer-
tur. Hoc ptꝫ vbi ſcribit̃ ꝙ cum philiſtym
arcã dñi ꝯ ſe venire viderent: dixerũt. he-
loym heloym. i. dij ſunt hi qui percuſſe-
rũt egyptum omni plaga. hic em̃ ⁊ nomẽ
dei/ et actꝰ pluraliter ꝓferunt̃. Et ſi dicat̃
ꝙ hec rõ nõ valet: qꝛ gens illa plures de-
os habebat: et opinabat̃ eodem modo ꝙ
M plures eſſent dij iſrael queadmodũ et ſui
erant. hoc tamẽ non obſtãte/ ſimile in ge
neſi. xxxv. ſcribit̃. Locutꝰ eſt dñs ad Jacob
ſurge et aſcẽde bethel: ⁊ habita ibi: facꝗ
altare dño qui apparuit tibi quando fu-
giebas fratrẽ tuũ. hic em̃ et nomẽ dei et
actus ſingulariter profertur. dꝛ em̃ heloa
vel nire in hebraico qđ ſonat dño qui ap
paruit. Deinde ſcriptũ eſt in eodẽ textu
ꝑceptum dñi iacob impleuiſſe. ſequit̃ em̃
Edificauit ibi altare: ⁊ appellauit nomẽ
loci bethel. i. domus dei. ibi em̃ apparuit
ei deus cũ fugeret fratrẽ ſuum eſau. Hic
aũt et apparuit: et deus in hebraico plu-
raliter ꝓfertur. habet̃ quippe ibi heloym
nigli vel niglij: qđ pluraliter ſignificant
dij apparuerũt. Si em̃ ſingulariter appa
ruit dicere vellet: nigla: vel nire poſuiſſet
Cũ ergo in ſcripturis dei nomẽ et actus
quãdoꝗ ſingl'ariter: qñꝗ etiã pluraliter
ꝓferat̃ vtrobiꝗ: ptꝫ quia et deꝰ vnꝰ eſt:
et plures ꝑſone. Qꝛ autẽ ſint tm̃ tres per-
ſone: et nõ plures: pꝫ et per rõnem: ⁊ per
autoritatẽ. Primo per rõnem. nã in om̃i
re habente intellectum: nõ põt inueniri
niſi duplex ꝓceſſio. ſcꝫ per intellectum: et
ꝑ voluntatẽ. cũ deus ſit purꝰ intellectus
ſequit̃ ꝙ in deo nõ erunt niſi due proceſ-
ſiones. ſ. per intellectũ et voluntatẽ: ⁊ ſic
nõ erunt niſi due perſone ꝓcedentes. ſcꝫ
filius ꝑ intellectum: ⁊ ſpũſſanctus ꝑ vo-
luntatẽ: et vna perſona non ꝓcedens: et
illa eſt pater. et ſic ſunt tres perſone. Ptꝫ
etiã per autoritatẽ Eſaie. vj. qui trinam
dicit ſe audiſſe vocem angeloꝝ laudãtiuꝫ
et dicentiũ. Sanctus: ſanctus: ſctũs dñs
deus ſabaoth. Cur em̃ ter tãtũmodo ſan
ctus dicũt magis q̃ꝫ ſemel vel bis vel de
cies vel centies vel aliquo numero alio.
Cur ſi breuiter laudare vellẽt: ſemel ſctũs
nõ dicerẽt. ſi ꝟo multũ: cur nõ centenam:
vel millenam: vel innumerã laudẽ exhibe
rẽt. Sed hoc nõ ſine myſterio: quia cum
ter ſanctus dicunt: perſonarũ trinitatem
exprimũt. cum ꝟo dñs deꝰ ſabaoth: vnuꝫ
eſſe deum in eſſentia demonſtrant. Et ſic
ptꝫ ꝙ deus eſt trinꝰ ⁊ vnus. qđ licꝫ ratio
nibus et exẽplis oſtenſum ſit: non tñ põt
perfecte ſciri: quia hoc celeſte et occultũ
eſt. ⁊ ideo neceſſe eſt credere. In pria em̃
videbimus clare iſtud celicũ myſterium
aperte et nude: et poterit tũc dicere que-
libet aĩa ſancta. Aperti ſunt celi. ſ. pater
et filius et ſpũſſanctꝰ. qui in mundo erãt
celi hoc eſt celati. ⁊ vidi viſiones dei. Eze
chiel'. j. c. Et ſic ptꝫ in celi ordine. ſcꝫ diui
narũ perſonarũ/ eſſe tres ꝑſonas: et vnã
eſſentiã patrẽ ſcꝫ et filiũ et ſpiritumſctm̃
In q̃bus tria debemus imitari ſꝫm tria:
que ſunt in tribus perſonis. Debemꝰ em̃
imitari

Primo in patre fecunditatem.

Scđo in filio veritatem.

Tertio in ſpirituſancto charitatẽ.

¶ Dico primo ꝙ debemꝰ imitari in patre N
fecunditatẽ. Pater em̃ nõ eſt ocioſus: nec
ſterilis: ſed generat et ꝓducit filiũ (ſicut
allegatũ eſt) teſte Eſaia. Ego qui genera-
tionem ceteris tribuo: ſterilis ero? Eſaie
vlti. Sic quelibet aĩa deuota que perfe
cte hꝫ imaginẽ trinitatis: dꝫ eſſe fecunda
generando ſpũaliter bona opera tanꝙ fi
lios per gratiã et charitatẽ. Et cũ anima
videt ſe priuatã gratia diuina: et ꝑ conſe
quẽs prole ſpũali boni operis: debet dice
re xp̃o ſponſo ſuo illud qđ dixit Rachel
Jacob marito ſuo Geñ. xxx. Da mihi libe
ros: alioquin moriar. Et bene dicit mori-
ar: qꝛ ſicut arbor q̃ caret fructu: reputat̃
mortua et inutilis: igni tm̃ deputanda:
ſic aĩa ſterilis/ et fructu bonoꝝ deſtituta/
non eſt niſi tm̃ apta igni: ⁊ a xp̃o maledi
cetur: ſicut ptꝫ in ficu: in qua xp̃s fructuꝫ
nõ iueniẽs: maledixit ei dicens. Nunꝗ
ex te fructꝰ naſcat̃ in ſempiternũ. Mat.
xxj. Et ſic non hñs liberos bonoꝝ operũ
moritur ſicut dicebat Rachel. de q̃ morte
dicit beatus Berñ. Qꝛ mitius me priua-
res: o amara mors vite vſu: ꝙ fructu. naꝫ
vita ſine fructu grauior mors ẽ. hec ille.
¶ Dixi ſecundo ꝙ aĩa deuota debet imi- O
tari in filio veritatem. Ipſe em̃ filius ve-
niens in hunc mundum/ dixit de ſe. Ego
ſum via veritas et vita. Joh. xiiij. et eiuſ-
dem. xviij. dixit. Ego in hoc natus ſum: et
ad hoc veni in mundum; vt teſtimonium

perhibeam veritati. Hanc veritatẽ debet
amare fidelis anima volens cõſeruare in
ſe imaginem ſui creatoris. ſibi em̃ dicit̃
Prouerb. xxiij. Ueritatem eme. Ueritas
em̃ emitur cũ magno ſtudio/ laborãdo in
ſcientia. et quando cũ maximo labore et
ſudore cognitio veritatis acquiritur: vel
quando cum magno dãno: vel multoruꝫ
odio veritas in iudicio vel in doctrina
dicitur: vt cum predicator veritatem pro
fert predicando: vel iudex iudicando: qui
bus omnibus dicit ſapiens eccl'iaſticus
Eccl'i. xxxvij. Ante omnia opera verbum
verax precedat te. et eiuſdẽ. iiij. Non con
tradicas verbo veritatis vllo modo.
Sancti antiquitus multa deferebant ve
ritati: ideo ſcribitur. ij. Corinth. xiij. Non
poſſumus aliquid aduerſus veritatẽ: ſed
pro veritate. Sed hodie ꝟitas exoſa ha
betur. et ideo dicit Terentius in andria.
Obſequiũ amicos: ſed veritas odiũ pa-
rit. Gala. iiij. dixit apoſtolus. Ergo inimi
cus factus ſum vobis verũ dicens vobis.
Uix eſt aliq̃s qui velit veritatẽ dicere. Se
neca. Monſtrabo tibi quid omnia poſſi-
dentibus deſit. ſcꝫ qui verum dicat. Ueri
tas ita hodie ĩpugnat̃: vt frequenter cor-
ruat. Eſa. lix. Corruit ĩ platea ꝟitas. Ueri
tas in terra proſternitur dum aliquid ter
renum ei preponitur. Prouerb. xxviij. ca.
Qui cognoſcit in iudicio faciem: nõ be-
nefacit. iſte ⁊ ꝓ buccella panis deſerit ve
ritatẽ. Ueritas hodie adeo vilipenditur
vt a quibuſdam preponatur falſitas: ab
alijs vanitas: ab alijs vmbra vel pictura
veritatis. Falſitatẽ veritati preponunt:
qui inconſiderate loquũtur. ⁊ tota die vo
lunt eſſe in verbis. Bernarđ. Periclitat̃
caſtitas in delitijs: veritas in multiloq̃o
charitas in hoc ſeculo nequã. Uanitateꝫ
preponũt veritati amatores temporaliũ
vmbrã vel picturam preponunt ei hypo
crite: qui apparentiã ſanctitatis ſancti-
tati preponũt. Sed veritas q̃ nunc vili-
penditur: inualeſcet: et in futuro amato-
res ſuos liberabit: et hoſtes ſuos condẽ-
nabit. Johan. viij. Cognoſcetis veritatẽ:
et veritas liberabit vos. ij. Eſdre. iiij. Ue
ritas manet et inualeſcit in eternum: et
viuit: et obtinet in ſecula ſeculoꝝ. Sicut
ſe habet denarius falſus ad burſam viri:
ſic ſe debet habere mendaciũ ad conſciẽ-
tiam ſuã. vnde cum homo multũ dolet ſi
vnum denariũ falſum pro bono recipit:
mirum eſt quomodo non multũ dolet cũ
in ſe falſitatem deprehẽdit. Sed minus
videtur conſcientiã diligere ꝙ denariuꝫ:
qui plus de eo dolet q̃ꝫ de mendacio. P
¶ Dixi tertio ꝙ aĩa deuota debet in ſpiri
tuſancto imitari charitatẽ. Spiritũſan-
ctum qui nexus eſt amborum: imitari de
bemus vt ſimus veritatis et cõcordie ſer
uatores. ſpiritũſanctũ qui amor eſt: debe
mus imitari vt ſimus fratrũ amatores.
ſpiritũſanctũ qui donũ eſt: debemus imi
tari vt ſimus de bonis noſtris liberales.
de ꝑma habetur Ephe. iiij. Solliciti ſer
uare vnitatem ſpũs in vinculo pacis. de
ſcđa Coloſ. iij. Sup oĩa charitatẽ habe-
te: quod eſt vinculũ perfectionis. j. Pet.
iiij. Ante omnia mutuã in vobiſmetipſis
charitatem continuam habentes. hoc ſi-
gno. ſcilꝫ charitatis ſpecial'r ſignat nos
ſpirituſſanctus. Ephe. iiij. Nolite cõtri-
ſtare ſpiritumſanctum dei: in quo ſigna-
ti eſtis. Amore em̃ proximi largus eſt ille
qui neceſſaria ſibi: primo tribuit. j. Coꝝ.
xiij. Charitas patiens eſt: benigna eſt. i.
egenis larga. Non tñ eſt largitas niſi q̃
fit propter deũ. Nec ſunt dicẽdi largi qui
metu vel neceſſitate bona ſua largiuntur
ſicut arbor nucis non eſt dicenda larga
a qua validis ictibꝰ nuces excutiuntur.
Nec ille largus dicẽdus eſt q̃ vaſe pleno
vino infundit. talis enim infuſio vini eſt
perditio. Sic nec largus dicendus eſt q̃
pro gloria vel laude mundana diuitibus
bona ſua tribuit. abundanter habẽtibus
dare non eſt niſi perdere. Itẽ nõ eſt largꝰ
qui vaſe corrupto et immũdo vinũ ſuum
infundit. Ita largus dicendus non eſt q̃
hiſtrionibꝰ vel alijs perſonis inhoneſtis
ſiniſtra intentione bona ſua largit̃. Eccl.
xij. Benefac humili ⁊ non dederis impio.
Item non ſunt largi aucupes qui ad ca-
piendas aues circa laqueos abundanter
eſcã apponũt. Sic nec largi dicendi ſunt
qui ideo bona ſua largiũtur hominibus:
vt eos ſecum habeant in neceſſitatibus.
Hierem̃. v. Inuenti ſunt in populo meo
impij inſidiãtes quaſi aucupes: laqueos
ponentes et pedicas ad capiẽdos viros.
Et ſic patet quomodo debemus imitari
trinitatẽ in patre iuxta dictũ. j. Johan. ij.
Tres ſunt qui teſtimonium dant in celo
pater; verbũ; et ſpũſſanctꝰ. Et hoc de pri-

ma contēplatione preſentis ſermonis.
Secunda pars.

a ¶ Dixi in ſecūda contē-
platione ꝙ oſtenderet quomodo intelle-
ctus humanꝰ eſt eleuatus ꝑ fidē et chari
tatē: cū dicitur. credetis. Pro quo notan
dū/ ꝙ cū credere ſit actus fidei: ad fidem
duo requiruntur ꝓut dicit ſanctus Tho.
ij.ij.q.vj.articu.j. quoꝝ vnū eſt: ꝙ homi-
ni credibilia proponant: qd̕ requirit ad
hoc ꝙ aliq̄d homo explicite credat. aliud
autem quod ad fidē requiritur: eſt aſſen-
ſus credentis ad ea que proponuntur.
Quantū igit̄ ad primū horum neceſſe eſt
ꝙ fides ſit a deo. ea em̄ que ſunt fidei: ex-
cedunt rationem humanā: vnde non ca-
dūt in cognitionē hominis niſi deo reue-
lante. Sed quibuſdā quedam reuelātur
immediate a deo: ſicut ſunt reuelata apo
ſtolis et ꝓphetis: q̄buſdam aūt proponū
tur a deo mittente fidei predicatores ſm
illud ad Rom̄.x. Quomodo predicabunt
niſi mittant̄? Quantū vō ad ſecundum. ſ.
ad aſſenſum hominis in his q̄ ſunt fidei:
poteſt conſiderari duplex cauſa. vna qui-
dem exterius inducēs: ſicut miraculū vi-
ſum: vel perſuaſio hominis ducentis ad
fidem: quoꝝ neutrum eſt ſufficiēs cauſa.
videntiū em̄ vnum et idem miraculū. et
audientiū vnā et eandem predicationeꝫ/
quidā credunt: et quidam non credūt. et
ideo opꝫ aliam ponere cauſam interiorē:
que mouet hominē interius ad aſſentiē-
dum his q̄ ſunt fidei: et iſtud eſt lumen fi
dei inſpiratū a deo: qd̕ eleuat et cōfortat
intellectum: et facit ipſum aſcendere ſu-
pra naturā ſuam vt credat ea q̄ ſunt fidei
quia vt dicit ſctūs Thom̄. vbi. ſ. q. ij. art.
iij. in omnibꝰ naturis ordinatis/ inuenit̄
ꝙ ad perfectioneꝫ nature inferioris duo
concurrūt. vnum qd̕ eſt ſm propriū mo-
tum: aliud autē quod eſt ſm motū ſupio
ris nature. quod patet per duo exempla.
Primū eſt de aqua: que ſm motum pro-
priū mouetur ad centrū. ſm autē motum
lune mouetur circa centrū ſm fluxum et
refluxū. Secundū exēplū eſt iſtud. orbes
planetarū mouent̄ proprijs motibus ab
occidente in orientē: motu autē primi or-
bis ab oriēte in occidentē. Et q̄r ſola crea
tura rationalis hꝫ immediate ordinē ad
deū: perfectio ipſius non ſolū ꝯſiſtit in eo
qd̕ ſibi cōpetit ſm ſuā naturā vel ſm mo
tum ꝓprium ſue nature: ſed etiā in eo qd̕
ei attribuit̄ ex quadā ſupernaturali ꝑfe-
ctione diuine bonitatis mouēte ⁊ illumi
nāte intellectū ad credendū ⁊ aſſentiēdū
his q̄ ſunt fidei. ⁊ ideo dixit xp̄s Ioh̄. vj.
Oīs qui audiuit a pr̄e ⁊ didicit venit ad
me. ſ. per fidem ⁊ credulitatē. Quia ḡ my
ſteriū ſanctiſſime trinitatis humanū in-
geniū exuꝑat et trāſcēdit: ita vt creatura
rōnalis motu ꝓprio ad eū intelligenduꝫ
⁊ capiendū nō valeat attingere: expedit
vt ꝑ fidei lumē eleuet̄ ad hoc vt fidei tri-
nitatis aſſentiat credendo patrē ⁊ filiū ⁊
ſpm̄ ſctm̄ vnū eſſe deum incōmutabilem
⁊ eternū. Et ſic erit particeps vite eterne:
⁊ ibit de impfectiōe fidei ad ſciētie viſio-
nē in patriā: vbi videbit clare ⁊ nude per
ſonarū trinitatē in eadē eſſentia. et verifi
cabit̄ de quolibet tali illud qd̕ ſcribitur
Ioh̄. iij. Qui credit in filiū hꝫ vitam eter
nam. Et hoc de ſcd̕a contemplatione pre
ſentis ſermonis. Et ſic patent duo preno
minata.
Primū qd̕ explicui: myſteriū diuinū ſan-
cte trinitatis: ibi. Si dixero vobis cele-
ſtia. in prima parte thematis.
Scd̕m oſtēdit̄ quō intellectus hūanꝰ eſt
eleuatus ꝑ fidem et charitatē: ibi. crede
tis. in ſecūda parte thematis. Et ſic pla
ceat deo ⁊c. Explicit ſermo. Deo grās.

¶ In feſto corporis chriſti. Sermo. j.

A Panis quē ego
dabo: caro mea eſt ꝓ mun
di vita. Io. vj. c. originalr̄
ſcribit̄ thema pn̄s. San-
cta mr̄ eccl'ia hodie facit fe
ſtum ⁊ ſolēnitatē de ſanctiſſimo ſacro eu
chariſtie: in quo ſubſtantia panis et vini
ꝟtute ꝟboꝝ/ caro et ſanguis xp̄i efficitur:
q̄ ſub dictis ſpeciebꝰ/ ſumendū corpꝰ ſuū
et ſanguinē fidelibꝰ dereliq̄t. ex cuiꝰ ſum
ptione vita ſpūalis ꝯſeruat̄. ⁊ h̕ dicit xp̄s
in themate. Panis quem ego dabo ⁊c.
Pro cuius thematis declaratiōe introdu
ctiua/ debetis notare ꝙ ſm ſniam ph̄i in
ij. de aīa: om̄e participās vitā indiget ali
mēto vt ꝯſeruet̄. qd̕ patꝫ tā in creaturis
ſpūalibꝰ: q̄ corpalibꝰ. De creaturis ſpūa
libꝰ. ſ. angelis/ ptꝫ ꝙ habeāt alimētū con
ueniēs eoꝝ conditioni et nature. nā ex eo
ꝙ ſunt creature ſpūales: hn̄t alimentum
ſpirituale et panē ſpūalem: qd̕ eſt verbū
diuinū. Quēadmodū em̄ panis materia-
lis ſatiat ventrem: ⁊ nutrit corpꝰ: ſic viſio
verbi diuini: q̄ eſt panis celicꝰ: ſatiat mē-
tes angeloꝝ ⁊ nutrit ſpūaliter. qd̕ innuit
ꝓpha in pſ. cū dicit. Satiabor cū appa-
ruerit glīa tua. De iſto pane celico ange-
loꝝ loquitur propheta in pſ. Panē ange
loꝝ mādat homo. Ex quo pꝫ ꝙ aliq̄s
eſt panis angeloꝝ: qui q̄dē panis angelo
rū eſt verbū diuinū: qd̕ factū caro a fideli
bus manducat̄ in ſacro. et iō dicit ſctūs
Thomas in hymno p̄ſentis ſolēnitatis.
Panis angelicus fit panis hoīm: dat pa
nis celicꝰ figuris terminū: o res mirabi-
lis/ mādcat dn̄m pauper ſeruꝰ ⁊ hūilis.
¶ Item etiam ptꝫ in rebus corporalibus
ſm ꝙ eſt triplex gradus vite. ſcꝫ vegetati
ua: ſenſitiua: ⁊ intellectiua.
B ¶ Primo de habētibꝰ vitam vegetatiuā.
Nam arbores ⁊ plante q̄ viuunt vita ve
getatiua: indigent alimēto. qd̕ patꝫ nam
arbores et plante nō habētes humorem
moriunt̄. habentes vō humorem: ⁊ reci-
pientes eū tanq̄ alimentū viuūt: et pro-
ducūt folia/ flores/ et fructꝰ. ⁊ ſic ꝑ alimē
tum ꝯſeruant̄. et ideo dicit philoſophus
ꝙ radices herbarū ſimiles ſunt ori. nam
ſicut homo per os attrahit et recipit ali-
mentū: quo conſeruat̄ in vita: ſic plante
per radices recipiunt humorē terre tāq̄
alimentum quo nutriūtur et viuunt.
¶ Item ſcd̕o de habentibus vitā ſenſiti-
uā ptꝫ. nam animalia bruta: imo et que-
cūq̄ aīalia ſenſitiua mouent̄ ad acq̄ren-
dū cibū. Et rō eſt ſm ph̄m in. j. metaph̄.
q̄r ex ſenſibꝰ fit memoria. memoria em̄ ſe-
quit̄ phantaſiam: q̄ eſt motꝰ factꝰ a ſen-
ſu ſm actum. ſm ph̄m in lib̄. ij. de aīa. et
ſic per memoriā recordant̄ ꝙ indigēt ali-
mēto vt ꝯſeruent̄: et ex hoc mouent̄ mo-
tu locali ad acquirendū cibum. Exceptis
q̄buſdam animalibꝰ: in q̄bus ex ſenſibus
non fit memoria: que ſunt aīalia imperfe
cta: q̄r ſūt imobilia ſm locū vt cōchilia: q̄
licꝫ nō moueant̄ motu locali ad acq̄rēdū
cibū: habent tn̄ intra ſe humorē quendā
quē naturaliter attrahūt tanq̄ alimentū
de quo viuūt nutriunt̄ et conſeruant̄. Et
ſic oīa aīalia hn̄t vel indigent cibo et ali-
mento ꝓ vite cōſeruatione. et iō dixit dd̕
in pſ. cxliiij. Oculi oīm in te ſpe. do. et tu
das eſcā illoꝝ in tp̄e opportuno. Aperis
tu manū tuā: ⁊ imples oē aīal bn̄dictiōe.
C ¶ Item tertio de habētibꝰ vitā intellecti
uā. ſcꝫ de hoībus ptꝫ. nam deus prouidit
homini de cibo ⁊ ante pctm̄ et poſt pctm̄.
Ante pctm̄ quidē dedit ei duplicem cibū
ſm ꝙ duplicem defectū habebat. Primꝰ
em̄ defectus deperditio humidi ꝑ actio-
nem caloris naturalis: q̄ eſt aīe inſtrumē
tum ſm ph̄m in. ij. de anima. et ꝯ hunc
defectū vt vita ꝯſeruaret̄: prouidit deus
homini ſubueniēdo ꝑ eſum alioꝝ ligno-
rum paradiſi: ſicut nūc ſubuenit nobis ꝑ
cibos quos ſumimꝰ. In corpore em̄ hūa-
no calor naturalis agit in cibum. et diri-
git: et tranſmittit ad mēbra: et nutrit: de
ficiente autē cibo agit in humidū radica
le: ⁊ conſumit illud: ⁊ ſic hō moritur: ⁊ vita
finitur et perdit̄. exemplū ignis q̄ eſt in
lychino vel candela agit in oleū vel cerā
tanq̄ in fomentū: q̄bus ꝯſumptis agit ī
lychinū: et ſubito conſumit illud: ⁊ ſic ex-
tinguit̄ lumen. Sic eſt a ſimili de homie:
quia calor naturalis agit in cibū ſicut in
fomentū: quo conſumpto ſi cibꝰ deficiat:
agit in humidū radicale: quo conſumpto
hō morit̄: et vita finit̄. et ſic ptꝫ ꝙ ꝓpter
hūc defectū hō indiget alimēto. Scd̕us
D defectꝰ qui eſt in hoīe: eſt iſte: q̄r vt ph̄us
dicit in. j. de gn̄atiōe. illud qd̕ generatur
ex aliq̄ extraneo adiunctū ei qd̕ priꝰ erat
humido preexiſtenti: imminuit virtutem
actiuā ſpeciei. ſicut aq̄ adiūcta vino q̄ de
inde ꝯuertit̄ in ſaporē vini: ſꝫ ſm ꝙ mag
et magis additur diminuit vini fortitudi
nem: et tandem vinum fit aquoſum. Sic
igit̄ videmꝰ ꝙ in principio virtus actiua
ſpēi eſt adeo fortꝭ ꝙ pōt cōuertere de ali-
mento nō ſolū qd̕ ſufficiat ad reſtauratio
nē deperditi: ſꝫ etiā qd̕ ſufficit ad augmē
tū: ſicut ī puerꝭ. poſtmodū vō q̄n aggra-
uat̄: nō ſufficit ad augmentū: ſed ſolū ad
reſtaurationē depditi: tādē vō in ſtatu ſe
nectutꝭ/ nec ad h̕ ſufficit: vn̄ ſequit̄ detri-
mentū: et finalr̄ naturalis diſſolutio cor-
poris. Et ꝯ hūc defectū ſubueniebat̄ ho-
mini ꝑ lignū vite. habebat em̄ ꝟtutē for-
tificādi ꝟtutē ſpēi ꝯ debilitatē ꝓueniētē
ex admixtiōe extranei. Et iō de iſtis cibis
dic̄ Auguſti. iiij. de ciui. dei ꝙ cibꝰ aderat
hoī ne eſuriret: potꝰ ne ſitiret: lignū vite
ne illū ſenecta diſſolueret. et ī li. de q̄ōni.
noui et veteris teſtamēti/ dic̄ Aug. ꝙ vi-
te arbor medicīe mō corruptionē homini

prohibebat. Et ſic ptꝫ quō hō ante peccatū habuit duplex alimentū. vnū ꝓ conſeruatione vite. aliud vō ꝓ perpetuitate vite. Et qꝛ ꝓpter pctm̄ prim⁹ hō ꝑdidit ꝑpetuitatē vite: ⁊ immortalitatē ꝑdidit ⁊ alimētū: iō poſt pctm̄ dedit de⁹ ſibi cibū pro cōſeruatione vite tm̄: nō ꝓ ꝑpetuitate: et iſte cibus fuit panis/iuxta dictū dñi Geñ. iij. In ſudore vult⁹ tui veſceris pane tuo. Et ſic ex oībus ſupradictis ptꝫ quō om̄is res que hꝫ vitā: indiget alimēto vt conſeruet. Quia ergo hō ex duplici ꝯſtat ſubſtātia. ſ. ex corpore ⁊ aīa: iō duplici īdiget alimēto. ſ. alimēto corporis: ⁊ alimēto aīe. ⁊ vtriqꝫ de⁹ ꝓuidit. De corporis alimento ſcribit Eccli. xxix. Initiū vite hoīs aqua et panis. Dedit autē aīe alimentū verbū ſancte ꝑdicationis/iuxta illud. Non in ſolo pane viuit hō ⁊c. Mat. iiij. Et qꝛ verbū predicationis nō poteſt perfecte ſine gratia cōſeruare vitā ſpūalē in aīa: ideo xp̄s dñs mortis ſue tp̄e iſtud īſtituit ſacramētū: in quo dat cibū aīe vite ſpūalis cōſeruatiuū. ſ. corpus et ſanguinē ſuū ſub ſpecie panis et vini. Hoc em̄ ſacramentū dat gratiā digne ſumētibus: et ſic cōſeruat vitam ſpiritualē. dicitur em̄ euchariſtia: qꝛ interpretatur bona gratia. Quia ergo vita ſpūalis habet ꝑ gratiā: ⁊ panis iſte celicus confert gratiā: ideo xp̄s dicit in themate incepto. Panis quē ego dabo: caro mea eſt pro mūdi vita. qđ fuit thema. In quibus verbis tria notantur de hoc mirabili ſacramento euchariſtie.

Primū eſt diſpoſitio materialis. ibi. Panis quē ego dabo. ī p̄ma p̄te thematis.

Scđm eſt cōuerſio ſacramētalis. ibi. caro mea eſt. in ſcđa parte thematis.

Tertiū conſeruatio ſpūalis. ibi. pro mundi vita. in tertia parte thematis.

Prima pars.

¶ Dico primo ꝙ in verbis
E bis preaſſumptis oſtēdit diſpoſitio materialis: cū dicit. panis quē ego dabo. Pro quo notandū ꝙ cōgrua materia ⁊ magis diſpoſita ꝓ hoc ſacramēto: eſt panis: ſub quo etiā intelligit vinū. Circa materiam em̄ hui⁹ ſacramēti/multi varie errauerūt. Quidam enim qui dicuntur artaterite ſicut dicit btūs Aug. in li. de hereſib⁹: offerūt panē ⁊ caſeū in hoc ſacramēto: dicentes a primis hoīb⁹ oblationes de fructib⁹ terre ⁊ ouiū fuiſſe celebratas. ⁊ ſic dicunt mō debere fieri. Alij vō. ſ. cathefrige et pecutiani de infantis ſanguine: quē de toto ei⁹ corpore minutis pūctionibus vulneribus extorquēt: quaſi euchariſtiā ſuā cōficere perhibētur miſcēdo eū farine panem inde faciētes pro materia ſacramēti. Alij vō qui dicūtur aquarij aquā ſolā ſub ſpecie ſobrietatis in hoc ſacramēto offerunt. Oēs aūt hi errores ⁊ ſimiles excludunt ꝑ hoc ꝙ xp̄s hoc ſacramentū ſub ſpecie panis ⁊ vini inſtituit: ſicut ptꝫ Mat. xxvj. Et ſic materia cōgrua cōueniēs ⁊ diſpoſitiua ad hoc ſacramētū eſt panis. ſ. et vinū. panis triticeus et vinū vitis. Ratio aūt congruētie panis et vini ꝓ materia huius ſacramēti ptꝫ quattuor rōnibus. Prima rō
eſt ꝓpter vſum hui⁹ ſacramēti: ꝗ eſt man F
ducatio. Sicut em̄ aqua aſſumit in ſacramēto baptiſmi ad vſum ſpūalis ablutionis: qꝛ corpalis ablutio cōiter fit in aqua ita panis et vinū qb⁹ cōiter hoīes reficiūtur: aſſumūtur in hoc ſacramēto ad vſum ſpūalis māducationis. Scđa rō: videlicꝫ quare due ſpecies diſtincte. ſ. panis et vinū ſint materia hui⁹ ſacramēti: eſt iſta. ꝓpter paſſionē xp̄i in qua ſanguis a corpore eſt ſeparatus. ⁊ iō in hoc ſacramēto qđ eſt memoriale dñice paſſionis ſeorſum ſumitur panis vt ſacramentum corporis: et ſeorſum vinū vt ſacramentum ſanguinis. Tertia rō quantū ad effectū cōſideratū in vnoquoqꝫ ſumentiū: quia vt Ambro. dicit ſuper epiſtolā ad Corinth. hoc ſacramentū valet ad tuitionē aīe et corporis. et iō caro xp̄i ſub ſpecie panis ꝓ ſalute corporū: ſanguis vō ſub ſpecie vini ꝓ ſalute aīe offertur. ſicut dꝛ Leuit. xvij. ꝙ aīa omnis carnis in ſanguine eſt. Quarta rō eſt quātum ad effectum reſpectu totius eccleſie: que cōſtituitur ex diuerſis fidelibus ſicut panis conficitur ex diuerſis granis. et vinū ex diuerſis vuis. ſicut dicit glo. ſuꝑ illud. j. Cor. x. multi vnū corpus ſumus in xp̄o. Sicut em̄ ex multis granis vnus panis efficitur: et ex multis racemis vinum confluit ⁊c. Et ſic patet ꝙ materia conueniens ⁊ cōgrua hui⁹ ſacramēti eſt panis: et etiā vinū ſm̄ rōnes predictas quas ponit ſctūs Tho. vlti. par. ſum. q. lxxiiij. ar. j.

¶ Sed poteſt queri circa materiam pa G
nis huius ſacramenti/ vtrum omnis panis cuiuſcunqꝫ ſpeciei; ſcilꝫ triticeus vel

ordeaceus vel milij vel adace poſſit eſſe materia hui⁹ ſacramēti. Dicendū ꝙ non cui⁹ ratio eſt: qꝛ ad vſum ſacramentorum aſſumit talis materia qua cōmuni⁹ homines vtunt: vtūtur autem hoīes pane triticeo. nā alij panes vident eſſe ītroducti in hui⁹ panis defectū: ⁊ proprie nō dicunt panes: ⁊ ideo xp̄s in hui⁹ panis ſpecie/hoc ſacramentū inſtituit: qui etiam panis cōfortat hominē. et ſic qꝛ eſt cōfortatiu⁹: cōuenienti⁹ ſignificat effectū hui⁹ ſacramenti. Item etiā rōne cōparatiōis nam xp̄s qui eſt in hoc ſacramēto: ſe grano frumento cōparauit. Iohā. xij. dicēs. Niſi granū frumenti cadens in terrā mortuū fuerit: ipſum ſolum manet. ſi autem mortuū fuerit: multū fructū affert. qđ de xp̄i corꝑe intelligit. qꝛ per mortē eius fructus nr̄e redēptionis effect⁹ eſt. Et ſic panis tritice⁹ eſt materia ꝯueniens huius ſacramenti. ¶ Item querit vtrum requiratur determinata quantitas panis ⁊ vini ad materiā huius ſacramenti. Dicēdū ꝙ quidam dixerūt ꝙ ſacerdos nō poſſet conſecrare immenſam quātitatem panis aut vini: puta totū panē qui venditur in foro: aut totū vinū qđ eſt in dolio. Sed hoc nō videt eſſe verū: qꝛ in oībus habētib⁹ materiā: ratio determinationis materie ſumit ex ordine ad finem: ſicut materia ſerre eſt ferrum vt ſit apta ſectioni. finis aūt huius ſacramēti eſt vſus fideliū: et iō opꝫ ꝙ quātitas materie hui⁹ ſacramenti determinet per cōparationē ad vſum fideliū. non aūt pōt eſſe ꝙ determinet per cōparationē ad vſum fideliū qui nūc occurrūt: alioquin ſacerdos habens paucos parochianos nō poſſet cōſecrare multas hoſtias. ⁊ iō materia hui⁹ ſacramenti determinat per cōparationem ad vſum fideliū abſolute: numer⁹ autē fideliū eſt indeterminat⁹: et ideo non pōt dici ꝙ quātitas materie hui⁹ ſacramēti ſit determinata. ⁊ ſic quilibet ſacerdos poſſet vnica conſecratione conſecrare totum panē qui eſt in furno: et totū vinū qđ eſt in cellario: et eſſet vera conſecratio.

H ¶ Alterius querit ſi hoc ſacramētū debꝫ confici ex pane azymo vel fermētato. Dicendū ꝙ circa materiā hui⁹ ſacramenti duo poſſunt cōſiderari. ſ. quid ſit neceſſariū et ꝗd cōueniens. Neceſſariū quidē eſt vt ſit panis triticeus ſine quo nō perficit ſacramentū. Nō eſt autem de neceſſitate ſacramēti ꝙ ſit azym⁹ vel fermētat⁹: qꝛ in vtroqꝫ confici pōt. Conueniēs aūt eſt vt vnuſquiſqꝫ obſeruet ritū ſue eccl'ie in celebratione ſacr̄i. Super hoc autē ſunt diuerſe cōſuetudines eccl'iarū. dic̄ em̄ beatus Grego. in regiſtro. Eccl'ia offert azymos panes ꝓpterea qꝛ dñs ſine vlla commixtione ſuſcepit carnē: ſed cetere eccl'ie offerūt fermentatū ꝓ eo ꝙ verbū patris indutū eſt carne: ſicut et fermentū miſcet farine. Et iō ſicut peccat ſacerdos ī eccl'ia latinorꝫ celebrans de pane fermētato: ita peccaret preſbyter grec⁹ in eccl'ia grecorꝫ celebrās de azymo pane quaſi peruertēs eccl'ie ſue ritum. Tamē conſuetudo de pane azymo celebrando rationabilior eſt propter tria.

Primo quidem propter inſtitutionē xp̄i: qui hoc ſacr̄m inſtituit primo dierū azymorū: vt habet Mat. xxvj. et Mar. xiiij. et Luce. xxij. qua die nihil fermentatū in domibus iudeorum eſſe debebat: vt habetur Exodi. xij.

Scđo quia panis eſt ꝓpter ſacr̄m corporis xp̄i: qꝛ ſine corruptiōe cōceptū eſt: magis ꝗ diuinitatis ipſi⁹: que non eſt in ſacramento ex vi ſacramenti.

Tertio qꝛ hoc magis competit ſinceritati fideliū que requirit ad vſuꝫ hui⁹ ſacramēti ſm̄ illud. j. Cor. v. Paſcha nr̄m immolat⁹ eſt xp̄s: itaqꝫ epulemur ī azymis ſinceritatis et veritatis. Habet tū hec ꝯſuetudo grecorꝫ aliquā rationē et ꝑ cōſuetudinē tactā ſuperi⁹ per Gregoriū et in deteſtatione hereſis nazareorꝫ: qui legalia euāgelio miſcebāt. Et ſic ptꝫ ꝙ in vtroqꝫ tam azymo ꝗ fermentato pōt confici: tū ꝗlibet dꝫ conficere ſm̄ ritū ſue eccl'ie. latinus ī azymo: ⁊ grec⁹ in fermētato: et ꝯtrā faciēs nō ꝯſecrat: ſed peccat mortaliter: qꝛ agit ꝯ inſtitutionē ſue eccl'ie: et eſt puniendus: qꝛ vt habetur ex̄ de celebratione miſſarū. c. litteras. punitur ſacerdos ꝗ in pane fermētato et cypho ligneo miſſarū ſolēnia celebrare ꝓſumpſit. Et ſic ptꝫ ꝙ panis triticeus de neceſſitate eſt mate
ria hui⁹ ſacr̄i: azym⁹ aūt de ꝯgruitate. I

¶ Alteri⁹ etiā videt ꝙ ꝓpria materia huius ſacramēti nō ſit vinū vitis: ſed vinuꝫ cuiuſlibet ſpeciei. Dicendū ꝙ nō niſi tm̄ vinum vitis. quod patet triplici ratione. Primo quidē ꝓpter inſtitutionē xp̄i/qui

in vino vitis hoc ſacramentū inſtituit: vt
ptꝫ ex eo qḋ ipſe dicit Mat.xxvj.ꝛ Mar.
xiiij.circa inſtitutionē huius ſacramenti.
Amodo nō bibā de hoc genimīe vitis ꝛc.
et Luce.xxij.Nō bibā de gn̄atiōe vitꝭ ꝛc.
Secūdo qꝛ ſicut dictū eſt: ad materiā ſa⸗
cramēti aſſumit illud qḋ ꝓprie et cōiter
hꝫ talē ſpeciē. ꝓprie aūt dꝛ vinum qḋ de
vite ſumit: alij aūt liquores vinū dicunt
ſm quandā ſimilitudinē ad vinū vitis:
ſed proprie nō dicunt vinū. Tertio qꝛ vi⸗
nū vitis magis cōpetit effectui huius ſa⸗
cramenti qui eſt ſpūalis leticia.quia ſcri⸗
ptū eſt ī ps.ciij.ꝙ vinū letificat cor hoīs.
Item etiā pōt addi quarta ratio: quia
ſicut dn̄s ſe cōparauit grano frumēti:ita
etiā ſe cōparauit viti dicens Johan.xv.
Ego ſum vitis vera.ſed ſicut ſolus panis
frumēti eſt materia huiꝰ ſacramēti: ita ſo
lum vinū vitis eſt materia huiꝰ ſacramē⸗
ti.Aque aūt appoſitio in vino:ꝙꝙ nō ſit
de neceſſitate ſacri: eſt tn̄ de cōgruitate.
Primo quidē ꝓpter inſtitutionem ſacra
mēti.ꝓbabiliter em̄ credit ꝙ dn̄s hoc ſa
cramentū inſtituit in vino aq̄ permixto.
vn̄ dꝛ Prouerb.ix.Bibite vinū qḋ miſcui
vobis.Scḋo qꝛ hoc cōuenit repſentatio⸗
ni dn̄ice paſſionis. et iō dicit Alexander
pa.de cōſe.diſt.ij.c.j. In ſacroꝝ oblatio⸗
nibꝰ que inter miſſarū ſolēnia dn̄o offerū
tur: panis et vinū aqua permixtū in ſa⸗
crificiū offerātur. non em̄ debet in calice
dn̄i aut vinū ſolū:aut aqua ſola offerri:ſꝫ
vtrūqꝫ permixtū:qꝛ vtrūqꝫ de latere xpi ī
paſſione ſua ꝓfluxiſſe legitur.Et ſic patꝫ
quomō panis triticeus eſt materia diſpo
ſita et cōgrua huius ſacramēti: ſub quo
intelligit vinū aqua permixtum.Et ideo
de xpo qui dedit panē hunc quē inſtituit
ꝓ materia huius ſacramēti:dꝛ Johā.vj.
Panem de celo dedit eis manducare. Et
hoc de primo.

Secūda pars.

K ¶ Dico ſecūdo ꝙ in ver
bis thematis preaſſumpti oſtendit con⸗
uerſio ſacramētalis:cū dicitur.caro mea
eſt.Pro quo notādū ꝙ ſm fidei ỽitatem
in hoc ſacro ſubſtātia panis ꝛ vini ỽtute
ỽboꝝ in corpꝰ et ſanguinē xpi conuertit:
et ſic verū corpꝰ ꝛ verꝰ ſanguis eiꝰ in hoc
ſacro eſt:qḋ tn̄ ſenſu dephendi non pōt:
ſed ſola fide q̄ autoritati diuine innitit.
vn̄ ſuper illud Luce.xxij. Hoc eſt corpus
meū qḋ ꝓ vobis datur. dicit Cirillꝰ. Nō
dubites an h̄ verū ſit: ſed potius ſuſcipe
verba ſaluatoris in fide: cū em̄ ſit veritas
nō mentit. Cū autē verum corpus xpi ſit
realiter ꝛ veraciter in hoc ſacramento:eſt
conueniens propter tres rationes.
Primo quidē cōuenit pfectioni noue legꝭ
ſacrificia em̄ veteris legis illud verū ſacri
ficiū paſſionis xpi ꝯtinebāt ſolū in figu⸗
ra/ſm illud Hebre.x. Umbrā hn̄s lex fu⸗
turoꝝ bonoꝝ nō ipſaꝫ imaginē rerū.et iō
oportuit vt aliq̄d plꝰ haberet ſacrificium
noue legꝭ a xpo īſtitutū: vt.ſ.ꝯtineret ipꝫ
paſſum nō ſolū in ſignificatiōe vl' figura
ſed etiā in rei ỽitate. Et iō hoc ſacrm̄ eu
chariſtie in q̄ eſt realiter ꝛ veraciter corpꝰ
xpi:et ipſum xpm realiter ꝯtinet.vt dicit
Diony.iiij.c.celeſtis hierarchie: ē pfectiſ
ſimū oīm ſacroꝝ in q̄bꝰ ỽtꝰ xpi pticipat.
Scḋo hoc cōpetit charitati xpi:ex q̄ ꝓ ſa
lute nr̄a corpꝰ verū nr̄e nature aſſumpſit
qꝛ maxime propriū amicitie eſt cōuiuere
amicis: vt phs dicit.ix.ethicoꝝ. Suā pre
ſentiā corpalē nobis repromittit in pre⸗
miū.Mat.xxiiij.Ubicūqꝫ fuerit corpꝰ:il⸗
luc congregabunt et aquile. Interim tn̄
nec ſua pſentia corpali in hac peregrina⸗
tione nos deſtituit:ſed p veritatē corpis
et ſanguinis ſui nos ſibi cōiungit in hoc
ſacro.vn̄ ipe dicit Joh.vj.Qui māducat
meā carnē:et bibit meū ſanguinē: in me
manet:ꝛ ego in illo.vn̄ hoc ſacrm̄ eſt ma
xime charitatis ſignū:ꝛ nr̄e ſpei ſubleua
mētū ex tā familiari ꝯiūctiōe xpi ad nos.
Tertio hoc cōpetit perfectioni fidei:q̄ ſi⸗
cut eſt de diuinitate xpi:ita eſt de eiꝰ hu⸗ L
manitate/ſm illud Joh.xiiij.Creditis in
deū et in me credite.et qꝛ fides eſt inuiſi⸗
biliū:ſicut diuinitatē ſuā nobis xps exhi
bet inuiſibilr:ita et in hoc ſacro carnem
ſuā nobis exhibet īuiſibili mō. Que q̄dā
nō attēdentes poſuerūt corpꝰ et ſangui⸗
nē xpi nō eſſe in hoc ſacro: niſi ſicut in ſi⸗
gno:qḋ eſt tanq̄ hereticū abijciendū:vt⸗
pote ỽbis xpi ꝯriū. vn̄ et Berengarius q̄
primꝰ inuentor huiꝰ erroris fuerat:poſt⸗
ea coactꝰ eſt ſuū errorē reuocare: ꝛ verita
tē fidei ꝯfiteri. In hūc errorē inciderunt
q̄dam xpi diſcipuli:qui audientes a xpo.
Caro mea vere eſt cibꝰ: et ſanguis meus
vere eſt potus. Joh.vj.dixerūt. Quō pōt
hic nobis carnē ſuā dare ad manducādū.

Anima nr̄a nauſeat ſup cibo iſto leuiſſi⸗
mo.Numeri.xxj.propter qḋ ſcandalizati
ſunt:et abierūt retrorſum. Hoc em̄ crede
re recuſantes ptinaces et increduli facti
ſunt pmi heretici:vt magiſter dic̄ ī textu
x.diſt.iiij.pma hereſ.de ꝯſecra.diſ.ij.ca.
ego berēgarius. Hūc errorē ſequūtur ad
huc hodie boemi dicētes ꝙ corpꝰ xpi nō
eſt veraciter nec realiter in hoc ſacro:niſi
ſpūaliter tanq̄ in ſigno: ꝓbātes ꝙ illud
qḋ xps dixit diſcipulis Joh.vj.cū vidiſſꝫ
ꝙ ſcandalizati fuerāt ꝓpter hoc ꝙ dixe⸗
rat.Caro mea vere eſt cibꝰ.et multi abie
rūt:dixit.Uerba q̄ ego locutus ſuꝫ vobis
ſpūs et vita ſunt.Ex quo ſumūt fomitem
ſui erroris:ꝙ ꝓpter h̄ ꝙ dixit xps.ſpūs ꝛ
vita ſunt.ꝙ corpꝰ xpi tm̄ ſit in ſacramen
to ſpiritualr tanq̄ in ſigno:et non realr.
Ad qḋ rn̄det ſctūs Thom.in ſumma ꝯ gē
tiles:ꝙ hoc qḋ xps dixit.Uerba q̄ ego lo
cutus ſum vobis:ſpūs ꝛ vita ſunt.referē
dum eſt ad modū māducādi corpꝰ xpi in
hoc ſacramēto:et nō ad modum eſſendi.
qm̄ lꝫ ſit ibi realiter vera xpi caro et verꝰ
ſanguis:manducat tn̄ ſpūaliter:qꝛ nō cō
uertit in ſubſtantiā ſumentis ꝛ comeden
tis:ſed potiꝰ ſumens et comedēs incorpo
rat ſpūalr cibo:ſicut dicit btūs Auguſ.in
perſona xpi. Nec tu me mutabis in te ſic
cibū carnis tue:ſed tu mutaberis in me.
Quia g̊ in hoc ſacro eſt vera xpi caro: et
verus ſanguis:qḋ ſenſu dephēdi nō pōt:
ſed ſola fide:tn̄ ad perſuadendū his que
ſunt fidei in ſacramento hoc:ducam ali⸗
quas rationes ꝛ ſimilitudines naturales
ad fidei confirmationem/circa mirabilia
que ſunt in hoc ſacramento.
M ¶ Primū mirabile eſt: ꝙ ſubſtātia panis
cōuertit in corpꝰ xpi. ꝛ vini in ſanguineꝫ
ſolo verbo ſacerdotis:ſicut ptꝫ ex̄ de cele
bra.miſſarū.Cū marthe.et infra.h̄ valde
mirabile.nunq̄d foret mirabile ꝙ homo
cōuerteret in leonē:vel leo in bouem.cer
te ſic.ſed hoc eſt maiꝰ:qꝛ vtrūqꝫ h̄ corru⸗
ptibile: ibi aūt vinū ꝛ panis:aliud incor
ruptibile qꝛ caro xpi. Sed ſi eſt mirabile:
nō tn̄ īpoſſibile:qḋ apparet p multa exē⸗
pla ī natura familiaria. Primū exēplū eſt
qḋ narrat Aug.de ciui.dei: ꝙ ī hibernia
eſt lacꝰ in q̄ ſi figatur lacea:totū illud qḋ
intrat terrā vel arenā:mox cōuertit in fer
rū.et qḋ manet in aqua: cōuertitur in la⸗
pidem. et quod remanet extra manet li⸗
gnum ſicut prius. Narrat etiā Iſidorꝰ ꝙ
in grecia eſt fons in quo quicquid immer
gitur: in lapidem cōuertitur. qḋ volens
ꝓbare rex Fredericus/ partē chirothece
immiſit:ꝛ mox in lapidē cōuerſa fuit. Si
ergo hoc pōt facere natura: vt iſta q̄ ſunt
multū difficilia.ſ.ferrum terra et lapis:
quanto magis virtus diuina poteſt con⸗
uertere panem in carnē: et vinum in ſan
guineꝫ q̄ ſunt magis difficilia. Ulterius
videmus ꝙ terra cōuertit in aurū et ar⸗
gentū naturalr:vt pꝫ in mineralibꝰ. nam
doctores dicūt et precipue Bern.ꝙ aurū
nō eſt niſi terra rubea.et argentū non eſt
niſi terra alba.et terra obſcura naturalr
cōuertitur in carbunculum luminoſum.
Quid ergo mirum ſi virtus diuina cōuer
tit panem in corpus etiam glorioſum.
Item etiā videmꝰ ꝙ natura aquā putre⸗
factā in vite cōuertit in dulce vinū.putre
factā oliuā ꝯuertit in dulce oleū. putrefa
ctam engaddi vineā cōuertit in balſamū
putrefactū humorē in qualibet arbore cō
uertit in fructū. Quid ergo mirū ſi virtꝰ
diuina pōt cōuertere panē in carnē: ꝛ vi
num in ſanguinē: Nunq̄d pōt minꝰ ỽtus
diuina q̄ natura: Quid ampliꝰ extra que
rimꝰ: experimur em̄ ꝙ panē quē comedi⸗
mus: ỽtute naturali ꝯuertimꝰ in noſtraꝫ
carnē.et vinū qḋ bibimus: cōuertimꝰ in
noſtrū ſanguinē.nunq̄d plꝰ poterit ỽtus
xpi q̄ virtus vteri nr̄i. Nunq̄d xps qn̄ ha
bebat corpꝰ mortale: conuertebat paneꝫ
quē comedebat:in ꝓpriā carnē. et vinū
qḋ bibebat:in propriū ſanguinē. g̊ nunc
qn̄ hꝫ corpus immortale: nō poterit idē:
Hoc etiā oſtendit ſcriptura in figura. Si
em̄ de nihilo fecit mūdū.et limum cōuer
tit in hoīem:et coſtam conuertit in euā:ꝛ
virgam moyſi in colubrū. et mare rubrū
in ſanguinē: nunq̄d poterit cōuertere pa
nē in carnē:et vinū in ſanguinē: Cōfitea
mur g̊ ꝙ bene dixit xpus et verum eſt: ꝙ
panis quem ego dabo: caro mea eſt.
¶ Scḋm mirabile eſt:ꝙ iſta conuerſio fit N
ſubito ſine om̄i preuia mutatiōe ꝛ diſpo⸗
ſitione.et hoc intelligo ex parte panis et
vini:et ex parte corporis ex ſanguinis xpi
hoc eſt mirandū. Nunq̄d eſſet mirandū
ꝙ granum ſubito conuerteret in herbā
ſine diſpoſitione preuia in grano corrum
pente ſucceſſiue. Uidemus enim ꝙ ſilicē
conuertunt homines in vitrum. et fari⸗

nām ⁊ aquā in panem: ſed multis preuijs
mutationibꝰ ⁊ diſpoſitionibꝰ. hic aūt nō:
ſed ſubito. quō ergo. Et lꝫ ſit mirabile: nō
eſt tn̄ impoſſibile qđ ptꝫ per exēplū in na
tura familiare. Uidemꝰ em̄ ꝙ ignis ī par
uiſſimo tpe paleā cōuertit in cinerē. et ful
gur aurū rubiginatū in aurū purum. et ca
lor naturalis ſatis cito cibū ⁊ potū in car
nē et ſanguinē ꝓpriū. Si ergo iſta agētia
faciūt iſtos effectus in vna hora: nūquid
ſm regulā phi / virtꝰ fortior duplo faciet
in media hora. qr ad augmētū virtutis in
agēte: diminuit tēpꝰ in actione ſm phm.
Cū ergo virtus diuina excedat in infinitū
virtutē oīm agētiū naturaliū: poterit hoc
facere ſubito ⁊ in puncto. Legimus em̄ ꝙ
in britānico mari ſunt quedā arbores que
fructus quoſdā gignūt ſimiles auibꝰ ꝓ ro
ſtrū in arbore depēdētes: qui ſi maturi fi⸗
ant et in aqua cadāt: mox vt aquā tangūt
in naturā vere volatilis auis trāſeūt. ſi an
teq̄ cadāt de arbore aſſumāt: fructꝰ ſunt:
et nō aues. Si ergo iſte cōuerſiones fiūt
ſubito virtute nature: nunquid in hoc ſa⸗
cramēto fieri poterit virtute diuina? nun
quid poterit plus dn̄s q̄ ſeruus? rex q̄ mi
les. virtus diuina q̄ humana? Sꝫ iſta cō
uerſio eſt ita ſubita: ꝙ tota pficit ſine diſ
poſitione aliqua in vltima vboꝝ ſyllaba.
nā dicta prima ſyllaba: et tota forma vſqꝫ
ad vltimā ſyllabam excluſiue: adhuc adeſt
panis: nec aliquid adeſt de xp̄i carne: nec
aliqua eſt facta mutatio in pane ad expel
lendū: nec in xp̄i carne ad induēdū. Sed
ꝓlata vltima ſyllaba: mox abeſt panis to
tus: ⁊ adeſt xp̄s deus ⁊ hō perfectus. Hoc
eſt mirabile: ſꝫ tn̄ poſſibile. ptꝫ ꝑ ſimile in
donationibus. nā ſi habeo vnū caſtrum ⁊
volo illud meū cōuertere: et facere tuum.
ſi dixero do / adhuc eſt meū. tibi adhuc. ſꝫ
ſi dico caſtrū. nūc qđ erat meū: factum eſt
tuū. non ꝙ maioris virtutis ſit vltima ſyl
laba q̄ alie: ſed vltima ſyllaba in virtute
ſua et preuiarū meū ſubito facit tuū. Hoc
aūt mirabile oſtendit deꝰ antea in figura.
nā conuertit ſubito carnē in ſalē: qr vxorē
loth in ſtatuā ſalis. Gen̄. xix. Si ḡ ibi ſubi
to carnē in ſalē: et hic pōt panē in carnē.
Confiteamur ergo veritatē quā xp̄s dixit.
Panis quē ego dabo: caro mea eſt.
D ¶ Tertiū mirabile eſt: ꝙ in hoc myſterio
eſt panis ſubſtantie deſitio: ſed cū accidē⸗
tiū retētione ⁊ cū deceptione. nā odoris ⁊
ſaporis et hmōi. hoc eſt mirabile. Nunq̄d
appareret mirabile ꝙ aliqua res haberet
figurā vt homo: faciē vt hō: loqueret̃ am⸗
bularet vt hō: mādücaret ⁊ ſimilia: ⁊ tamē
nō eſſet hō. Ita recte eſt in ꝓpoſito. nā vi
demus in hoc ſacramēto panis colorem.
guſtamus panis ſaporem. odoramus pa⸗
nis odorem. ex illo ſaturamur: nutrimur:
augmētamur et hmōi: et tn̄ non eſt ibi pa
nis. Sed ſi eſt mirabile: nō tn̄ impoſſibile
et hoc apparet in deceptiōe ſenſuū ꝑ ſimi
le. nā videmus ꝙ alchimiſte deducent in
aliquo metallo accidētia auri vel argenti
vt luceat vt aurū: flāmā ſuſtineat vt aurū:
et tn̄ nō erit aurū verū: ſed alchimicū. Ita
in ꝓpoſito videtur accidentia panis: ⁊ tn̄
nō eſt ibi panis. Nūquid viſus decipit̃ in
ſole iudicādo eū bipedalē: q̄ tn̄ eſt maior
tota terra. Nunquid auditus in vocū nu⸗
mero: ſi forte iudicet qn̄ clamamꝰ in valle
vel puteis: fore duas voces. vnā claman⸗
tis et aliā reſpōdētis: q̄ tn̄ nō eſt niſi vna.
Nunq̄d guſtus cholericus īfirmi iudicat
lac amarū: qđ tn̄ eſt dulce. Nō eſt ergo mi
rū: qr in eſcis decipit̃ ſenſus circa accidē⸗
tiū ſubiectū ex cōditione accidētiū: ſi deci
piat̃ in hoc mirifico ſacramēto ꝓpter acci
dētia manifeſta. Nā oēs ſenſus decipiun
tur excepto auditu. hoc oſtēdit deus in fi
gura Gen̄. xxvij. in yſaac: q̄ fuit deceptꝰ in
refectione iacob. Per yſaac em̄ intelligit̃
quilibet noſtrū: vel ſenſus humanus. et ꝑ
iacob intelligitur hoc ſacramētū. nā ſicut
in yſaac deficiebat viſus: qr caligauerant
oculi eius ⁊ videre nō poterat: decipieba
tur guſtus: qr credebat ſe mādücare vena
tionē eſau. decipiebat̃ olfatus: qr ſentiēs
veſtimētoꝝ fragrantiā que erāt eſau exiſti
mabat eſſe iacob. decipiebat̃ tactus: qr tā
gēs manum ⁊ collū pellibus coopertū exi
ſtimabat eſſe eſau. ſolus autē auditus nō
fallebatur vn̄ dicebat. Uox quidem vox ia
cob eſt. Ita ī iſto ſacramēto fallit̃ oīs hu⸗
manꝰ ſenſus preter ſolū auditū. viſus fal
litur: qr videtur panis et nō eſt. odoratur
odor panis et non eſt. tāgitur pondus pa
nis: et nō eſt panis. Sed ſolus auditꝰ ve
rus eſt: qui audit: hoc eſt corpus meū. Et
hoc eſt qđ dicit ſctūs Tho. in ſua oratio⸗
ne quā fecit metrice ad adorandū corpus
xp̄i ſic inquiēs. Adoro te deuote latēs ve⸗
ritas: que ſub iſtis formis vere latitas: ti
bi ſe cor meū totū ſubijcit: qr te cōtēplās

totū deficit. Uiſus tactus guſtus in te fal
litur: ſed auditu ſolo in te credit̃. hec ille.
P ¶ Itē in hoc ſacramēto eſt etiā accidētiū
exiſtētia ſine ſuſtētatione. et hoc eſt valde
mirabile. nūquid foret mirabile ꝙ eēt ho
mo et nō haberet animā. Ita eſt mirabile
ꝙ color ⁊ ſapor et hmōi accidētia nō ſint
in alio. et realiter ſunt in eſſe: cū acciden⸗
tis eſſe ſit in alio eſſe. Sed ſi mirabile nō
tn̄ eſt impoſſibile. ptꝫ. oīs em̄ creatura eſt
de nihilo ꝓducta. ⁊ tā accidēs q̄ ſubſtan
tia de ſua natura in nihilum redigerētur
ſm Greg. niſi manu dei oīpotētis tenerē
tur. vn̄ ergo hꝫ ſubſtātia ꝙ ſit per ſe? nō a
natura ſua: ſꝫ a deo dāte. Pōt ergo deꝰ ita
dare accidēti ſicut ſubiecto ꝙ ſit per ſe et
nulli fit iniuria. non eſt ergo mirū magis
de accidēte q̄ de ſubſtātia. Et pꝫ per ſimi
le. ponat̃ ꝙ ſint hic duo hoīes de ſe pau⸗
peres nō valētes viuere niſi ſeruiēdo ali⸗
is ⁊ coexiſtēdo eis. rex aūt dat vni diuiti⸗
as / domū ⁊ hmōi: alteri nō. primꝰ viuit et
ſtat ꝑ ſe: aliꝰ cū eo et in eiꝰ domo. moritur
primꝰ / et domū ⁊ oīa que ſibi dederat rex
dat ſcđo: eſt magis mirū de ſcđo q̄ de pri
mo? certe nō. Eodē modo de ſubſtantia ⁊
accidēte applica. Et nō ſolū ſtāt acciden⸗
tia ꝑ ſe preſertim quātitas ſeu longitudo
latitudo ⁊ hmōi: imo nutriūt augmētant
et cōſeruāt comeſta ⁊ materiā ad generā⸗
dū ꝓpināt. Hoc eſt mirabile ꝙ talia q̄ nō
habēt materiā: nutriāt: ſed ſi mirabile nō
tn̄ īpoſſibile. apparet ꝑ ſile. Refert Aug.
ꝙ in quadā īſula hibernie ſunt hoīes nō
comedētes niſi ſolū de floribꝰ arboꝝ ⁊ her
barum viuētes. ſi hoc facit natura: multo
magis diuina grā: qr ſm ꝙ hr̄ ex̄ de reg.
iur. ꝙ acceſſoriū. vn̄ qui cōcedit principa⸗
le: ⁊ acceſſoriū. vt q̄ dicit alicui ꝙ ſit ep̄s:
dat ſibi ꝙ poſſit ordinare ⁊ hmōi. Cum er
go deꝰ det accidēti ī hoc ſacramēto. ſ. quā
titati ⁊ q̄litati modū ⁊ eē ſubſtātie: nō da
bit ſibi ꝓprietates ſubſtātie: vt poſſit nu⸗
trire ſicut ſubſtātia: augmētare vt ſubſtā⸗
Q tia ⁊ ſimilia? certe ſic. ¶ Itē eſt aliud mira
bile in hoc ſacramēto: ꝙ corpꝰ xp̄i ī hoc ſa
cramēto eſt ſine loci mutatione. nā erat ⁊
eſt localiter in celo: ⁊ eſt hic ſacramentali
ter in ſacramēto ⁊ realiter: ⁊ tn̄ nō deſcen
dit: et eſt hic ⁊ ibi ſimul et per mediū non
trāſit. hoc eſt mirabile. Nūquid eſſet mira
bile ꝙ aliquis hō eſſet ſuperiꝰ in turri: et
eſſet ſubito inferius ⁊ nō deſcēderet: ⁊ ſi⸗
mul ſuperiꝰ ⁊ inferius eſſet. Ita in ꝓpoſi
to. Et ſi eſt mirabile nō tn̄ impoſſibile. ap
paret ꝑ ſimile. nā videmꝰ ꝙ idē eſt verbū
cordis ⁊ oris: ⁊ tn̄ priꝰ erat ī corde ⁊ poſt⸗
modum fit in ore: ⁊ tn̄ nō receſſit a corde:
ita ꝙ ſimul eſt in corde ⁊ in ore. Ita in ꝓ⸗
poſito xp̄s q̄ eſt verbū dei p̄ris: prius erat
in celo ⁊ dictis verbis eſt in hoc ſacramē
to: ⁊ tn̄ non receſſit nec deſcendit de celo.
¶ Itē eſt aliud mirabile ꝙ totus xp̄s ſub
paruis partibꝰ hoſtie continet̃. ⁊ in quali R
bet diuiſione ſine eiꝰ partitione. hoc ē mi
rabile. Nunq̄d eēt mirabile ꝙ domꝰ cōti⸗
neret̃ pugillo ita paruo ꝙ totꝰ hō magnꝰ
poſſet claudi ſub panno vniꝰ palmi: ⁊ ſub
qualibet particula illiꝰ pāni. Ita in ꝓpo⸗
ſito totꝰ xp̄s ita magnꝰ ſicut fuit in cruce:
et eſt in celo: in parua hoſtia: ⁊ ſub q̄libet
eiꝰ particula diuiſa totaliter cōtinet̃: ⁊ tn̄
minime arctat̃. hoc eſt valde mirabile: nō
tn̄ impoſſibile: qđ apparet ꝑ ſile. Nā vide
mus ꝙ tota domꝰ quātūcūqꝫ magna tota
videt̃ ⁊ cōtinet̃ in paruo oculo: ⁊ in ſpecu
lo paruo: ⁊ quātūcūqꝫ ſpeculū diuidatur:
domꝰ in qualibet parte ſpeculi videtur et
cōtinet̃: ⁊ tn̄ ipſa domꝰ nec arctat̃: nec ab
breuiat̃. Idē apparet de aīa q̄ eſt tota in
toto ⁊ tota in qualibet parte ⁊ tn̄ minime
arctatur. ¶ Itē eſt aliud mirabile ꝙ totū
corpꝰ xp̄i cū ſanguine ⁊ aīa ⁊ diuinitate ē
in hoſtia ⁊ etiā in calice naturali concomi
tātia. hoc eſt mirabile. nā ſm iura tātū va
Secūdo ꝙ generaliter ad pctm̄ pꝛona eſt inclinatio humanalis. qꝛ pctōꝛ ſum dn̄e.

Pꝛima pars.

¶ Dixi pꝛimo ꝙ oſtēdit nobis euāgeliſta ꝙ cōditio nr̄a ē fragilis et defectuoſa: qꝛ hō. Vn̄ btūs Bern̄. ī ſuis meditationibꝰ volēs oñdere qd ē hō: ita ī qt. Hō bꝛeui viuēs tꝑe: ꝛ ē natꝰ ad laboꝛē nō ad honoꝛē. hō natꝰ de muliere et ob hoc repleť multis miſerijs: ideoqꝫ cū fletu ꝛ multis miſerijs trāſit ſuā vitā. Ex qbꝰ ꝟbis apparet ꝙ hō ſm cōditionē ſuā/eſt multis defectibꝰ ꝛ miſerijs ſubiectus. Qđ ſic declarať ꝑ autoꝛitatē ꝛ exēplū. Hō em̄ eſt ī ꝑiculo ꝛ miſeria: qꝛ vt dicit Iob. nūꝙ̄ ī eodē ſtatu ꝑmanet. qꝛ mō ſanꝰ: mō eger: mō diues: mō pauꝑ: mō letus: mō triſtis: mō timet: mō ſperat. om̄es iſtas miſerias enumerauit qdā pħs cuidā regi. Legiť ꝙ cū qdā rex qnqꝫ qōnes a qdā pħo qreret: ad ſingulas ſibi rn̄dit. Pꝛima qō fuit. qd eſt hō. Rn̄dit pħs. mancipiū moꝛtis: hoſpes loci: viatoꝛ trāſiēs. Mācipiū dꝛ eo ꝙ manū moꝛtis euadere nō pōt. et qꝛ moꝛs dies eiꝰ ꝛ laboꝛes capit: iō ī fine ſm ꝙ hō meruit exoluit. Hoſpes dꝛ: qꝛ obliuiōi tradiť cito: licꝫ cū gaudio recipiať: ꝛ ī fine de hoſpitio exiēs nil de rebꝰ hoſpitij ſecū affert: ꝙuis in introitu hoſpitij multa ei ꝓmittanť q̄ poſtea nō exoluunť. Sic hō cū gaudio recipiť cū venit ī mūdū. vn̄ de muliere ꝑturiēte dꝛ Iob. xvj. Iā nō meminit ꝑſſure ꝓpter gaudiū qꝛ natꝰ ē hō ī mūdū. tn̄ obliuiōi tradiť poſt moꝛtē: quātūcūꝫ magnꝰ ſit. exēplifica de regibꝰ. vn̄ pš. Obliuioni datꝰ ſūꝫ tāꝙ̄ moꝛtuꝰ a coꝛde. ꝛ Factꝰ ſū tāꝙ̄ vas ꝑditū. In fine ꝟo nihil ſecū poꝛtat de hoſpitio mūdi. et ne timueris cū diues factꝰ fuerit hō. pš. vſqꝫ gloꝛia eius. Viatoꝛ ꝛ tranſiēs dꝛ: qꝛ hō ſemꝑ ad moꝛtē tēdit: nec ꝑ momētū quieſcit: qđ de viatoribus ꝛ curſoꝛibꝰ nō ē ſic. qꝛ ſaltē vna hoꝛa quieſcunt: ſed hō ſiue comedat: ſiue bibat: ſiue doꝛmiat: aut aliqd aliud faciat: ſemper facit dietā ad moꝛtem. vnde Iob ix. Dies mei velocioꝛes fuerunt curſoꝛe.

¶ Secūda queſtio fuit. cui ſimilis eſt homo. Rn̄dit pħs. niuis aceruo: roſe mature: pomo nouo. Quia ſicut aceruus niuis modico caloꝛe ignis vel ſolis in aquā reſolui ť: ſic hō in terrā modica infirmitate. Roſe mature mane habenti coloꝛem pulcherrimū. ſero aūt marcidū. ſic hoīes mane. hoc eſt in iuuētute hn̄t coloꝛē pulcherrimū: ſed in ſenectutis veſpere marcidū. Etiā hoīes in pꝛincipio mūdi viuebāt et robuſti nōgentis annis et plus: et modo in ſero. i. in fine ſeculi: qꝛ nos ſumꝰ in qs fines ſclōꝝ deuenerūt. vt dicit aplš. j. ad Coꝝ. x. ſi vixerimus octoginta annis: amplus laboꝛ et doloꝛ. vt diċ pš. Pomo nouo: qđ diu in arboꝛe pendens ad cremẽtum debitū creditur ꝑuenire: coꝛruēs inutile efficitur: ſed modico verme coꝛrodiť. Sic hō fit inutilis in ſenectute ꝑ impotētiam: et ꝑ diuerſas infirmitates coꝛroditur. vn̄ Innocētius in libꝛo de vilitate cōditionis humane ſic dicit. Si qs ad ſenectutē ꝓceſſerit: ſtatim coꝛ eius affligitur: et caput concutitur: languet ſpūs: fetet anhelitꝰ: facies rugať: ſtatura curuať: caligāt oculi: et vacillāt articuli: nares defluūt: et crines deficiunt: tremit tractus: deperit actus: dentes putreſcūt: et aures ſurdeſcūt. hec ille. ¶ Tertia queſtio fuit. quō ſe habet homo. Rn̄dit pħus vt lucerna q̄ ad ventū cito extinguiť: vt ſcintilla q̄ cito abſoꝛbeť: vt ſpuma aque q̄ a ꝓcella diſpergitur. ¶ Quarta qō fuit. vbi eſt hō. Reſpōdit pħus. in multiplici bello et diuerſo. hꝫ em̄ intra ſe bellū. ſcꝫ remoꝛſū ꝯſciētie. multotiēs hꝫ in coꝛpoꝛe bellum ciuile ꝛ vicinum. ſ. quattuoꝛ elementoꝝ: q̄ continuo pugnāt per ꝯtrarias qualitates. exterius habet bellū concupiſcibiliū rerū tēpoꝛalium: que pugnāt vt ad ſe coꝛ hominis conuertant: et a deo auertant. ¶ Quinta qſtio fuit. cū quibus ſocijs eſt homo. Rn̄dit pħus ꝙ cū ſeptē q̄ aſſidue eū moleſtant. ſ. fames: ſitis: caloꝛ: frigus: laſſitudo: infirmitas ꝛ moꝛs. vn̄ pš. Quis eſt homo qui viuet et nō videbit moꝛtē? quaſi dicat nullus.

Secunda pars.

¶ Sed quantū ad ſecūdum ꝑncipale ſciendū ꝙ hō multum eſt fragilis ad reſiſtendū pctīs: imo multum ꝓnus ad peccandū. qꝛ vt dicit Greg. humanū eſt peccare ꝛc. etiā Eccl's. vij. diciť. Nō eſt em̄ hō iuſtus in terra q̄ faciat bonū: ꝛ nō peccet. ¶ Sed eſt ſciendū ꝙ duo ſunt genera hoīꝫ ſm doctoꝛes. Aliq ſunt hoīes noīe et nō facto. et ſunt illi qui nō faciūt oꝑa hoīm: īmo plus faciūt opera iumentoꝝ. de qbus dicit Tullius. Qui a turpibꝰ voluptuoſiſqꝫ nō abſtinent: non ſunt hoīes re: ſed noīe. ꝛ iō tales nō ſunt noīandi hoīes ſed beſtie. ꝛ ꝓpter hoc diċ Hierony. Poſtꝙ̄ peccaſti aliꝰ eſſe cepiſti: ipſe mutatꝰ es vt ex hoīe fieres beſtialis. Quāta autē et q̄ꝫ magna ſit nobilitas et dignitas ac ꝯditio hoīs: xp̄s manifeſtat nobis Mar. vlti. di. Euntes in mūdum vniuerſū ꝑdica. euāge. oī crea. i. homini ſm Greg. qꝛ oīs creatura eſt ad ſeruitiū hominis. āgeli/ſol/luna/ſtelle/celi/aer/ignis/aqua/terra. vn̄ Caſſiođ. ī lib. de diuite et pauꝑe ſic dicit. Homo ꝓpter quē extēſum eſt celū. ꝓpter quē mare expanſum: ꝛ terra fundata ſuꝑ aqs. hō ꝓpter quē ſol curſum ſuū currit. hō pꝛopter quē luna cognoſcit ſuos occaſus. hō ꝓpť quē dn̄s ſanguinē ſuū effudit. hec ille. Iō cūꝫ oīs creatura ſit ad ſeruitium hoīs: valde hō deberet cauere a pctīs: cū ꝓpter peccatū ſit ſubiectꝰ oībꝰ creaturis: et iumentis aſſimilatꝰ. pš. Hō cū in honoꝛe eſſet nō intellexit ꝛc. et hoc ꝓpť diuerſa pctā. Alij ꝟo ſunt q̄ dicunť hoīes noīe ꝛ re. et ſunt illi q̄ viuunt rōnabilr̄: ꝛ vtunť rōne. de qbꝰ loquiť Iſido. di. Hō eſt q̄ ingenio valet ꝟtutibꝰ pollet: ꝛ in rerū cognitionē qđ vtile eſt diligit: ꝛ qđ inutile eſt ꝯtēnit. hec ille. Et in iſtis ꝟbis duo ponit q̄ dn̄t eſſe in hoīe. Pꝛimo ꝙ ſit pꝛudēs ꝛ ingenio ſuo ꝛ rōne regať. Cuius rō eſt ſm ꝙ dicūt doctoꝛes: hō pꝛeficiť oībus aīalibꝰ ꝓpter rationē ſibi datā. ideo qn̄ rōne nō vtiť cōparať iumentis. pš. Cōparatꝰ eſt ꝛc. Iō ſocrates ꝑut legiť in lib. de nugis pħoꝝ: interrogatus eſt a quodā diſcipulo ſuo: qd eſſet homo. Rn̄dit hō ſine pꝛudentia ꝛ ſine ſciētia/eſt ſicut ꝓuīcia ſine regimine vel rege. iō dicit ille ſapiēs Seneca ī quadā epl'a. In hoīe optimū eſt rō. hac antecedit aīalia: ꝛ deos ſequiť. hec ille.
¶ Dixi ſcđo ꝙ ad hoc ꝙ aliqs dicať ꝑfecte homo: indiget bonis moꝛibꝰ ꝛ virtutibus dotatus. Rō eſt. dicunt em̄ doctoꝛes ꝙ qn̄ deꝰ creauit hoīem: et poſuit eum in paradiſo: dotauit illū multis virtutibus.

et bonis: qꝛ creauit eū in iuſticia originali: que includebat duas virtutes. Prima qꝛ aīa dono illi⁹ erat ꝑfecte deo ſubiecta. Scđa qꝛ ipſum corp⁹ erat ꝑfecte ſubiectū aīe. Sed ex eo ꝙ ꝯ preceptū diuinū fecit comedēdo de fructu vetito: perdidit oēs alias virtutes q̄ erāt ad perfectionē hominis. vñ ſpoliati his bonis ſtatim erubuerūt de nuditate ſua: et ſtatim inceperunt hr̄e motus brutales: et abſcōderunt ſe. Et merito etiā fuerūt ſpoliati his donis et honore qui prius erāt. qꝛ ſm phm honor eſt teſtimoniū virtutis. Si igit̄ ille q̄ eſt virtuoſus: ⁊ cauet a pctīs: eſt ꝑfecte hō: ſequit̄ per oppoſitū ꝙ ille qui eſt ſine virtutib⁹: nō dicat̄ hō: ſed magis hō mortuus: vel homo brutalis. Si igit̄ peccata cōuertant hoīem in nō hoīem: nos iuxta poſſe nr̄m fugiamus pctm̄: ⁊ erim⁹ ꝑfecte hoīes. et ꝯſequemur hic in p̄ſenti diuinam gratiam: et in futuro eius gloriam. Ad quam ⁊c.

¶ Dñica.v.poſt feſtū trinitatis. Ser.v.

SEcuti ſunt eum Luc̄.v. Prout docet experientia: ⁊ hoc idem recitat ſacra ſcriptura: tres ſunt ſtatus hoīm qui conſueuerunt alios ſequi. ſcʒ

Viator ſuum ductorem.
Paup et indigens diuitem ⁊ bñfactorem
Vaſallus ſuū principem et dominū.

¶ Primo dixi ꝙ viator ſequit̄ ſuū ductorē. Rō eſt. Prouer.ix. ꝯſulit̄. Ambulare ꝑ vias prudētie. Modo ꝗuis quilibet prudenter debeat in oīb⁹ factis ſuis ſe habere: tñ ſpecialr̄ eſt neceſſariū illi q̄ vadit ꝑ terrā incognitā et periculoſaʒ. ſed nō pōt talis ire ſecuri⁹: ꝗ ſi ductorē habeat: q̄ ſibi viā oſtēdat: et illū ipſe ſequat̄. ſicut legit̄ Tob.iiij. de tobia. q̄ volens ire ad ciuitatē medoꝝ: nunꝗ̄ ipſe iuit quouſqꝫ iuuenē q̄ eū duceret: et viā ſibi oſtēderet. ſ. angelū raphaelē haberet. Apparet g° ꝙ viator ꝯſueuit ſequi ſuū ductorē. Exēplū habem⁹ Exod.xiij.c. vbi legit̄ ꝙ cū moyſes adduxiſſet pplm̄ iſrl̄ de egypto ad terrā ꝓmiſſionis ac ignoraret viā. ſequit̄ in tex. ꝙ dñs precedebat eos ad oſtēdendū viā per diē in colūna nubis ꝯ feruorē ſolis. per noctē in colūna ignis ꝯ tenebras vt dux eſſet itineris. ⁊ nubes precedebat: et populus ſequebat̄ quouſqꝫ venerunt ad terrā ꝓmiſſiōis. Et h° quātū ad p̄mū.

¶ Dixi ſcđo ꝙ pauper ſequit̄ diuitem et bñfactorē. Rō eſt. docet experiētia: ꝙ illū vnuſquiſqꝫ ſequit̄ a quo expectat hr̄e cōmodū. Et cā eſt. nā dicit ſan. Tho. ſup principiū metaphyſice ꝙ oēs hoīes ꝑ naturā appetūt ꝑfectionē: et ꝯſeruationē ſui eſſe ſed īter alia q̄ ipm̄ perficiūt corporalr̄ eſt qñ aliq̄d acq̄rit de nouo: puta ꝑ ſequelaʒ diuitis: vel dñi: lucra vel honorē. ſicut legitur de abigail. j. Reg.xxv. q̄ ſecuta eſt nūcios dđ. et facta eſt ei vxor: poſt morteʒ nabal viri ſui. Apparet g° ꝙ paup ſequit̄ diuitē ex quo expectat bñficiū. Exēplū habem⁹.iiij. Reg.v. vbi legit̄ ꝙ cū naamā prīceps militie regis ſyrie veniſſet ad heliſeū virū dei: vt curaret eum a lepra: ac cōſuluiſſet ⁊ p̄cepiſſet ꝙ ſepties lauaret ſe in iordane. Naamā dans ſibi magnas pecunias ⁊ veſtes: noluit acceptare. Et ſequit̄ ꝙ q̄dā puer q̄ erat cū ꝓpha vidēs ſe pauperē dixit intra ſe. Currā poſt eum et accipiā aliq̄d. Et ſecutus eſt giezi poſt tergum naamā. Et dedit ei duo talēta argēti et duplicia veſtimēta. Et hec quantum ad ſecundum.

¶ Dixi tertio ꝙ vaſallus debet et conſueuit ſequi ſuū dñʒ. Docet experiētia ꝙ ſui ſequūtur dños ſuos: qꝛ ad hoc obligant̄. vñ dic̄ apl's ad eph.c.vj. Serui obedite dñis carnalib⁹ cū timore et tremore ī ſimplicitate cordis. Exēplū habem⁹.ij. Reg.ij. vbi dr̄ ꝙ domus iuda ſequebat̄ dauid. Etiā.j. Reg.xj. legitur ꝙ cum viri iabes galaad eſſent obſeſſi per ſuos aduerſarios: miſerūt nuncios ad ſaul regē iſrael vt eos iuuaret. Quod audiēs ſaul diuiſit boues ſuos in fruſta: et miſit nūcios ad vniuerſum iſrael di. Quicūqꝫ ſaul non fuerit ſecutus: ſic fiet bobus ei⁹. Et ſequit̄ iſra. Oīs autem iſrael ſecut⁹ eſt ſaul quaſi vir vnus. Apparet ergo tertia clauſula: et ꝑ ꝯſequens tota regula preaſſumpta. Modo predicta noſtro ꝓpoſito applicando: dñs noſter ieſus xp̄s eſt

Excellentiſſimus ductor viatorum.
Clemētiſſimus benefactor pauperum et egenorum.
Potentiſſimus princeps multorū vaſallorum.

¶ Primo dixi ꝙ eſt nr̄ ductor. Nos eñ in hoc mūdo ſum⁹ peregrini: qꝛ dicit ap̄lus

Heb.xiij. Non habemus hic manentem ciuitatē: ſed futurā inquirimus. Loc⁹ autem in quo peregrinamur: eſt periculoſus: ideo eſt nobis neceſſe vt xp̄s nos dirigat. Deut̄.xxxj. Dñs deus tuus ipſe eſt ductor tu⁹: et non dimittet neqꝫ derelinquet te. Quod fuit ſatis figuratū Deute. viij. vbi dr̄ populo iſrael. Ductor tu⁹ fuit in ſolitudine magna atqꝫ terribili in qua erat ſerpens flatu adurens et ſcorpio ac dipſas. ¶ Ad intelligentiā aūt huius eſt notādū: ꝙ tres habem⁹ inimicos q̄ nos infeſtant in ſolitudine p̄ñtis vite. ſ. diabolū: mūdū: ⁊ corp⁹ ꝓpriū. Per ſerpentē diabolus intelligitur. Apoc̄.xij. Serpēs antiqu⁹ qui vocatur diabolus. flatus huius ſerpētis ſunt ſuggeſtiones: q̄ adurūt ac incendunt ad malū. Per ſcorpionē qui facie blādit̄: ſed cauda percutit: ſignificatur iſte mūdus: q̄ ſua pulchritudine nos allicit: ſed cauda percutit. qꝛ dr̄ Prouer. xiiij. Extrema gaudij luctus occupat. Et Oſee.iiij. Gloriā eoꝝ in ignominiā cōmutabo. Per dipſam aūt caro nr̄a intelligit̄ Nā ſicut dicit Iſidorus lib. etymo. et eſt glo. ſup iſto verbo dipſas q̄ latine dr̄ ſitula. quēcunqꝫ percutit: ſiti perimit. Si ergo ſequamur iſtū ductorē: ab iſtis tribus poſſumus liberari. Deutero.j. Dñs deus noſter q̄ ductor noſter eſt: ꝓ nobis ipſe pugnabit.

¶ Scđo dixi ꝙ ipſe eſt pius retributor: ⁊ ditator nr̄e paupertatis. Nos eñ ſumus paupes in diuitijs ſpūalib⁹. ps̄. Paupeꝛes facti ſum⁹ nimis. Et iđ cū xp̄s ſit oīm diuitiarū dñs: ipe erit noſter bñfactor: qꝛ cōmunicat nobis ſuas diuitias. Ita dic̄ ap̄lus.j. Coꝛ.j.c. In oībus diuites facti eſtis in illo. Iſte diuitie ſunt ſpūales. ſcʒ grā et ꝟtutes ⁊ bona opa. Ita dic̄ beat⁹ Bern̄. Vere diuitie nō opes: ſed virtutes quas ſecū conſciētia portat: vt in perpetuū homo diues ſit. hec ille.

¶ Tertio dixi ꝙ xp̄s eſt nr̄ prīceps ⁊ dñs: et nos ſui ſubditi. ita dic̄ ps̄. Dñatio tua in oī gñatione et gñatione. Vñ ipſe excellit alios dños in poteſtate: qꝛ eſt oīpotēs Heſter.xiij. Dñe rex oīpotēs ī ditiōe tua cūcta ſunt poſita. et nō eſt qui poſſit reſiſtere voluntati tue. dñs oīm tu es. Vñ in deo velle ⁊ poſſe idē ſunt. q̄cq̄d eñ vult totuʒ pōt. ps̄. Oīa quecunqꝫ voluit: dñs fecit: in celo: ⁊ in terra: in mari: et in omnibus abyſſis. Ex antedictis igit̄ formetur ratio talis ex maiori et minori et concludatur ſic thema. Ideo ſecuti ſunt eum diſcipuli eius.

¶ Dominica.v.poſt feſtum trinitatis. Sermo.vj.

DElictis retibus ſecuti ſunt eū. Luc̄.v. Sacro teſtante eloquio / tria relinquunt homines.

Primo relinquunt vitioſi moralem bonitatem.
Secundo relinquūt virtuoſi peccati grauitatem.
Tertio relinquunt religioſi propriam voluntatem.

¶ Primo vitioſi peccatores relinquūt ⁊c. de iſtis loquitur ſapiēs Prouer.ij. Relinquunt iter rectū: et ambulāt ꝑ vias tenebroſas. qui letant̄ cū malefecerint: ⁊ exultant in rebus peſſimis. quoꝝ vie peruerſe ſunt ⁊ infames greſſus eoꝝ. Vitioſi relinquūt iter rectū. i. viā mādatoꝝ: ꝑ quā boni ⁊ iuſti recte vadūt ad celū. Mat.xix Si vis ad vitā ingredi: ſerua mādata. Et ambulāt ꝑ vias tenebroſas: q̄ ſunt peccata mortalia: q̄ ducūt ad tenebras exteriores. Auguſtinus. Ve qui auertunt ſe dñe a lumine tuo. Qui letantur cū male fecerint. tales ꝓfecto ſunt impenitētes: qm̄ penitentes nō letant̄ de malis cōmiſſis: ſed magis dolēt. De iſtis loquit̄ Seneca de copia verboꝝ. Quidā ſunt q̄ in vitijs gloriant̄. et illud peſſimū et maximū ſignū eſt ꝙ deum finaliter reliquerunt: ⁊ ſe dñio diaboli ſubiecerūt: cū publice fateant̄ ſe eſſe ſeruos diaboli ꝓpter pctā / de q̄bus letant̄: nec eſt bona ſpes de correctione eoꝝ. vñ Seneca epl̄a.iij. ad Lucillū. Tūc eſt cōſummata malicia: cū turpia nō ſolū delectāt: ſed etiā placent. nec eſt loc⁹ remedij: vbi que vitia fuerūt mores fiant. vbi homo vitia approbat tanꝗ̄ mores. de tali relinquēte vitioſe Deuter. xxxij. Dereliq̄t deū factorē ſuū ⁊c. ⁊ ibidē Deum q̄ te genuit dereliquiſti: ⁊ oblitus es dñi creatoris tui. et loquit̄ moyſes de peccatore ingrato: qui oblit⁹ eſt dei ⁊ benefactorum dei.

¶ Secundo principaliter relinquūt virtuoſi ⁊c. Multi relinquūt boni chriſtiani. videlʒ

Primo relinquūnt culpam.
Scđo relinquunt infantiam.
Tertio relinquunt iniuriam.

¶ Primo relinquunt culpā: qm̄ vere peni-
tent de pctō: relinquūt voluntate et ope-
re. Prouer.xxviij. Qui cōfeſſus fuerit pec-
cata: et reliquerit ea: miam cōſequet̄. mo-
do ſimili Eccl'i.xvij. Cōuertere ad dn̄m: et
relinque pctā. Qui confeſſus fuerit in ſa-
cramēto eccleſie ſaltē ſemel in anno: et re
liquerit pctā: al's nō eſſet penitēs. Iſido.
de ſum.bono. et h̄r de peni.diſt.iij.c.irri-
ſor. Irriſor eſt nō penitēs qui adhuc agit
quod penitet. Talis penitens vere miam
cōſequet̄ a deo: qm̄ vbi eſt cordis cōtritio
oris confeſſio: pctī deſertio: adeſt dei miſe
ratio. ergo derelinquat impius viā ſuam.
Eſa.lv. ⁊ allegat̄ de peni.di.j.c.q̄s aliqn̄.
¶ Scđo relinquūt infantiā ſuā boni et iu
ſti. Prouerb.ix. Relinquite infantiam: et
venite: ⁊ ambulate per vias prudētie. Re
linquite infantiā.i.laſciuiā et inſolentiā.
vel relinquite peccata in iuuētute tua cō
miſſa.pš. Delicta iuuentutis mee ⁊c. vel
relinquite voluptatē carnis aut vanitatē
ſeculi. Et ambulate per vias prudētie ca-
uendo tētationes diaboli/carnis/et mun
di. ¶ Itē tertio relinquūt iniuriam. Eccl'i
xxviij. Relinque ꝓximo tuo nocēti te. hoc
eſt dimitte illi iniuriā. et tūc depcāti pctā
ſoluētur. hoc eſt ſi dimittis pctā: dimittē-
tur tibi/iuxta illud Mat.vj. Dimitte no-
bis debita noſtra ſicut ⁊ nos dimittimus
debitoribꝰ nr̄is. Homo hoī reſeruat irā:
rancorē in corde retinēdo: et vindictā ap
petēdo. et talis a dn̄o querit medelam de
pctīs ſuis: ⁊ non inueniet eā: pro eo q2 ip
ſe nō relinquit iniuriam indulgendo.
¶ Tertio principaliter religioſi relinquūt
propriā volūtatem: quales fuerūt apoſto
li in exēplū de quibꝰ thema ſumptū. Reli
ctis retibus ſecuti ſunt eū. In q̄bꝰ verbis
tria oñdunt̄: ſm ꝙ tria ſunt relinquēda:
que ſalutē impediūt et retardant. qm̄
Primo relinquende ſunt diuerſe ſeculi fa
cultates. relictis.
Scđo noxie carnis voluptates. retibus.
Tertio proprie cordium voluntates. ſecu
ti ſunt eum.

Prima pars.

¶ Primum ⁊c. Iſtud re
linq̄re non debet eſſe nobis extraneū aut
graue: ſed magis volūtarie atq3 benepla
citū: pro eo maxime ꝙ infra breue tp̄s ha
bemꝰ ea relinquere: qm̄ in morte. Eccl'i.xj.
Eſt qui locupletat̄ parce agendo. ⁊ neſcit
ꝙ tēpꝰ pretereat: et mors appropinquet:
et relinquet oīa alijs et morietur. Iſte eſt
homo auarus parcā vitam ducēdo ſibi: ⁊
alijs pauperibꝰ nature neceſſaria ſubtra-
hendo. et neſcit.i.nō attēdit ꝙ tēpus pre
tereat.i.trāſeat dānabiliter ⁊ inutiliter. ⁊
mors appropinquat. Memor eſto quoni
am mors nō tardat. Eccl'i.xiiij. Et relinq̄t
alijs oīa. immo etiā alienis frequenter: q̄
nō laborauerūt. et moriatur. Sed non ſic
apoſtoli qui non ſolū in relinquendo oīa
mortē expectauerunt: ſed in vita volunta
rie reliquerunt. attendētes ad verba bea-
ti Augu. in quadā homel'. Qui celeſtis vi
te dulcedinē quātum poſſibilitas dimiſe-
rit ꝑfecto cognouit: ea que in terra ama-
uerit libenter cūcta dereliquit. in cōpara
tione illius vileſcūt oīa: deſerit habita: ag
gregata diſpergit. Imitatores apoſtoloꝝ
ſunt religioſi pauperes ſpū: qui nihil ha-
bēt ꝓpriū: ſed totū in cōi: qui per votum
paupertatis temporalia reliquerunt. qua
lis religioſus btūs Martinus pauper et
modicus. qualis btūs Dn̄icus q̄ pauper-
tatis trāſcēdēs culmina. pauper inquam
peculio: diues vita. pura tēporalia relin-
quit: maledictionē imprecans cōtra illos
qui ſacrū ordinē poſſeſſionibus tēporali-
bus maculare preſumpſerint. Talis fuit
btūs Aug. qui nihil ſuum exiſtimauit: im
mo totū reputauit cōmune cū fratribꝰ ſu
is. nihil em̄ habebant: ſed viuebāt in cōi:
vnde Aug. de verbis dn̄i. Abijce diuitiaꝝ
onera: abijce vincula volūtaria: abijce an
xietates ⁊ tedia: que te annis plurimis in
quietant.

Secunda pars.

¶ Secundum principa
le ⁊c. vbi ponitur retibus relictis. vn̄ ſunt
quedā retia relinquēda: de quibus hic. et
quedā nō ſunt relinquēda: ſed magis am
plectenda. Relinquenda ſunt. ſcil3
Primo rete carnis infecti fetoris.
Scđo rete mundi deceptoris.
Tertio rete diaboli piſcatoris.

¶ Primū rete carnis noſtre: in qua eſt in-
fectus fetor ab adoleſcētia ſua. i qua ſunt
diuerſe chordule vtpote guloſitates/com

eſſationes/delectationes/delitie/lubrici-
tates. hoc eſt illud rete qđ capit iuuenem
vecordē: qui obuiat meretrici: et ſequitur
eā quaſi bos ad victimā ductus. Prouer.
vij. Et neſcit miſer ꝙ ad vincula trahitur:
et velut auis feſtinat ad laqueum: ⁊ neſcit
ꝙ de periculo aīe illius agitur. Nunquid
meretrix/mala mulier/rete capiens aīas
ad damnationem eternā. de tali muliere
Eccl's.vij. Inueni amariorē morte mulie-
rē: que laqueus venatoꝝ eſt: ⁊ ſagena cor
eius. vincula ſunt manus illius. Qui pla
cet deo effugiet illam. qui aūt pctōr eſt ca
piet̄ ab illa. Amor carnalis mulierum eſt
amarior morte. quare? q2 mors occidit tē-
poraliter: et amor ille occidit eternaliter.
A muliere initiū factū eſt peccati: et ꝑ illā
oēs morimur. Eccl'i.xxv. hoc eſt ab illa ne
ceſſitatē moriēdi cōtrahimus. que laqueꝰ
eſt venatoꝝ. gloria demonū. et ſagena cor
eius. ſagena multos piſces comprehēdit.
ſic iſte amor ſenes ⁊ iuuenes decipit. Vin
cula ſunt manus eius. pt3 de dalila q̄ vin
culauit ſamſonē. Iudicū.xvj. Qui placet
deo ⁊c. Iſtud pctm̄ nō vincitur niſi per fu
gam. ſic ioſeph fuit victor qn̄ reliquit pal
liū in manibus impudice mulieris. Gen̄.
xxxix. Qui aūt pctōr eſt: capiet̄ ab illa. Ec
ce rete paratū ad capiendū. nec mirū ſi ca
piatur: qm̄ mulier illaqueat qn̄ aſpicitur:
inflāmat qn̄ auditur: polluit qn̄ tāgit̄: dā
nat qn̄ concupiſcitur. De tali mala mulie
re que eſt rete loquit̄ btūs Bern̄. Mulier
eſt hoīs cōfuſio: inſatiabilis beſtia: conti
nua ſollicitudo: indeficiens pugna: dānū
quotidianū: domus tēpeſtatis: impetꝰ ca
ſtitatis: viri cōtinentis naufragium: vas
adulterū: aīal peſſimū: onus grauiſſimū.
Cui alludit beatus Greg. Mulier ianua
diaboli: via iniq̄tatis: ſcorpionis percuſ-
ſio: nociuum genus.

¶ Scđm rete relinquēdum eſt mūdus de
ceptor. de iſto Iob.xviij. habet̄. Immiſit
in rete pedes ſuos: et in maculis eius am
bulat: tenebitur plāta illius laqueo: ⁊ ex-
ardeſcet contra eū ſitis. Sicut per pedes
intelligitur interior affectio iordinata in
amore diuitiarū vbi eſt rete: videl3 cupi-
ditas et auaricia: que retinent tales: nec
amant deum: nec proximū. Nō ſic fecerūt
ſancti apl'i. ſ. petrus andreas iacobꝰ et io
hannes: qui piſcatores fuerunt: ⁊ talia re
tia reliquerūt. Relictis retibꝰ ſecuti ſunt
xp̄m ſine ſpe ad ꝓpria redeūdi. Ubi ī apo
ſtolis plus q̄ȝ opus: īmo feſtinata obediē
tia et deuota ſupra modū in ſanctis apo-
ſtolis cōmendat̄. Et nos fratres relinqua
mus aranearū retia: q̄bꝰ muſce capiūtur
hoīes ſeculares ⁊ tēporales more aranea
rum ſeipſos in mūdanis euiſcerantes. de
quoꝝ numero quidā retia ſua reficiunt: ſi
cut ſunt illi q̄ aperte ꝑ rapinā/furta/vſu-
ras/aliena rapiūt et auferūt. Quidam re
tia plicāt: ſicut ſunt illi qui per cautelas/
fraudes/fallacias/ſibi pecunias congre-
gāt ⁊ lucrant̄. Quidā retia lauāt: ſicut illi
qui fraude/vſura/⁊ cautelis multipliciter
ſe excuſant. q̄d ſequit̄ in iob: Et in macu-
lis eius ambulāt. Macule iſtiꝰ retis ſunt
funes et chordule. et ſunt diuerſi modi ac
quirendi diuitias: de quibꝰ dictū eſt. Te-
netur plāta pedis laqueo inordinate affe-
ctionis. ⁊ ſitis exardeſcit: quēadmodū hy
dropici auarus ⁊ cupidus ſemper eſt ſiti-
bundus.

¶ Tertiū rete quod relinquendū eſt: eſt re
te diaboli. O q̄ȝ malus piſcator. o q̄ȝ ma-
lū rete. Caueamus a piſcatore qui ad deci
piendū aīas/hamū peccati mortalis ſub
verme carnalis voluptatis abſcondit. Et
nō ſolū iſte maledictus piſcator habet ha
mū: immo etiā h3 rete et ſagenā ſuam: de
quibus Abachuc.j. Traxit illud in ſagenā
ſuā: et congregauit in rete ſuū. Expandit
iſte piſcator ſagenā ſuā: q2 interficere gē-
tes nō ceſſat. Que eſt ſagena niſi maledi-
cta luxuria? q2 ſicut ſagena que ampla eſt
que magnos ⁊ paruos retinet: ſic luxuria
oēs tam diuites q̄ȝ pauperes illaqueat et
capit. Rete aūt diaboli eſt concupiſcētia
mala oculorū: que ad modū retis multas
chordulas/aſtutias habet: diuitias ꝯgre
gādo. Vigilemus ergo fratres cōtra reti-
cula inimici: qui ſm Augu. lib. ſolilo. po-
ſuit ante pedes noſtros laqueos īfinitos:
poſuit in diuitijs: in paupertate: in cibo:
in potu: in voluptate. oēs vias nr̄as com
pleuit decipulis ad capiendū aīas nr̄as.
Iſte eſt hoſtis antiquus verſutus tortuo-
ſus. nec facile deprehēdi pn̄t circūitus vie
eius. noui hunc hic illic hinc illinc. Nunc
agnū: nūc lupū: nunc tenebras: nunc lucē
ſe oſtendit. Nūc vt triſtes decipiat: triſta-
tur et ipſe. vt gaudentes illudat: fingit ſe
et ipſe gaudere. vt ſpirituales defraudet:
in angelum lucis ſe trāſfigurat. vt fortes

cõprimat: apparet agnus. vt mites deuo⸗
ret: apparet vt lupus. Iſtis cõſideratis ti
mẽdũ eſt ꝙ cadẽt ĩ retiacula ei⁹ pctõres.

Tertia pars.

¶ Tertiũ principale. re⸗

linquunt religioſi propriã volũtatem vbi
dicit. ſecuti ſunt eũ. Nos videm⁹ ꝙ canis
licz appetat carnẽ: vidẽs tñ dñm ſuum ex
oppoſito ambulare: relinquit ꝓpriũ iter:
et ſequitur dñm ſuũ. Et in hoc cõmenda⸗
ti ſunt apl'i: qui nõ ſolũ reliquerũt que di
cta ſunt: immo ſecuti ſunt magiſtrũ xp̃m
per obedientiã verã. de quoꝝ ſequela loq̃
tur btũs Greg. in home. Ad vnius iuſſio
nis vocẽ petrus ⁊ andreas relictis retib⁹:
ſecuti ſunt redẽptorẽ. Nulla ꝟo adhuc fa
cere miracula viderant. nihil ab eo de pre
mio eterne btĩtudinis retributionis au⸗
dierant: ⁊ tñ ad vnũ dñi preceptũ / hoc qđ
poſſidere videbãtur: obliti ſunt. Magna
fuit obedientia iſta. De premio iſti⁹ ſeque
le obediẽtie / fecit queſtionẽ btũs Petrus
ſaluatori di. Ecce nos reliquimus oĩa: et
ſecuti ſum⁹ te: qd ḡ erit nobis? Mat. xix.
Premiũ corñdẽs tali ſeq̃le ĩterdũ vocat
gl'ia: ĩterdũ theſaur⁹: ĩterdũ cẽtuplũ. Pri
mo gloria. Eccl'i. xxiij. Gloria magna eſt ſe
qui dñm. Verũ ꝙ aliqui ſequuntur deũ ꝑ
viã mandatoꝝ: ſicut boni ſeculares diui⸗
nis preceptis obediẽtes. et habebũt glo⸗
riã magnã. Sed ſunt aliqui qui ſequũtur
xp̃m nõ ſolũ per viã mandatoꝝ: immo eti
am per ſemitã cõſilioꝝ: ſicut religioſi qui
nõ ſolum de iſta ſequela habebũt gloriã:
immo theſaurũ in celo. de quorũ numero
fuit ille cui fuit dictũ. Si vis ꝑfectus eẽ:
vade ⁊ vẽde oĩa q̃ habes: ⁊ da pauperib⁹:
et ſequere me et habebis theſaurũ ĩ celo.
Mat. xix. Itẽ illũ theſaurũ vocatũ centu
plũ. ibidẽ Mat. xix. Vñ xp̃s rñdit petro.
Vos q̃ reliquiſtis oĩa. q: oĩa onera bono
rũ tẽporaliũ. federa amoꝝ ſeculariũ. ſcele
ra fetoꝝ ſecularium ⁊ corporaliũ. munera
bonoꝝ muneraliũ (al's mũdialiũ) et ſecu⸗
ti eſtis me volũtarie nõ coacte. vere nõ fi
cte prõpte cito nõ tarde: centuplũ accipie
tis pro tẽporalib⁹ relictis. ſicut dicit btũs
Hiero. ꝓ trãſitorijs eterna: que ꝑ numerũ
centenarium deſignãtur: licz incõparabi
liter plus valeant ſpũalia ꝙ temporalia.
Iſtoꝝ ſupernaturaliũ participes nos effi
ciat: qui in trinitate perfecta ⁊c̃.

¶ Dñica. vj. poſt feſtũ trinitatis. Ser. j.

Ltra non ſeruia

mus pctõ. ad Roma. vj. c.
Pro introitu noſtri ſermo⸗
nis formo talẽ regulã ſiue
propoſitionem.

Cupiens captiuitatẽ ſpiritualẽ et ſeruitu
tem effugere et declinare.
Cupiens celeſtẽ gloriam perenniter poſſi
dere et hereditare.
Cupiens eternã damnationẽ euadere: ac
nolens illuc tranſmeare.
Deſinat ſeruire peccato: et omnimode il⸗
lud perpetrare.

¶ Prima clauſula ſic declarat. pctm̃ em̃
multa mala fac̃ hoĩ: ⁊ ſpecial'r facit eũ ſer
uũ diaboli. vñ Ioh. viij. Qui facit pctm̃:
ſeru⁹ eſt pctĩ. itaq: ſicut ſeru⁹ nõ facit qđ
vult: ſed qđ dñs ei⁹. ſic pctõr non facit qđ
vult: ſz qđ diabol⁹. ij. Pet. ij. A quo q̃s ſu⸗
perat⁹ ẽ: hui⁹ ⁊ ſeru⁹ ẽ. iõ q̃ vult talẽ ſerui
tutẽ fugere: dz pctm̃ vitare. ¶ Scđa clau⸗
ſula ſic declarat. pctm̃ em̃ hoĩem ĩtãtũ dã
nificat ꝙ ei aufert oĩa bona gr̃e et glorie.
Eccl's. ix. Qui in vno peccauerit multa bo
na ꝑdet. ſ. bonũ gr̃e ⁊ gl'ie. Vñ recte pctõr
eſt ſicut ille q̃ ludit ad ſcaquas q̃ vno ictu
male facto: totũ ludũ ⁊ totũ lucrũ ꝑdit. ſic
vno ope male facto: tot⁹ fruct⁹ vite eterne
et gl'ie amittit. vñ Ezech. xviij. Si auerte
rit ſe iuſt⁹ a iuſticia ſua: ⁊ fecerit iniq̃tatẽ
⁊c̃. oẽs iuſticie ei⁹ q̃s fecerat: non recorda
bunt. Idcirco q̃ vult gloriã eternã: dz pec
catũ vitare. ¶ Tertia clauſula ſic declara⸗
tur. pctm̃ em̃ hoĩem onerat. pš. Iniquita
tes mee ſuꝑgreſ. ſunt ca. me. ⁊ ſi. on⁹ gra.
graua. ſunt ſu. me. ⁊ ĩtãtũ hoĩem onerãt:
ꝙ cogũt eũ ad infernũ deſcẽdere ſubito.
Tãtũ em̃ põderat pctm̃ ꝙ celũ nõ potuit
luciferũ ex quo peccauit: vna hora ſuſtine
re. vñ Luc̃. x. Videbã ſathanã ſicut fulgur
de celo cadẽtẽ. Qui ḡ vult dãnationẽ eter
nã euadere: dz pctm̃ vitare. q: vt đr ad Ro
ma. vj. Stipẽdia pctĩ mors. ſ. eterna. Ap⸗
paret ḡ tertia clauſula: ⁊ ꝑ ↄñs tota regu⸗
la preaſſumpta. Mõ ꝑdicta nr̃o ꝓpoſito
applicãdo: oẽs nos volum⁹ ⁊ deſideram⁹
Seruitutem et captiuitatem fugere ⁊ de⸗
clinare.
Gloriam celeſtẽ poſſidere ⁊ hereditare.
Dãnationẽ eternã effugere ⁊ euitare.
¶ Primũ ptz ꝑ ph̃m. j. Polit. q̃ dic̃ ꝙ oĩs

creatura ſeruitutẽ abhorret: ⁊ libertatem
aĩa cõcupiſcit naturał'r. Scđm ptz ꝑ pš. q̃
dicit ĩ pſona oĩm. Quẽadmodũ deſiderat
cer. ad fon. aq̃. ita deſi. ⁊c̃. Tertiũ pz Pro⸗
uer. xxiiij. vbi dic̃. Qui trahunt ad ĩteritũ
liberare nõ ceſſes. Et eccleſia etiã clamat
ad dñm. A dãnatiõe perpetua libera nos
dñe. Ex antedictis igit. ſ. maiori ⁊ minori
fiat rõ ⁊ ↄcludat ſic thema. ſcilz Vltra nõ
ſeruiamus peccato. In quib⁹ verbis nos
admonet apl's de duobus.
Primo vt recedam⁹ a ſtatu periculoſo. in
hoc qđ dicit. Non ſeruiamus peccato.
Scđo quanto tp̃e debeamus abſtinere a
pctõ. ĩ h̃ qđ dicit. vltra nõ ſuiam⁹ pctõ.

Prima pars.

¶ Primo dixi ꝙ admo⸗

net nos ꝙ recedam⁹ a ſtatu periculoſo. ſ.
a pctõ. Pctm̃ em̃ (ſicut ſupi⁹ fuit oñſum)
eſt ſtat⁹ valde ꝑiculoſus. q: nõ ſolũ ponit
hoĩem in ꝑiculo corꝑali: ſz etiã ſpũali. Et
ſpecial'r tres maneries ſiue ↄditiones ho
minũ pctõꝝ nũꝙ̃ ſunt ſine periculo ſpũa⸗
li et corporali. ſ. illi qui ſunt
Crudeles et auſteri.
Vani et ſuperbi.
Cupidi et auari.
¶ Dico ꝑmo ꝙ ꝑiculoſam vitã ducũt illi
q̃ ſunt terribiles et auſteri. Nã dic̃ Sene.
epl'a. xvj. ad lucillũ. Nemo (inq̃t) terribi⸗
lis põt eẽ ſecur⁹. Rõ ẽ: q: qñ duo ↄ̃ria cõ⸗
iũgunt: ita cito ſic̃ vnũ ꝑdominat: aliud
deſtruit quãtũ põt. ſicut patz de igne ⁊ de
aq̃. Sed hõ hz liberũ arbitriũ qđ nõ vult
cogi: et iõ ſi exiſtẽs ĩ dignitate officio ſiue
gradu: cõpellit ĩferiores nimis irrõnabili
ter ⁊ auſtere: et ferre facit qđ nõ vellẽt na
tural'r. Qui ex timore ſic viuũt: ita cito ſic̃
pñt auxilio ↄſilio vel aſſenſu nituntur de⸗
ſtruere cõpellentẽ: vt ſic ſine timore liberã
vitã ducãt. Et Ariſto. viij. Phyſ. docet: ꝙ
nullũ violẽtũ ẽ ꝑpetuũ vel etiã duratiuũ.
ſicut ptz de motu grauis ſurſum. ſz facere
ſiue ferre aliq̃d ex timore pene: violentat
liberũ arbitriũ q̃ad facta. ⁊ iõ dic̃ Ariſto.
ꝙ nullũ tale dñiũ ẽ ꝑpetuũ vel etiã dura⸗
turũ. iõ dic̃ Sene. vbi pri⁹. Sic timeri tã
domi moleſtũ ẽ ꝙ̃ foris. tã a ſeruis ꝙ̃ ab
alienis. Null⁹ ad nocẽdũ ſatis tut⁹ eſt: q:
null⁹ tã ſeruilis ↄditiõis: qui ꝓ loco ⁊ tp̃e
poterit moleſtare. h̃ ille. Exẽplũ hui⁹ nar
rat li. ix. libri ſpeculi hiſtorial. c. lxxxij. ꝙ ſi

culi ſuos ſuos ita dure ⁊ aſpere tractaue
rũt: ꝙ. lxx. milia ſeruoꝝ publice rebellaue
rũt: ⁊ adeo graue ⁊ atrox erat bellũ ꝑ mul
titudĩe viriũ: ꝙ nõ ſolũ ꝑtores rõanos: ſz
etiã ↄſules terruit. Iſti ſui tã dure rebel⸗
lauerũt quouſqz deuorare cadauera ĩuicẽ
ſunt cõpulſi. Sola autẽ vrbs meſſana ſer
uos liberal'r habitos ĩ pace ↄtinuit. Hoc
bellũ ſeruile mõſtra talia ꝑceſſerũt. rome
ex ancilla puer nat⁹ hñs q̃ttuor man⁹ ⁊ q̃t
tuor aures ⁊ hñs natura virile duplex. In
bononiẽſi agro fruges ĩ arborib⁹ nate ſũt
duplices: ⁊ ignis mõtes ↄſũpſit: ĩ ſignũ ꝙ
q: minores ſiue inferiores nimis arctati
ſunt ſuꝑiores ſuos exercerẽt ⁊ ꝓpter violẽ
tiã repugnarẽt. Et ꝙ ita contingat cõiter
docet exẽplariter ĩ natura. nã ꝓut. ij. lib.
ſpecu. hiſtorial. c. xix. legit ꝙ argẽtũ viuũ
flexibile et molle ẽ: ſz natural'r fugit ignẽ:
et iõ vocat ab alchimiſtis ſeru⁹ fugitiu⁹.
Exꝑimẽtũ ẽ ꝙ ſi ↄ̃ naturã ſuã ponat in re
ſicca ⁊ valde calida: ſicut ĩ pane recẽter ex
tracto de clibano ĩ pẽna obturata: ⁊ obtu
ratũ foramẽ vbi ĩmittit ĩ pẽnã: facit ſalta
re panẽ: ⁊ tãdem panẽ cõminuet ⁊ exibit.
Sic ĩ ꝓpoſito ẽ ꝙ frequẽter multi q̃ ſunt
ſatis nobiles ⁊ parati ad faciẽdũ q̃ decet
et debẽt: frãgunt timore: ⁊ arctãtẽ dãnifi
cãt vel occidũt. ſic̃ đr Prouer. xxx. Qui ve
hemẽter emũgit: elicit ſanguinẽ. ⁊ q̃ ꝓuo
cat iras ꝓducit diſcordias. Iõ cõſulit ille
Eccl'icus. c. iiij. cuiuſlibet ita dic̃. Noli eẽ
ſicut leo ĩ domo tua euertẽs domeſticos
tuos: et opprimens ſubiectos tibi.
¶ Dixi ſcđo ꝙ periculoſam vitã ducũt illi
pctõres q̃ ſunt ſuꝑbi. Sicut em̃ informat
Sene. lucillũ epl'a. xvij. dicẽs: Conſidera
(inq̃t) q̃ ſunt q̃ hoĩem ĩ ꝑniciẽ magis ĩſti
gẽt: ⁊ illa ĩpediũt vt tutior viuas: ſz inter
hec oĩa eſt põpoſa ſuꝑbia: q: illa ꝓuocat
bonos ⁊ malos: ⁊ iõ illa magis ĩpedit tu⸗
tã vitã. hec ille. Boni nitunt tales corrige
re ⁊ humiliare: et alij ſuperbi inuidi nitũ
tur eos deprimere. et q: põpoſus ⁊ ſuꝑb⁹
citi⁹ vult frãgi ꝙ̃ flecti: iõ tã ꝑ bonos ꝙ̃ ꝑ
inuidos finaliter deſtruet. Exẽplũ ponit
Seneca vbi prius. nã in acie iacẽs prete⸗
ritur cũ ſtãte pugnat. vult dicere ꝙ parci
tur humilib⁹: ⁊ cõtẽnunt ſuꝑbi et põpoſi
qui verbis ⁊ operib⁹ ſe extollũt tã boni ꝙ̃
mali repugnãt ⁊ eos deꝑmũt. De põpoſa
ſuꝑbia ꝙ etiã q̃ad potẽtiã final'r deſtrue⸗
tur. Narrat em̃ Euſebi⁹ in chronica ſua: ⁊

recitaꝛ ĩ ſpeculo hiſtoriali.lib.iiij.c.xviij.
ꝙ tarquinꝰ ſuꝑbus.xxv.annis rexit impe
riũ romanũ. hic ita ſuꝑbꝰ erat ⁊ crudelis
ꝙ facientibꝰ ꝯtra voluntatẽ ſuam nouẽ
genera penarũ adinuenit: tãdẽ nobiles
ſuam ſuperbiã non ferentes eũ de impio
expulerũt. ⁊ cõſimilia in libris regũ ⁊ ma
chabeoꝝ habenꝛ. Si ꝟo loquamur de põ
poſa ſuꝑbia quoad ſapientiã: confuſibilẽ
finẽ hꝫ. Legiꝛ eñ Eſa.x. de rege aſſyrioꝝ
ꝙ iactauit ſe ſic. In ſapiẽtia mea ĩtellexi:
et abſtuli terminos populoꝝ: et pꝛĩcipes
eoꝝ depredatus ſum. ſed ſicut ibi ſequiꝛ.
deus illi ſuꝑbo per ꝓpham dixit ꝙ cõbu
rereꝛ tota gloria eius in vna die. Si ꝟo
loquamur de põpoſa ſuꝑbia quoad ſan
ctitatẽ: et malũ finẽ ſortitur. ſic legimꝰ ꝙ
ſimon magus dixit ſe ꝓphetã dei et con
finxit ꝙ potuit volare ad celũ: qð tñ ſuꝑ
be preſumpſit cecidit et collũ ſuũ fregit.
Si loquamur de ſuꝑbia ex diuitijs et ge
nere: ꝯſideremꝰ illũ nobilẽ regẽ Pharao
nem: q̃ ex ſuperbia dixit. Neſcio dominuꝫ
et iſrael nõ dimittã. ſed qꝛ ſuꝑbe deo reſti
tit: opprimens ſibi ſubiectos filios iſrael
ipſe tandẽ perijt in mari rubro et populꝰ
eius totꝰ. Unde oĩa iſta complectẽs ille
Alanus doctor in lib. de arte ꝑdicãdi ſic
dicit. O q̃ diſſimilis eſt humilitati ſuper
bia: que luciferũ de celo eiecit: adã de pa
radiſo priuauit: gigantẽ occidit: linguas
ꝯfudit: nabuchodonoſor ĩ beſtiam tranſ
mutauit: populos in reprobũ ſenſum tra
didit: excecauit iudeũ: peremit obſtinatũ
deiſcit exaltatũ: hec ꝓlatos percutit: diui
tes in tumorẽ erigit: religioſos decipit:
hec hoĩem excecat ita vt nullus ſeipm̃ co
gnoſcere poſſit. hec ille.
¶ Dixi tertio ꝙ periculoſam vitã ducunt
illi q̃ ſunt cupidi et auari: q̃ nimis ſollici
tanꝛ circa tẽporalia perquirẽda. vñ Se
neca epl̃a.xl. ad lucillũ ſic dicit. Nulli po
teſt ſecura vita ꝯtingere: q̃ de diuitijs cõ
gregandis nimis cogitat. Ratio eſt: qꝛ il
le q̃ timet perdere vitã vel victũ: non eſt
ſecurꝰ de illis. ſed illi q̃ nimis ſollicitanꝛ
de habẽdo ſecurã vitã vel victũ: timẽt ne
perdãt illã: alioquin nõ forẽt ſolliciti cir
ca illã. Igiꝛ qui nimis cogitat de haben
do ſecurã vitã vel victũ: nunq̃ eſt ſecurꝰ
de vita vel victu: imo qui plus nituntur
facere ſecuros multotiens ſe faciũt nõ ſe
curos. Rõ eſt, dicit eñ ſeneca epiſtola.ij.
ad lucillum: ꝙ quondã ꝓ cuſtodia reruꝫ
nullis ſeris vel clauibꝰ vtebãtur: ſꝫ poſte
ri pro ſecuritate rerũ adinuenerunt ſeras
et claues. eoꝝ primus fuit Tubalcayn: q̃
deſcendit a cayn. primo qui volebãt fura
ri ſeruabant res ſine aliquo nocumento.
Modo ꝟo fures ſeras claues ac capſas
ꝯfringũt: res auferũt: reſiſtẽtes occidũt.
Sic igiꝛ ꝓuidendo de ſecuritate: ſe non
ſecuros faciũt. Et iſta nõ dico ego ꝙ illi
citum ſit diuitias cuſtodire: ſed qꝛ illicitũ
eſt iniurioſe eas et indebite ꝯgregare: et
congregatas a neceſſitatibus ꝓximi ſeq̃
ſtrare. ſicut cayn qui poſtq̃ talẽ ſecurita
tem adinuenit edificãdo ciuitates et ca
ſtra tẽporaliũ cupiditate cõmotus: quia
nõ ad honorẽ dei: nec ad vtilitatẽ ꝓximi
expendebat: ideo in fine occiſus perdidit
oĩa et maledictionẽ dei incurrit. Sic fa
ciunt mõ homines. ꝓpter ſuã ſecuritateꝫ
dant filias ſuas diuitibus et potentibus
maritandas. Et de multis talibꝰ ſcimus
quõ fuerunt ſubuerſi et ſubito deſtructi.
Et ſpecialiter in antiq̃ hiſtoria britonum
inueniꝛ: ꝙ due filie cuiuſdã nomine loyr
ſic dotate duobus ducibus britãnie cor
nelio et albanio: tandẽ patrẽ propriũ de
ſuo dñio expulerunt: et perſonã quã pa
ter poſuit heredẽ duo heredes filiarum
deſtruxerũt: et inter ſe totam angliam di
uiſerũt: et tandẽ vnꝰ aliũ interfecit: ⁊ to
tam hereditatẽ obtinuit. Et iſtos tales
ſic deplanxit ſalomõ Eccl̃s.ij.c. Studio
ſiſſime laboraui habiturꝰ heredẽ poſt me:
quẽ ignoro an ſapiẽs an ſtultꝰ futurꝰ ſit:
et dñabiꝛ in laboribꝰ meis q̃bꝰ deſudaui
et ſollicitus fui. Et eſt quicq̃ tã vanum?
Et ſuꝑ hoc ꝟbo beatus Hierony. ſic dicit
Uanũ eſt (inq̃t) trãſeũtia ꝯgregare: ⁊ va
nius non futura appetere: ſed vaniſſimũ
magno labore perq̃ſita incertis heredibꝰ
poſſidenda relinq̃re. hec ille. Iõ dñi mei
reuerẽdi/teneamꝰ ꝯſiliũ xpi di. Mat.xix.
Da pauꝑibꝰ ⁊ hẽbis theſauꝝ ĩ celo. ſ. eter
ne glie. quã nobis ꝯcedat ⁊c. Ciprianꝰ in
lib. de.xij. abuſiõi. inq̃r. Si vis cognſcere
mũdũ cito finiẽdũ: h̃ ſigna tũc appebũt.
Erit ſenex ſine ſenſu: ppl̃s ſine deuotione
pauꝑ ſine humilitate: diues ſine charita
te: religioſi ſine obediẽtia: ꝓlati ſine dili
gentia: clerici ſine caſtitate: mariti ſine fi
delitate: mulier ſine verecundia: domini
terrarũ ſine iuſticia. hec ille. Deo gras.

¶ Dñica.vj. poſt feſtũ trinitatis. Ser.ij.

Niſi abũdauerit
iuſticia vr̃a plus q̃ ſcribaꝝ
et phariſeoꝝ: nõ intrabitis
in regnũ celoꝝ. Matth.v.
Teſte ſacro eloquio/locum
ſumptuoſum cõmuniũ ſiue caſtrũ quattu
or genera hoĩm ſine difficultate ingrediũ
tur: et contraria illis ab ingreſſu iuſte re
pellunt. Digni introitu ſunt
Primo noti qui non ignorantur.
Scðo amici qui libenter inuitantur.
Tertio potentes qui multũ honorãtur.
Quarto apportãtes q̃ lete acceptãtur.
¶ Primi digni introitu ſunt noti: et igno
ti repellũtur. Nũquid Iohãnes euangeli
ſta tꝑe paſſionis xp̃i/intrauit domũ põti
ficis. Mõ filii abſalon filiꝰ dauid intrauit
ad regẽ.ij. Regũ.xiiij. Quid eſt hoc dictũ
moraliter: niſi ꝙ illi q̃ habẽt noticiã fidei
et per fidẽ habẽt noticiã de deo vero: in
trabũt in regnũ celoꝝ. In huius ſignũ la
tro ꝑ fidẽ/quã habuit: q̃ attẽtis circũſtan
tijs multis: fides illa fuit ſupergrandis.
Iſto modo baptiſmꝰ ꝑ virtutẽ fidei ad re
gnũ celoꝝ ſine medio ĩtroducit. Magna
eſt fides. magna eſt noticia fidei xp̃ianoꝝ
que ſic ad regnum celorũ notos et fideles
deo finaliter introducit. qꝛ q̃ crediderit ⁊
baptizatꝰ fuerit: ſaluꝰ erit ⁊c. Mar. vlti.
et apl̃s Heb.iiij. Ingrediemur in requiẽ
nos q̃ credidimus queadmodũ dixit. Si
cut iuraui in ira mea: ſi introibũt ĩ requi
em meã. Per cõtrariũ nõ intrabũt ꝑ oſti
um quod eſt fides: q̃ nõ per oſtiũ in ouile
ouiũ ⁊c. ¶ Scðs introitus in regnum eſt
amicoꝝ. qualis amicitia fuit ĩ btã magda
lena: ideo ingreſſa fuit in domũ phariſei.
vbi xp̃s erat ſimul fuit cum xp̃o. Ieſus in
trauit in quoddã caſtellum: ⁊ mulier que
dam martha noĩe excepit illũ in domũ ſu
am ex amicitia. Luce.x. et de tali introitu
habeꝛ Cañ.ij. Introduxit me rex in cellã
vinariã. ⁊ ordinauit in me charitatẽ. Ibi
in patria erit charitas ordinatiſſima: que
facit amicũ dei: et introducit nos ad glo
riam: immo ſine iſta nullus vnq̃ intrauit
nec intrabit. Per oppoſitũ nõ intrãt in re
gnum iracundi. ſicut poteſt oſtẽdi ꝑ ſeriẽ
verboꝝ euangelij: vbi dr̃. Qui iraſciꝛ fra
tri ſuo: reus erit iudicio. Qui iraſcitur ſi
ne cauſa reus erit iudicio. Aliq̃ exponunt
reum ſe debebit reputare. alij exponũt re
us iudicio eterne punitionis ⁊ ꝯdẽnatio
nis. Qui autem dixerit fratri ſuo racha: re
us erit concilio. Primo ira eſt in aĩo. ſecũ
do in voce cũ aĩo: ⁊ iſta grauior q̃ prima.
talis ſecundo modo iracũdus: reus eſt cõ
cilio. Racha eſt ꝯuitiũ procedens ab ira.
Minus eſt iudicium q̃ conciliũ. in iudi
cio eſt locus defenſionis: in concilio quã
do iudices conferũt qua pena puniẽdus
ſit talis reus. Qui autẽ dixerit fatue reus
erit gehenne ignis. qñ ad irã ſequitur in
famatio. tunc eſt grauiſſima ⁊ ei correſpõ
det grauiſſima pena. talis ira vbi ſũt gra
dus et directo opponitur charitati. ⁊ ta
les nõ intrãt in regnum. In huius ſignũ
non habens veſtem nuptialem. i. charita
tem fuit increpatus. Quomodo huc ĩtra
ſti non habens veſtẽ nuptialem? et demũ
fuit expulſus. Mat.xxij. ¶ Tertio intrant
in regnum potentes ⁊c. In cuius ſignum
filij iſrael potentiſſimi in terra promiſſio
nis circũierunt ciuitatem ſepties cum tu
bis: intrauerũt hiericho. Ioſue.vij. Uirtꝰ
fortitudinis que eſt vnum de donis ſpiri
tuſſancti: eſt cauſa iſtiꝰ introitus. ¶ Quar
to intrant apportantes. i. iuſti. i. qui iuſte
portant vnicuiq̧ quod ſuum eſt. Iuſticia
eſt vna porta per quam intratur ad regnũ
celoꝝ. Hec porta dñi iuſti intrabũt in ea.
in pſ̃. In huius figura noe vir iuſtus in
vijs ſuis cũ filijs intrauit in arcam. Geñ.
vij. Per contrarium/iniuſti non intrant:
nec phariſei: cũ vere non ſint: ſed ſolũ ap
parẽt iuſti. Siquidẽ eoꝝ iuſticia eſt
Iuſticia ſimulata.
Iuſticia preſumpta.
Iuſticia vendita.
Iuſticia diminuta.
Iuſticia auſtera.
Iuſticia ſuperficialis.
¶ Primo ſimulata: qñ exterius apparẽt
iuſti ad modũ ſepulcroꝝ dealbatoꝝ. de q̃
bus Mat.xxiij. Item iuſticia preſumpta.
Iſti eñ phariſei preſumebant ꝙ obſeruã
tie exteriores ſufficerẽt ad ſalutem. Item
iuſticia vendita. ſiquidẽ iſti phariſei ora
bant prolixe: nõ propter deũ: ſed propter
cõmodum temporale. Item iuſticia dimi
nuta. Iſti minora faciebant: et maiora di
mittebant. Itẽ iuſticia auſtera: quoniam
ipſi phariſei imponebãt onera grauia: di
gito aũt ſuo nolebant ea mouere. Itẽ iuſ

ſticia ſcribarum ⁊ phariſeoꝝ ſuperficialis exterior tm̄: qui cohibebant manū ⁊ non animū. Iſta iuſticia dūtaxat liberabat a pena tēporali: ſed nō introducebat ad regnū celoꝝ. Sed iuſticia xp̄i ſaluat in vitā eternam. et hoc eſt quod dicit thema. Niſi abundauerit iuſticia veſtra ⁊c̄. Ex q̄bus verbis innuitur

Primo defectus interior iuſticie iudeoꝝ.
Scđo effectus liberior iuſticie xp̄ianoꝝ.
Tertio fructus copioſe glorie beatoꝝ.

Prima pars.

¶ Hic de iuſticia chriſti:

que eſt ſufficiens et abundans pro introitu regni celorum: eſt proſequendum. Ubi ſciendū ꝙ iuſticia eſt multiplex: qm̄

Primo iuſticia naturalis rectificatiua.
Secūdo iuſticia legalis preceptorum implicatiua.
Tertio iuſticia equalis equi libratiua.
Quarto iuſticia ſufficiēs ſine diminutiōe.
Quinto iuſticia puniens pro culpe perpetratione.
Sexto iuſticia retribuens in meritoꝝ premiatione.

¶ Prima iuſticia naturalis rectificat hominē. Primo apud deū. ſcđo erga ꝓximū. tertio erga carnem ⁊ ſpm̄. Primo iuſticia naturalis eſt totū ſe dare deo a quo totū ſe habet. In ſignū huius fili⁹ dei totū hominē aſſumpſit. ſ. corpus ⁊ aīam in vnitate ſuppoſiti: et totū redemit. ergo totū debemus deo. ⁊ naturalis iuſticia hoc requirit ꝙ vnicuiqȝ detur qđ ſuū eſt. Itē iſta iuſticia facit hominē rectū erga ꝓximū. quo mō ſeruabit iuſticia iſta velle oīb⁹ ꝓdeſſe et nulli nocere/ iuxta ſnīam Sene. in lib. de quattuor virtutib⁹. Si iuſticiā ſeq̄ deſideras: nūc pri⁹ ⁊ ama vt amareris a deo. amabis em̄ deū ſi in hoc ipm̄ imitaberis: vt velis oībus prodeſſe. de qua Mat. vij. Quecūqȝ vultis vt faciant vobis hoīes: ⁊ vos facite illis. Idē habetur Tobie. iiij. ⁊ Luc. vj. Scđa pars iſtius iuſticie eſt nulli velle nocere: de qua itē Tobie. iiij. Qđ ab alio oderis tibi fieri: vide ne tu aliquādo alteri facias. Iſte due partes iuſticie ſunt due columne eleuantes aīam ad gloriam beatoꝝ. Eccli. xx. Qui operatur iuſticiā ipe exaltabitur. Itē iuſticia naturalis rectificat hominē erga carnē et ſpm̄. Qui regit ƀm ſpm̄ et rationē rectā: iuſticiā naturalē obſeruat. qui autē regit ƀm carnē: peruertit ordinē iuſticie. ideo tanꝙ tranſgreſſor iuſticie moriet: iuxta illud. Si ƀm carnē vixeritis moriemini eternaliter. Roma. viij. imo ibūt tales in ſuppliciū eternū: iuſti autem in vitā eternā. Mat. xxv.

¶ Scđa iuſticia legalis ⁊c̄. de iſta loquit phus. v. Ethi. vbi dicit/ ꝙ iuſticia legalis que implet precepta legis. ſed lex precipit actus oīm virtutū: ſicut dicit btūs Greg. j. lib. moral'. Lex precipit non delinquere actiue: qđ pertinet ad actū fortitudinis. Itē lex precipit nō mechari: quod ſpectat ad tēperantiā. et lex precipit non percutere: nō contendere. hoc ſpectat ad manſuetudinē. Quicunqȝ em̄ facit contra aliquā virtutē per circūſtantiā (al's certā inſtantiā) vel conditionē aliquam iniuſte: nō legaliter facit. iniuſtū em̄ operatur: ⁊ fit ſeruus diaboli ſeu pctī. Non ſic poſtulabat dauid cum dicebat. Greſſus meos dirige ƀm eloquiū tuum: vt nō dominetur mei oīs iniuſticia. Sed contrariū eſt de multis: q̄ licȝ iuſta faciūt: nō tm̄ bn̄ nec iuſte. ſicut qui faciūt elemoſynā de illicite acquiſitis: vel ꝓpter vanā gloriā: lȝ bonū faciāt vel iuſtū: nō tm̄ iuſte nec bn̄. De tali iuſticia legali: que eſt oīs virtus: loquit btūs Hiero. ī quadā ep'la. Oēs virtutū ſpecies vno iuſticie noīe continētur. Et btūs Bernar. in quodā ſermo. Rectus et iuſtus eſt ille: qui ad terrena cū curuat: ad celeſtia totus erigitur: qui diuine volūtati humiliter ſubijcit: cuius medium non exiēs ab extremis: paupertate ⁊ patiētia regulat.

¶ Tertia iuſticia equalis ⁊c̄. Iſta iuſticia ƀm docto. eſt quedam ſpecies iuſticie qua redditur vnicuiqȝ quod ſuum eſt. et diuiditur in iuſticiā commutatiua: ⁊ diſtributiuam. de qua Tullius in rhetorica. Iuſticia eſt habitus cū vtilitate ſeruata ſuā vnicuiqȝ tribuēs dignitatē. Itē macrobius. iuſticia eſt vnicuiqȝ ſeruare quod ſuū eſt. Et Sene. Quid eſt iuſticia niſi nature tacita generatio in adiutoriū inuēta. Iſtam iuſticiam depinxerūt antiqui imaginē ad modum virginis incorrupte: que erat gratiſſima in aſpectu: ſed terribilis luminib⁹ oculoꝝ: coronata accipitre: ſedēs in cathedra: tenens ſceptrū in manib⁹: equa lāce. Moraliter iuſticia eſt ſicut virgo pulcherrima incorrupta: q2 corrūpi nō pōt prece vel precio amore vel odio aut timore. vnde Seneca. Iuſticia nil iniuſtū pati pōt. vn̄ Ouid. lib. j. de transformatis vocat eā aſtreā virginē filiā aſtrei gigantis q̄ nūꝙ violari potuit. ſicut nec iuſticia. Addit etiam Ouid. qm̄ virtutes fugerunt ad celum ꝓpter horrorē vitiorū. iuſticia fuit vltima que receſſit. Itē licȝ iuſticia habeat gratū aſpectū ī ſe: tm̄ eſt acer ⁊ formidabilis his qui iuſte ꝑ ſuis demeritis puniūtur. Itē aſpect⁹ iſti⁹ imaginis nō nimis humilis: nec nimis atrox. et hoc bene ꝑtinet ad iudicem iuſtū. nā nimia humilitas in iudice dat ⁊ generat deſpectū: ⁊ nimia atrocitas generat horribilitatē. idō iudex iuſt⁹ dȝ eſſe medius inter vtrūqȝ. Coronata erat: q2 iuſticia eſt in ꝑpetuū coronata et triūphat. Sap. iiij. et ap'ls. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſticie. ij. Timoth. iiij. Iſta imago ſedebat in cathedra: qm̄ ad iudicē ꝑtinet ſedere in cathedra. Itē tenebat ſceptrū qđ eſt regale ſignū: ⁊ deſignat ꝙ ſine iuſticia nec regnū: nec reſpublica pōt bene regi. immo remota iuſticia regna non ſunt niſi magna latrocinia. ſicut dicit Augu. iiij. de ciuita. dei. c. iiij.

¶ Quarta iuſticia vocat ſufficiēs: de qua in themate ⁊ in euāgelio. ⁊ vocat iuſticia xp̄i que ſaluat aīas. vn̄ thema. Niſi abundauerit iuſticia veſtra ⁊c̄. dicebat xp̄s apoſtolis: nō intrabitis ī regnū celoꝝ. hoc eſt dictū. niſi mādata data legi impleueritis et alia queqȝ moralia neceſſaria ad ſalutē etiā docueritis implēda abūdāti⁹ ꝙ phariſei: qui ſolū cohibebāt manū et nō aīm: et vtrūqȝ cohibendū eſt. Nūquid malum cogitare: ⁊ malo cōſentire: eſt pctm̄: ⁊ iſta debēt (al's dicunt) eſſe in aīa. nō em̄ ſufficit ad ſalutē ab homicidio abſtinere: niſi quis irā et rancorē remiſerit in mēte. nec ſufficit a fornicatione abſtinere. ſi videris mulierem ad concupiſcēdum eā in corde. Siquidem in preceptis noui teſtamenti/ non ſolū refrenatur manus ſeu opus: immo etiam mala cogitatio. De iſta abūdantia iuſticie habetur Eſa. x. Conſummatio abbreuiata inūdabit iuſticiam. Doctrina euangelica vocatur breuis conſummatio. et apparet breuitas: qm̄ in duobus mandatis totam legem totaliter complet. vnde doctrina euangelica breuis et conſummata formam iuſticie exprimit abundanter. Iuſticia phariſeoꝝ promittebat terrenam poſſeſſionem. iuſticia vo xp̄i eternam appropriat manſionem. ergo iuſticia chriſti abundat. Item iuſticia phariſeorū docet ſeruare minora precepta: non maiora. Iuſticia vo chriſti docet vtrūqȝ. ergo iſta abūdat magis ꝙ prima. Itē iuſticia phariſeorum alligat onera grauia et importabilia: et ipſa non tangit ea vno digito: iuſticia vo illorum qui intraturi ſunt regnū celorum: primo ſeruat et cuſtodit illa que ipſi alijs ſeruare precipiunt. ergo magis abundat iſta ꝙ illa.

¶ Quinta iuſticia ſimul cum ſexta ⁊c̄. Nā iuſticia punitiua eſt quando per demeritum redditur ſupplicium: ⁊ merito premium. et ƀm hec remuneratio bonorū/ et pena malorum eſt opus iuſticie. Licȝ in omni opere dei ſint ſemper miſericordia ⁊ iuſticia: verū in aliquibus operibus dei miſericordia fit aperta: et iuſticia occulta: ſicut in iuſtificatione peccatorū. In aliquibus autem operibus eſt totum contrariū ſcilȝ iuſticia aperta: et miſericordia occulta: ſicut in damnatione paruulorum decedentium ſine baptiſmo. aliquādo vtrūqȝ occultum/ ſicut in tribulatione iuſtorum ſicut in iob. tobia ⁊c̄. aliquādo totū apertum ſicut in punitione reproborum/ et remuneratione iuſtorum. Ad quam merito et efficacia ſue ſacratiſſime paſſionis: ⁊ interceſſionibus intemeratiſſime virginis marie nos producere dignetur ieſus benedictus ⁊c̄.

¶ Dominica. vij. poſt feſtum trinitatis. Sermo. j.

STipēdia peccati mors. Roma. vj. c. Attēto ꝙ ſtipendium eſt digna retributio que militib⁹ cōfertur et datur: triplicē militum differentiā introduco: qm̄ ſunt

Primo milites mundi.
Secundo milites chriſti.
Tertio milites diaboli.

Primi ſtipendijs contentātur. ſecundi ſtipēdijs coronant. tertij ſtipēdijs moriunt.

¶ Primi milites ⁊c̄. de iſtis Luc. iij. milites interrogauerunt. ſcilȝ iohannē. Quid faciemus et nos: quibus reſpōdit. Neminem cōcutiatis: neqȝ calūniam faciatis: et contenti eſtote ſtipendijs veſtris. O q̄ ſalubris doctrina ſi ſeruaretur. neminē inquit concutiatis per violentiā. et nemini

calũniam faciatis per fraudulẽtiã ⁊ frau-
dulentã maliciã.et contenti/eſtote ſtipẽ-
dijs veſtris.qualis miles fuit beatꝰ mar-
tinus:q̃ non ſolũ contentꝰ:imo de ſtipen
dijs nihil preter quotidianũ victum reſer
uabat.imo de craſtino nõ cogitabat. Ta-
les milites fuerũt illius legionis ſacrate
thebee:qui ꝓ defenſiõe reipublice arma
ſuſceperant:nec fidẽ xp̃i in aliquo viola-
re intendebãt. Sed poteſt queri quid eſt
ꝓprie ſtipendiũ de ratiõe vocabuli. Re-
ſpondetur ſm glo.ꝙ ſtipendiũ dr a ſtipe
pendẽda a ſubſtãtia ponderata:qm̃ retri
butio dabat militibus pugnãtibus ꝓ re
publica ad põdus. antiquitꝰ pecunia nõ
numerabat:ſed dabatur ad põdus ⁊ per-
ſoluebat. Lucrum fructus/merces/ſala-
riũ que dabantur pro labore:vocabãt ſti-
pendiũ.et ideo dicitur hic, ſtipendia pec
cati mors.

¶ Secũdo introductũ eſt ꝙ ſunt milites
ſtipendiarij xp̃i.quales ſunt oẽs genera-
liter xp̃iani. ſimiliter viri iuſti et ſancti.
quales milites fuerũt ſebaſtianꝰ/ hippo-
litus/tiburtius/valerianꝰ ſponſus beate
cecilie.quales milites fuerũt ſanctꝰ ludo
uicus rex francoꝝ: eduardus rex anglie:
karolus magnus: artuſius: imperatores
romani.qualis miles fuit timotheus di
ſcipulꝰ beati pauli apl̃i.de quo.ij. Timo.
ij.Labora ſicut bonus miles xp̃i. Ubi no
tantur quattuor que ad militem ſtrenuũ
requiruntur:vtpote

Diligentia.labora.
Decentia.miles.
Uirilitas. bonus.
Salubritas.chriſti.

Diligenter/decenter/viriliter/ ſalubriter
militãdo maxime et pugnãdo ꝓ republi
ca:et ꝯtra catholice fidei inimicos. de q̃
militia.j.Timoth.j. Hoc p̃ceptũ cõmen-
do tibi fili timothee vt milites bonã mili
tiam/hñs fidem ⁊ bonã cõſcientiã. bonã
multũ et ſalubrem hñs ſine errore cõſciẽ-
¶ Septimo ⁊ vltimo circa illud de conuiuijs: ꝙ ibi fuerūt quīqꝫ milia: ⁊ hic quattuor milia. Cur tam varie? Reſpōſio ſm Chryſoſto. q2 numerus quinqꝫ ſignificat imꝑfectionē ſm ꝙ fuit in veteri lege: q̄ oīa fuerūt intellecta ad litteram: ſm ſenſum: et non ſm ſpiritū. Numerꝰ ꝟo quattuor ſignificat virtutem et perfectionem quattuor euangelioꝝ. vn̄ ſm Ariſto. virtuoſus cōparat̄ corꝑi quadrato: q2 ſicut quadratū bn̄ ſed et in oī latere: ita ꝟtuoſus bene ſe hꝫ in oī fortuna contingente. Vidimꝰ igit̄ dei et xp̄i miām in iſto miraculo quoad tria.

Primo cauſam effectiuā miſerie que fuit xp̄s. vn̄ dicit. Miſereor ſup turbam.

Scđo cauſam motiuam: quia triduo ſuſtinent me ⁊c.

Tertio oꝑis efficaciā: q2 ſatiauit de ſeptē panibus / ⁊ piſciculis paucis q̄ttuor milia hominū. Placeat deo ⁊c. Amen.

¶ Dominica. viij. poſt feſtum trinitatis. Sermo. j.

Debitores ſumꝰ nō carni. Rom̄. viij. Predicator veritatis ⁊ doctor gētium Paulus ap̄l's cōſiderans in hoīe carnē et ſpm̄ a deo tanq̄ pignora et conceſſa hoībus: in themate ꝓpoſito per modum generis duo ponit atqꝫ regiſtrat: ⁊ ſunt iſta duo.

Primū eſt vna obligatio que perſolui iubetur. debitores ſumus.

Secūdum eſt vna prohibitio quatenus executioni non detur. non carni.

Prima pars.

¶ Primū ergo eſt multiplex obligatio q̄ ergo multas habet premiſſas ex quibus infertur ergo debitores quoniam eſt

Primo debitū culpabilis obligationis.

Scđo debitū collate deuotionis.

Tertio debitū ſeruate depoſitionis.

Quarto debitū vltimate reſolutionis.

Quinto debitū prolate delectationis.

Sexto debitū humane ſuſtētationis.

Septimo debitum obligate recompenſationis.

Octauo debitū caſte redditionis.

¶ Primū debitū ⁊c. et tale eſt peccatum: in quo pctōr eſt debitor: de quo et ꝓ quo debito oramus dn̄i. Dimitte nobis debita nr̄a. i. peccata nr̄a. de hoc debito. j. Reg. vj. Que debetis ei reddite pro peccatis. Sed quid redditur iuſte pro iſto debito? Rn̄deo hoc eſt penitentia vera non ficta de peccato cōmiſſo. Verū et prochdolor ſunt nonnulli: qui iſtud debitū nō ſoluūt ſeu reddunt: q̄ nunq̄ꝫ de pctō penitentiā agunt. et peſſimū eſt. aliqui tarde ſoluūt: qui expectant vſqꝫ ad ſenectutē. aliq̄ vſqꝫ ad mortē. Si iſtud debitū non ſoluit̄ per penitētiā in hac vita: nunq̄ perſoluetur in alia. Matth. v. Eſto conſentiens aduerſario tuo cito dum es cum eo in via: ne forte tradat te aduerſarius iudici. et iudex tradat te miniſtro et in carcerē mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nouiſſimū quadrantē. in pena eterna. nunq̄ꝫ exibis: quia nunq̄ poteris reddere: cum ibi locus penitētie non ſit. Pena eterna vbi debitū peccati perſoluitur: eſt quadrans ꝓpter quattuor que ibi erunt ⁊ ſunt. conſcientie remorſio: corporalis leſio: qm̄ ille ignis eſt corporeus. ibi eſt demonū terribilis viſio: ⁊ a deo ſeparatio. Verum debitum peccati etiā ſoluitur in purgatorio: quando per verā penitētiā ſoluta culpa: pena pctī adhuc remanet perſoluenda. Illud debitū ſoluit̄ quattuor modis ſm beatū Grego. ꝑ eleemoſynas fideliū: per orationes: ⁊ ieiunia et per ſacramentum altaris.

¶ Secundū debitū. ratione beneficioꝝ oēs ſumꝰ obligati deo creatori nr̄o in grādi debito: nec poſſumus debite ſoluere. Iſtud debet̄ rōne creationis: ⁊ rōne redēptionis ⁊ ſaluationis: que ſunt grādia debita. Itē a deo habemus bona naturalia ſcꝫ aīam ⁊ corpus cū contētis. a deo debemus (al's habemus) eſſe bn̄ ſentire. a deo habemꝰ bona fortune. totū mūdū cū ſuis cōtentis. totū ad ſeruitiū hoīs. vn̄ Hugo lib. de arca noe dicit / ꝙ triplex vox loquitur hoī. Prima vox loquit̄. accipite bn̄ficiū. ſcđa vox redde debitū. tertia vox fuge ſupplicium. ¶ Prima vox clamat accipe. Nā clamat celū hoī: ego de die tribuo tibi lucē vt vigiles et opereris. de nocte tenebras vt poſſis q̇eſcere ⁊ dormire. in eſtate tribuo tibi calorē: in hyeme algorē: ī vere tēpus gaudioſum: in autūno tēpꝰ fructuoſum. Aer loquit̄ hoī. ego tribuo tibi ventū et pluuiam et aues. Aqua clamat. ego miniſtro tibi piſces. miniſtro tibi lauamētū: purgamentū: et multa alia bn̄ficia. Terra clamat. ego te paſco fructibus varijs. te cōforto: miniſtro panē ⁊ vinum carnes totū ad ſeruitiū tuū. ¶ Scđa vox redde debitū. Idē Hugo vbi. ſ. O anima mea deo obligata multū accepiſti: ⁊ nihil a te habuiſti. Idē hugo vbi. ſ. in perſona mūdi loquit̄ hoī. Vide hō quō amauit te qui ꝓpter te fecit me: vt ſeruias illi qui fecit te et me ꝓpter ſe: et me propter te. ſentis bn̄ficiū redde debitū. ¶ Tertia vox eſt fuge ſuppliciū: que qm̄ in exēplari omiſſa fuit: tu eam proſequere ſm capacitatē tui intellectus.

¶ Tertiū debitū ⁊c. multa ſunt nobis tradita ſub debito a creatore nr̄o: de q̇bꝰ habemus reddere rōnem: vtpote ſenſus corporales. videlꝫ viſus / auditus / guſtꝰ / odoratus / et tactus. Bona etiā tp̄alia de quibus nō ſumus niſi diſpenſatores. De iſto debito ſub quadā parabola habet̄ Mat. xxv. Simile eſt regnū celoꝝ hoī ꝑegre ꝓficiſcēti: q̄ poſt reditū ſuū voluit rationē ponere cū ſeruis ſuis. et ſub depoſito dedit vni quinqꝫ talēta: alij duo: alij ꝟo vnum: vnicuiqꝫ ſm propriā ⁊c. fuit vnus qui nō potuit bonā rationē reddere de ſuo talento ſub depoſito accepto: quē dn̄s fecit eijci in tenebras exteriores ⁊c.

¶ Quartum debitū ⁊c. et iſtud eſt mors. Ad iſtud debitum oēs qui nati ſunt: ⁊ naſcentur; ſunt obligati ad ſemel perſoluendum: licꝫ lazarus bis ſoluerit debitū mortis. de quo Iob. xix. Nos legē habemus: et ſm legē debet mori. Debitū mortis vocatur lex. vn̄ cū fuiſſet dictū cuidam ꝓbo: morieris. Rn̄dit hac lege intraui vt exirē. Iſta eſt lex iuſtiſſima ſubducta partialitate quacūqꝫ: que nō parcit etati ſexui nobilitati fortitudini pulchritudini poteſtati dignitati ſapiētie diuitijs pauptati maiori equali minori preſidenti ſubdito. Qualis lex. debitū mortis non ſolū lex: īmo generale ſtatutū. hoc ſtatutū eſt oībus hoībus ſemel mori. Hebre. ix. Recitat beatꝰ Grego. ꝙ ſemel cuidam ſancto vocato antonio / fuit mandatū a deo ꝑ angelū quatenus pararet ſe ad ſoluendū debitū mortis. qui ſctūs clamauit. O dn̄e peto humiliter inducias mihi dari: nō em̄ habeo expenſas ſufficientes ad moriēdum. Cui angelus cōfortans eū; licꝫ mors ab hoībus ſit timēda qn̄ perfecti etiā timēt mortem: tn̄ ſi loquamur de debitis. de pctīs īquit non oportet te timere: qm̄ dimiſſa ſunt tibi. Ad iſtud grāde debitum perſoluēdum obligauit nos primus parens inobediēs deo ſuo. de iſto debito beatus Aug. in de doctrina xp̄iana. Vigilare debet oīs xp̄ianus: ne eū imparatum inueniat aduētus dn̄i. De iſto debito Chryſ. ī quadā home. ſuper Mat. Mors (inq̄t) munus neceſſariū eſt nature corrupte: que nō eſt fugienda: ſed potius amplectēda. et iterū. Fiat voluntariū: qđ futurū eſt neceſſariū. offeramus deo pro munere quod pro debito tenemur reddere.

¶ Quintū debitū ⁊c. de quo ap̄l's Roma. xiij. Nemini (inq̄t) debeatis niſi vt inuicē diligatis. Hic īplicat ap̄l's duo genera debitoꝝ. vnū debitū eſt qđ ſolutū ampliꝰ nō debet̄: neqꝫ obligatio remanet ad ſoluendū. vt ſi cui ſolui quinqꝫ ſolidos quos debebā: amplius nō remanet obligatio. Aliud debitū ꝑſoluēdū: ſicut debitū dilectionis dei ⁊ ꝓximi. De primo debito ibi. Nemini quicq̄ debeatis. de ſcđo. niſi vt inuicē diligatis. Pro primo debito eſt autoritas ap̄li in eodē loco. Reddite oībus debita. hoc em̄ eſt iuſtū reddere vnicuiqꝫ qđ ſuū eſt: al's iniuſtū retinere. Cui tributum tributū. tributū eſt qđ ſoluit tota vna patria. Cui vectigal: vectigal. vectigal eſt debitū qđ ſoluit ſingularis ꝑſona: ſicut mercator qui ſoluit pedagia et vecturas rerū

ſuarū. Tributum ſoluit xp̃s ſicut habetur Mat.xvij. etiā maria et ioſeph ſoluerūt: ſicut habet Luc.ij. Cui timorē: timorem. deo debēt timorem. Prouerb.xxiiij. Time dñm fili mi: et regē. Cui honorē: honorē. Unde ſunt debita multa et alia: que reddē da ſunt. ſicut debēt prelati ſubditis proui dentiā. debēt ſubditi prelatis obediētiā. diuites pauperibus elemoſynā. vt de oīs bus debitis iſtis concludamus. ſicut nos debemus reuerentiā maioribus: innocen tiā noſtris cordibus: doctrinā ignorantiz bus: reſiſtētiā nefandis hoſtibus: caſtiga tionē male agētibus: amicitiā nr̃is equa libus. oīa iſta debita ſunt ſoluenda. ǧ ne mini q̇cq̄ debeatꝫ. Qm̄ iſtud p̃mū debitū diſtinctū in multa debita: ſicut dictū eſt: ergo ſoluite veraciter. doleatis integrali ter. quicq̄ nemini generaliter. Scđm de bitū qđ ſolutum/ adhuc reſtat ſoluendū: niſi vt inuicē diligatis. i. q̃ſi dicat alia oī no ſoluite vt nō debeatis: debitū tm̄ cha ritatis ita ſoluite vt ſemp remaneat ſolu tio debiti. Hoc priuilegiū habet charitas ſuper oēs virtutes inter alia priuilegia: quoniam quis remanet ſemper obligatꝰ ad diligēdum deū. de quo priuilegio bea tus Aug. Sola charitas que reddita ſem per detinet debitorem.

¶ Sextū debitū ꝛc̃. Iſtud debitū tenētur diuites ſoluere indigētibus. de iſto debi to Eccl.iiij. Declina pauperi ſine triſticia aurem tuā: et redde illi debitū ſuū. ¶ Hic moraliter querit̃ an diues qui abūdat bo nis: ex debito et precepto teneat̃ dare ele moſynam pauperi indigenti? Ad iſtā que ſtionē reſpondet ſanctꝰ Tho.ij.ij.q.xxxij. dic̃. q̄ anteq̄ ſit debitū vel preceptū duo ſunt neceſſaria. vnū ex parte dātis: aliud ex parte pauperis recipientis. Primū re quiſitum ex parte dantis: q̄ illud nō ſit ſi bi neceſſarium: ſed illis qui ſunt ſub cura ſua: qm̄ in tali caſu primo tenetur ſubue nire ſibi et ſuis domeſticis: q̄ alienis. Eti am ex parte pauperis requiritur q̄ indi geat al's nō eſſet elemoſyna. Elicitur con cluſio q̄ vbi dans habet ſuperfluum ꝛ vl tra neceſſitatē: recipiens indigētiam: nec aliter poteſt ſuſtentari: tunc dare eſt debi tum et preceptum: ꝛ non dare eſt peccare mortaliter. In hoc caſu dicit glo. qui da re negligit debitū: tollit. declina ǧ paupe ri ſine triſticia aurem tuam, in decre, diſt, xlviij. c. ſicut hi. ſic habetur. Nec̄ minus eſt criminis habēti tollere: q̄ cum poſſis et abundans ſis: indigētibus denegare. Eſurientium panis eſt quē tu detines. nu dorum indumētū eſt quod tu recludis. et miſerorum redemptio eſt pecunia quā tu ſub terra fodis. Et nón auertas faciē tuā ab vllo paupere ſm̄ cōſiliuꝫ Tobie.iiij.c. et facies dei non auertetur a te. Propter mandatum aſſume pauperem. Eccl'i.xxix. Ergo debitum non dantibus in tali caſu dicit̃. Ite maledicti ꝛc̃. Mat.xxv. vñ Au gu. de verbis dñi in perſona xp̃i. Da mihi ex eo quod dedi tibi. de meo quero: da et redde. habuiſti me largitorē: fac me debi torem. Ex multis obligationibus atq̄ de bitis declaratis: ſequitur vera concluſio: debitores ſumus creatori noſtro. Secun dū tm̄ intētionem apl'i ad litteram in hoc loco: debitores ſumus ſpiritui ſiue ratio ni ſm̄ quam rationem viuere debemus ſi ſaluari volumus in eternum.

Secunda pars.

¶ Secundum principa

le eſt vna ꝓhibitio ꝛc̃. non carni. Hic que ritur vel poteſt queri ſi aliquid debemus carni: cum apoſtolus dicat. debitores ſu mus non carni. Rñdetur breuiter dicēdū q̄ carni debemus tria.

Primo ſuſtentationem.

Secundo mortificationem.

Tertio exercitationem.

¶ Primū debitum ſuſtentatio. vnde bea tus Greg. in quadā homel'. ſup Ezechiel'. Multis tentationibus naſcimur: et caro aliqñ adiutrix nobis eſt in bono ope: ali quādo autem ſeductrix in malo. ſi ergo ei plus in malo tribuimus q̄ debemus: ho ſtem nutrimus. et ſi neceſſitati eiꝰ que de bemus nō reddimus: carnē necamus. er go caro ſuſtētari debet. ad hoc tenemur ſi bi non impugnari. vnde metrificator. Dū bene ſum paſta: dicit caro: non ero caſta. rationi conſonat. Dū tibi multa paro fer cula littus aro. Refert Petrus damia. q̄ fuit quedā domina ſic delicate nutrita q̄ nolebat balneari in aquis cōibus: ſed ſo lū in rore celeſti cū labore collecto. nec di gnabatur manibus tangere cibum: ſed fa ciebat ſe paſci cū cochlearibus aureis. de mum autem ſic deus eam percuſſit q̄ ver mibus ſcaturiebat; ꝛ intantum caro eius

fetebat: q̄ vix quiſq̄ poterat tolerare feto rem: immo manebat recluſa cum vna mi ſera ancilla: et ſic miſerabiliter expirauit. ¶ Scđm debitum mortificatio et caſtiga tio. ſicut faciebat apl's de carne ſua. Caſti go corpus meum: et in ſeruitutē redigo. j. Cor. ix. Eſt enim caro ſicut equus laſci uus: qui dñm ſuum frequenter proijcit in lutū. Et caro noſtra proijcit nos ad infer nū: niſi fortiter caſtigetur. Greg. Caro le ta nos traxit ad culpam: afflicta reducat ad veniam ꝛc̃. ¶ Tertiū debitum occupa tio ſeu exercitatio in bonū. Hiero. Semp aliquid boni facito: vt te diabolus inue niat occupatū. Sed q̇d dicemus ad apo ſtolū. debitores ſumus nō carni: ergo car ni debitores non ſumus. Reſpondetur in tentio apl'i eſt q̄ cū multa mala nobis ve niant a carne: et multoꝝ peccatoꝝ ſit cau ſa: ſibi obedire non debemus. obedientiā debemus ſpiritui: nō carni: cum tot bona veniant a ſpiritu: non a carne. Spiritus eſt qui viuificat: caro autem non prodeſt quicq̄. Ioh. vj. Caro mortificat: ſpūs au tem viuificat in hac vita per gratiā: et in alia per gloriam. Ad quam nos ꝛc̃.

¶ Dominica. viij. poſt feſtū trinitatis. Sermo. ij.

ATtendite a fal

ſis ꝓphetꝭ. Mat. vij. Pro declaratione noſtri thema tis format̃ talis regula ſi ue propoſitio.

Propheta qui vult docere ꝛ promulgare doctrinam falſitatis.

Propheta qui vult habitare et perſeuera re in ſtatu peruerſitatis.

Propheta qui non poteſt operari miracu la: nec manifeſtare beneplacitum diui ne voluntatis.

Ab his ſtudioſe cauendum: cum non ſint prophete veritatis.

¶ Prima pars ſiue clauſula ſic declarat̃. hec eſt differentia inter verū prophetā et falſum: q2 verus propheta quoad ea que dicit a ſpūſancto al's peccaret qui ſibi re uelat ſua ſecreta. ꝛ ideo cū deus ſit prima veritas: non predicat niſi verum. q2 vt di cit btūs Ambro. Omne verum a quocūq̄ dicatur: a ſpūſancto eſt. et per oppoſitum falſus propheta dicit ꝛ prophetat falſum et mēdaciū. Vñ precepit dñs filijs iſrael: prout dr̄ Hiere. xxiij. Nolite audire verba prophetarū qui prophetiʒāt vobis ꝛ deci piūt vos. Viſionē cordis ſui loquūtur: et nō de ore dñi. Ideo a talibus eſt cauēdū: q2 faciliter poſſent hoīem decipe. Ita ha bemus exēplū. iij. Reg. xxij. vbi legitur q̄ rex iſrael volēs accipere ciuitatē ramoth galaad cōtra regē ſyrie cōgregās multos ꝓphetas malos et falſos: queſiuit ab eis vtrū ꝓſpere ſibi accideret. q̇bus reſpōdē tibus q̄ victoriā obtineret: ſꝫ falſum dicē tibus: q2 diabolus dixerat. Ero ſpūs men dax in ore oīm ꝓphetarū. Sed verus pro pheta micheas ſibi dixerat: q̄ ſi hec attē taret facere: q̄ vnꝰ de exercitu ſuo non re diret. Et cōtēnēs verū ꝓphetā: et ſequēs conſiliū falſoꝝ: cōgregās exercitū ꝛ ingreſ ſus campū cōtra regē aſſyrioꝝ: percuſſus ſagitta iuxta cor ſuū: mortuus eſt in ꝑlio. Ecce qualiter fuit iſte a falſis ꝓphetis ſe ductus et deceptus. nota hiſtoriā. ¶ Se cunda clauſula ſic ꝓbat̃. nā bonus ꝓphe ta ꝛ verus dꝫ eſſe honeſtus ꝛ vitare pctā. vnde glo. ſup Mat. Ille iuſtus reprehen ſor eſt: qui non habet in ſe quod in alio re prehendit. Et cauſa eſt: quia cum habeat vitia aliorum reprehēdere: et ad virtutes et ad bona opera gentes inuitare: vt pa tet de iona: qui reprehēdit regem niniue: et totam ciuitatē: et predicabat vt ad do minum conuerterentur. ꝛ etiam de danie le: qui reprehendit nabuchodonoſor. ꝛ ſic de alijs: ideo oportet q̄ ſit honeſte et ſan cte vite: quia vt dicit Ambroſius de digni tate ſacerdotali. Qui peccati trabē ex ſuo eruere non poteſt oculo: quomodo ex al terius oculo poterit amputare feſtucam? Ideo ſi ꝓpheta ſit peccator: ꝛ doceat pec catum facere: ſignum eſt q̄ eſt falſus pro pheta ꝛ malus: ideo cauēdus. Tales erāt illi duo prophete falſi: quos habuerūt fi lij iſrael dum erant in captiuitate babylo nica: prout narrant doctores. ſcilꝫ acaph et ſedechias qui fuerūt peccantes in hie ruſalem. nā erat vnus alterius leno et fe dus interpres: ideo nabuchodonoſor pu niuit eos ꝛc̃. nota hiſtoriā. ¶ Tertia clau ſula ſic declarat̃. dicit Aug. cōtra fauſtū. deꝰ aliq̇d facit icognitū nobis: ꝛ ꝯ curſuꝫ ſolitū nature: que magnalia vel miracula noīant̃ ſicut ſunt reſuſcitatio mortuorū.

Illuminatio cecoꝝ. et ſimilia: ⁊ talia non fiūt niſi a ſctis. ad quoꝝ ſanctitatē demōſtrandā miracula fiūt. Ille ġ eſt verꝰ ꝓpheta q̄ pōt miracula v̇tute diuina facere. Sed ꝑ oppoſitū illi cognoſcunt falſi et mali ꝓphete: q̄ miracula nō p̄nt facere et a talibꝰ eſt cauendū. Exēplū habemus iij. Reg. xviij. vbi habemus ꝙ illi ꝓphe baal q̄ ſacrificabant demonijs. et ſm ꝙ narrat magiſter hiſtoriarū: cū lanceolis vulnerabāt ſe effundētes ꝓpriū ſanguinē. q: vt dicit idē magiſter: demones plurimū delectant in oblatiōe ſanguinis humani. tñ q: non potuerūt facere miracula. ſ. ꝙ ignis deſcēderet de celo: ⁊ combureret ſacrificiū: iō per heliā prophetā dñi et ꝑ achab regē fuerūt reprobati et īterfecti. Et q: helias v̇tute dei hec fecit: ideo verus ꝓpheta fuit ꝓbatꝰ. nota hiſtoriā. Apparet igit̄ ꝑma regula fore vera. Modo predicta nr̄o propoſito applicando: reperio ꝙ nos habemꝰ tres ꝓphetas.

Primus eſt mundus ꝯtra veritatē falſis nos leuiter faciens credere.

Secundus eſt corpꝰ propriū in malum ⁊ peccatū nos continue faciens cadere.

Tertius eſt diabolus voluntatē diuinam nos miſere faciēs deſerere.

¶ Dixi ꝑmo ꝙ mūdus eſt falſus ꝓpheta: qui a falſuꝫ leuiter nos facit credere. quia ꝓmittit homini vite longitudinē et ſanitatē: et offert dilectoribꝰ ſuis honores et diuitias. Sed mūdus iſta ꝓmittēdo decipit hoīem: cū ex iſtoꝝ confidētia ſeip̄m non cognoſcat: ⁊ in ſuperbiā erigat̄. Sed homo prudēs nō debet iſta credere: ſꝫ magis debet credere ꝯſilio xp̄i q̄ dicit Ioh. xvj. In mūdo preſſurā habebitis. Legit̄ prout narrat Macrobiꝰ lib. iiij. ſaturnaliū. c. xxv. de quodā rege: q̄ nunq̄ ſibi permiſit in vaſis alijs miniſtrari in mēſa niſi de luto. Cū autē a quodam ſibi familiari interrogaret̄ cur ſic faceret: rn̄dit ꝙ q̄uis tunc eſſet rex ſicilie: fuit tñ filius cuiuſdā figuli. Et vt haberet memoriā ſui gn̄is: ne ꝓpter ſtatū regium ſuperbiret: ordinauit ꝙ ſibi in vaſis fictilibus ſiue luteis ſeruirēt. Sic debemus nos facere. continue debemꝰ videre et cognoſcere noſtrā originē: qualiter nudi hūc mundū intrauimus. qualiter de terra formati ſumus: et ꝙ velimus nolimꝰ moriemur: et in terram reuertemur. Sed adhuc mundus ſicut falſus ꝓpheta et mēdax/ volens nos decipere: ꝑſuadet nobis mūdana et trāſitoria q̄rere per exēpla ſua: dicēs et ponēs in corde nr̄o. Nōne abraā diues fuit. dauid rex magnificus. ⁊ ſic de multis ſctis alijs q̄ cum ſanctitate diuitias habuerūt Sed iſte rōnes nō debēt xp̄ianos mouere: q: licꝫ poſſibile ſit xp̄o ſeruire cum diuitijs: eſt tñ ſecurius viā pauꝑtatis eligere et maioris ꝑfectiōis. Iō contēnamus ꝯſilium mūdi: et teneamꝰ cōſiliū xp̄i qui nobis conſulit Mat. vj. Querite primū regnū dei. ⁊ ap̄ls etiā dic̄ ad Coloſ. c. iij. Que ſurſum ſunt q̄rite: non q̄ ſuꝑ terrā.

¶ Scđo dixi ꝙ corpus nr̄m nos inclinat et ſuadet ꝑſeuerare in pctō et in delitijs: q: aliquo tēpore poterit penitere: et deo ſeruire in ſua ſenectute. Iſta ꝓphetia cōtinet tria falſa: quia dicit

Primo ꝙ in delitijs et peccatis q̄ramus quieſcere ⁊ delectari.

Scđo ꝙ alio tꝑe poterimꝰ penitere: ⁊ ad deum conuerti.

Tertio ꝙ ſufficit dare deo ſenectutē: ⁊ ad eum tūc reuerti.

¶ Primū q: dicit ꝙ in delitijs quieſcat: cū nunc in delitijs nō ſit quies: q: ꝑūgūt aīaꝫ amaritudine. Prouer. v. Nouiſſima eiꝰ amara quaſi abſinthiū. Vnū exemplū narrat Tulliꝰ libro de tuſculanis q̄ōnibꝰ q: dū quidā Dionyſiū tyrānum in tot delitijs diuitijs ⁊ honoribꝰ conſtitutū videret: et diceret eſſe beatū: Dionyſius ip̄m in thronū aureū iuſſit eleuari: et menſam cū oībus diuitijs ⁊ delitijs ante eū poni et gladiū acutiſſimū cū ſeda equi ſuꝑ caput eius appendi. Cum v̇o non comederet: ſed in timore maximo perſiſteret: dixit ei dionyſiꝰ. talis eſt vita mea quaꝫ tu beatā putabas. ¶ Scđm etiā eſt ſimiliter falſuꝫ. ſ. ꝙ alio tꝑe penitebit. hō eñ pōt ꝑ ſe in pct̄m ire: ſed nō redire. vt pꝫ ꝑ duo exēpla. Primū eſt Anſelmi: q̄ dicit ꝙ hō in foueam ſiue in puteū pōt ſe precipitare: ſed ꝑ ſe non pōt exire. ſic hō per ſe pōt in pct̄m cadere: ſed non ſine diuino auxilio ſurgere. Scđm exemplū eſt Augu. dicētis ꝙ hō pōt per ſe ſeip̄m vſq; ad mortem vulnerare: ſed non pōt ꝑ ſe ſe ſanare. Iſtud exemplū cōuenit oībus peccatoribus: q: quodlibet pct̄m mortale vulnꝰ eſt anime. ¶ Tertiū etiā eſt falſum. ſcꝫ ꝙ ſufficit dare deo ſuā ſenectutē. quia nō oēs

ad ſenectutē perueniunt: nec viuunt multi tantū: quantū credūt viuere. ideo fatuitas eſt expectare ad penitēdū extremum tēpus. vñ Grego. Satis eſt a fide alienꝰ: q̄ ad agendā penitētiā extremū expectat tempus. metuendū et opinabile eſt vt dū ſperat miſericordiā: incidat in iuſticiam. hec ille.

¶ Tertio dixi ꝙ diabolus q̄ non pōt facere miracula: q: ad ſoluꝫ deū pertinet. ipſe etiā conſulit ne cōpleamus diuinā voluntatē. nā vt dicit ap̄ls ad Theſſal. iiij. hec eſt volūtas dei ſanctificatio vr̄a. Cōtrariū conſulit nobis diabolꝰ ſicut falſus ꝓpheta: q: ſuadet homini ſtare in pctō ſuperbie/ luxurie/ et auaricie: adducens in exēplū aliquos p̄teritos q̄ peccauerūt: ⁊ tñ multū a deo exaltati fuerūt: ſicut paulum: qui peccauit pctō ſuꝑbie: et tamen factꝰ eſt ap̄ls. Dauid q̄ peccauit peccato luxurie: et tñ factꝰ eſt ꝓphetarū eximius. et mattheū qui peccauit pctō auaricie: et tñ factus eſt dei euāgeliſta electꝰ. ⁊ ex his arguit diabolꝰ in corde pctōris: ꝙ talia pctā ſunt leuia: ⁊ ꝙ deꝰ ea leniter punit. Sed iſta ꝓphetia eſt ꝯ̄ diuinā voluntatem: et cōtinet in ſe tria falſa. Vnū ꝙ predicti viri nō ſunt dati nobis in exēplum vt peccemꝰ: ſed vt ſi peccauerimus de dei mīa cōfidamus. Legit̄ in hiſtoria tripartita: ꝙ cū theodoſius impator quendam exceſſum cōmiſiſſet: ⁊ in ſui excuſationem dauid qui peccauerat adduxiſſet: dixit ei Ambro. Qui ſecutus es errantē: ſequere penitentē. Refert etiā Auguſt. in ep̄la ad Hieronymū: ꝙ dum quidā in puteū cecidiſſet: ⁊ alius ſuꝑueniēs quō illuc cecidiſſet interrogaret: ait. ne queras q̄ſo qualr̄ huc ceciderim: ſed inquiras q̄liter me liberare poſſis. Sic nullus debet cōſiderare qualiter talis ceciderit: ſed qualr̄ reſurrexerit. Scđm ſimiliter eſt falſum: ꝙ peccata leuia ſint: cū ſint grauiſſima ⁊ pōderoſa. quod pꝫ ex hoc: q: pōderoſitas peccati eſt tanta: ꝙ nec deus: nec celum: nec terra pōt ſuſtinere. Primo celū non potuit ſuſtinere demones poſtq̄ peccauerūt. Terra nō potuit ſuſtinere dathan et abiron cū ſequacibus eoꝝ: īmo aperta eſt et eos abſorbuit. Tertiū eſt etiā falſum. ſ. ꝙ deus talia peccata leniter puniat: cum contrariū videamus. nam peccatū ſuperbie in angelis grauiter puniuit in infernali incarceratiōe. Peccatū auaricie puniuit vt pꝫ ī diuite epulone. ⁊ ſic de alijs peccatis. Ex antedictis igit̄. ſcꝫ maiori et minori cōcludat̄ ſic thema. Igitur attendite. i. cauete a p̄dictis et falſis ꝓphetis In quibus quidē verbis duo tangunt̄.

Primo ꝙ vita noſtra ſit periculoſa: quapropter debemus nobis prouidere. attendite.

Secundo que ſit perſona nobis dānoſa: a qua debemus cauere. a falſis ꝓphetis.

Proſequere hanc materiā ſuꝑ euangelio ſm intellectus tui capacitatē.

¶ Dominica. viij. poſt feſtum trinitatis. Sermo. iij.

A fructibus eoꝝ cognoſcetis eos. Matth. vij. c. Teſte ſacro eloquio Cognoſcitur deus a fidelium cōmunitate.
Cognoſcit̄ vir iuſtus a morū honeſtate.
Cognoſcit̄ arbor a fructus bonitate.

Prima pars.

¶ Primo deus cognoſcitur a xp̄ianis fidelibꝰ per virtutē fidei: qm̄ fides ducit nos xp̄ianos in cognitionē dei. de qua cognitione Phil. iij. Iuſticia in fide ad cognoſcendum illū. Uerum q: iſta cognitio fidei eſt obſcura: de qua j. Cor. xiij. Nūc inq̄t ap̄lus in via/ cognoſco ex parte. hoc eſt obſcure et imꝑfecte. tunc aūt in patria cognoſcā ſicut ⁊ cognitus ſuꝫ. cognoſcā tūc preſentialiter clare ſine medio aliquo obſcuro. Et licꝫ iuſti xp̄iani per fidē cognoſcāt deū: nō tñ ip̄m glorificāt ſicut deū. ſunt maxime blaſphemi qui corde cognoſcūt: verbo autem et opere nō cognoſcūt. Rom. j. Qui cum cognouiſſent deū non ſicut deū glorificauerunt. de talibus cōquerit̄ deus per ꝓphetam. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum: et aſinꝰ preſepe dñi ſui: iſrael aūt me nō cognouit: et populꝰ meꝰ nō intellexit. Eſai. j. cap. quaſi ſimile legitur Hieremie. viij. Miluus in celo cognouit tēpus ſuū: turtur et hirundo et ciconia cuſtodierūt tempus aduētus ſui: populus autem meus non cognouit iudicium dñi. Et quia tales nō cognouerūt deū: deus in iudicio dicet eis. Nō noui vos. Deꝰ ergo cognoſcitur a fidelium cōmunitate.

Secūda pars.

¶ Secundo principaliter vir iuſtus et bonus cognoſcit a morum honeſtate. Semel īter philoſophos ſimul cōgregatos fuit queſtio mota: quō cognoſcit vir iuſtus ⁊ patiens. Et fuerūt opiniones. aliqui dixerūt ꝙ cognoſcitur ad modū vitri quantū ad ſonū: qm̄ ſi ſit bonus clarus ⁊ acutus: bonū eſt vitrum. ſi raucus: nō eſt bonū: imo fractū. Alij dixerūt ꝙ talis vir cognoſcit ad modū carbunculi. alij vero ad modū auri. et oēs bene dixerūt. Prima cognitio eſt ad modū vitri per tactū ⁊ ſonū. Moraliter vitrum homo quātum ad corpus. et tangit interdum a dño ꝑ tactū alicuius tribulatiōis: ſicut iob/tobias/dauid ⁊c. in quo tactu apparuit manifeſte bonitas iuſticia patiētia eorūdem. ad modū vitri integri nō fracti ſe habuerūt clare non rauce reſonātes per gratiarum actiones ſicut iob. Si bona ſuſcepimus de manu dñi ⁊c. dñs dedit dñs abſtulit. ſit nomē dñi benedictum. et fracti aliter ſonāt. Itē aliqui cognoſcunt ad modū carbūculi. Carbūculus ſm̄ Iſidorum inter flāmas perdit lucē: ſed aq̄ perfuſa ſplendet. Sic moraliter vir iuſtus et bonus inter lucētes qui volūt videri ⁊ apparere: qm̄ ipſe videre non vult: ſed ſicut hūilis ſe abſcondit. Alij dicunt ꝙ cognoſcit ad modū auri: qḋ non reſonat ſuper alia metalla. Sic vir bonus ⁊ iuſtus de oībus que deus dat ſibi nō murmurat. non recalcitrat. de oībus gratias agit deo. De iſta cognitiōe habet expreſſe Eccli. xix. c. vbi legit ſic. Ex viſu cognoſcitur vir. ⁊ ab occurſu faciei cognoſcit ſenſatus. Amictus corporis: et riſus dentiū: ⁊ ingreſſus hominis enūciāt de illo. In iſtis verbis regiſtrant quinq̧ laudabiles conditiones: q̄ dant noticiā: et ſine fallacia ſigna manifeſta boni viri et iuſti. que ſunt:

Sermo modeſtus.
Religioſus geſtus.
Maturus inceſſus.
Humilis habitus.
Verecundus vultus.

Aliud ſignū in quo cognoſcit vir iuſtus Prouer. xij. ſcribit. Doctrina ſua noſcitur vir. Si loquit philoſophice non eſt talis de ſchola theologie: ſed de ſchola gētiliū paganorum. ſi loquitur alta et ſuperba non eſt de ſchola xp̄i: qui dicebat apoſtolis: Diſcite a me: qꝛ mitis ſum ⁊c. Mat. xj.

Tertia pars.

¶ Tertio principaliter arbor cognoſcitur ⁊c. Non cognoſcit arbor bona ⁊ mala a radice occulta: a ſtipite recto vel curuo: a cortice amaro vl' dulci: a multitudine ramorum ac frondiū: a pulchritudine foliorum: ſed cognoſcit arbor a fructu malo vel bono. Sic ſuo modo eſt de hominibus. Vbi ſciēdū ꝙ homo cōparat arbori: cuius radix voluntas: ſtipes ratio: frōdes cogitationes: rami delectationes: folia locutiones: fructus opatiōes. Vel ſm̄ Innocē. de vilitate conditionis hūane. Homo arbor euerſa: radices ſunt crines: truncus caput cū collo: ſtipes pectus: frondes vlne cū tibijs: rami pedes cū articulis. Verum ꝙ de numero arborum q̄dam ſunt aride ſine folijs ⁊ fructibus. q̄dā cum folijs et fructu amaro atq̧ acerbo. iſte nō valēt niſi ad ignē. Oīs arbor q̄ nō facit fructū excidet et in ignem mittetur. Mat. vij. ſcz in ignē mittet qui nudū nō veſtiuit. in quē ignē qui nudū expoliauit in quē ignē qui ſua nō dedit. in quē ignē ibit qui aliena rapit. Sed moraliter que ſunt iſte arbores totalr̄ aride ſine folijs? Iſti ſunt qui nec bona cogitāt: nec bona dicūt: nec faciūt: tales arbores digne ſūt igne. Sed que ſunt arbores cū folijs tm̄ ſine fructu? Iſte ſunt moraliter hypocrite: qui hn̄t folia verborum ſine fructu bonorū operū. Sed qui ſunt arbores cū folijs ⁊ fructu licz amaro? Iſti ſunt cupidi hoīes ſuperbi atq̧ luxurioſi. quilibet iſtorum mala arbor ſine humore grē: ſine radice amicitie: ſine fructu iuſticie: cum fructu malicie. Quid eſt de iſtis malis arboribus/ que a malo fructu arbores male vocant? R̄n. qm̄ arbor cupiditatis maledicitur. arbor carnalitatꝭ abſcindit. arbor vanitatis excutitur. De pma Matth. xxj. Mar. xj. et Luc. xiij. vbi legit ꝙ xp̄s rediens de hieruſalē propter famē/declinās ad ficū fructū nō inuenit: ⁊ arborē maledixit. Quis eſt iſte xp̄s famelicus? Iſte eſt paup eſuriēs qui quotiēs eſurit pauper: totiens eſurit xp̄s. eſuriui dicit xp̄s. et iſti cupidi diuites tenētes ſine pietate: ſine mīa: ſine cōpaſſiōe: habēt folia bona verba ſine fructu cuiuſcūq̧ elemoſyne; qui finaliter maledicentur. Ite maledicti ⁊c. Matth. xxv.

¶ Secunda arbor carnalitatis mala abſcindet. hoc eſt in morte a carnalibus delitijs totaliter ſepabit. Job. xix. Deſtruxit me vndiq̧ et quaſi euulſe arbori abſtulit ſpem meā. ¶ Tertia arbor mala ⁊c. De q̄ Daniel. iiij. Ecce arbor in medio terre: cuius frōdes et rami occupabāt totā terrā. fructus eius nimius. beſtie terre habitabāt ſub ea: ⁊ volucres celi cōuerſabant in ramis. Iſta arbor ſuperbia: que quaſi occupat totū mundū. rami et frondes plures ſunt: qm̄ iſtud pctm̄ circūſtātias multas hz: qm̄ multis modis intrat in aīaz. Fructus eius nimius: licz vanus: qualē fructum ꝓducūt falſi ꝓphete. Qui ſunt illi ſm̄ expoſitores poſtillātes euangeliū hodiernū? falſi ꝓphe ſunt heretici hypocrite: qui ſunt ouini exterius: interius aūt ſunt lupini: qm̄ exterius ſe humiliāt: ⁊ interius ſunt pleni dolo. q̄ dulces bn̄dictiones dicunt. ſeducūt corda hoīm innocentū. proferunt verba hūilitatis exterius: ſed interius abſcōdūt iniquitatē. In iſtis ſm̄ Hiero. ſub ouina pelle/lupus latet. venenū ſub melle. Iſti hypocrite falſi ꝓphete ꝓpriaz gloriā querētes: ad modū luporum rapiunt deo quod ſuum eſt: qui ſolus dr̄ glorioſus. Iſti more ſcorpionū blandiunt in facie: ſed aculeū venenatū hn̄t in cauda. līgua blandiunt exterius: ſed aīo ſeuiunt īterius exterius ſpeciem pietatꝭ habētes: ſed virtutē eius abnegātes. vulpes fallētes ſub ouina pelle latentes. Hi ſunt hypocrite qui exterius aſperitatē oſtendunt: nec curant niſi ꝙ opa eorum appareant: ſicut auricalcū colorem auri hz: et preciū auri nō habz. Ergo attēdite ab iſtis: qꝛ a fructibus eorum cognoſcetis eos. hoc eſt ab operibus. ſicut cognoſcit arbor a fructu: ita hō qui eſt arbor euerſa: cogſcit ab ope ſiue actu vñ in eccl'iaſtico ca. xj. In filijs ſuis agnoſcit vir. hoc eſt ab opibus. vñ in hypocritis nihil occultū eſt: qḋ non ſciat in hoc pn̄ti ſeculo vel in alio. Nūquid colligunt de ſpinis vue: aut de tribulis ficus? ſicut em̄ de ſpinis nō colligūtur vue: nec de tribulis ficus: ita de mētibus hypocritarū ſpinoſis et vitioſis nō colligunt fructus bonarum virtutū. nempe opa hypocritarū ſunt amara et pungētia. Vel falſi prophete ſunt vitia capitalia; a quibus eſt attendendū: que ſub ratione ſe palliant. Siquidem inanis gloria ſuggerit preeſſe vt pluribus proſit. Inuidia quaſi ex rōne oſtendit alios nō ſupiores vel pares eſſe debere. Ira ſuadet nō debere illata pati: ne aſſueſcat inferri. Ventris ingluuies dicit oīa munda ad eſum condita: et donis dei non debere contradici. Luxuria dicit cū breue tēpus ſit et neſciamus qḋ ſequatur: nō debere qḋ viuimus. Iſtorum omniū fructus ſunt mali atq̧ acerbi. Sapiē. iiij. Fructus inutiles ⁊ acerbi ad manducandū. Sed ex alia pte ſunt boni fructus: de quibus eſt fienda aliqualis ꝓſecutio. vñ Job. Apoc. vlti. vidit vnū lignū. vnā arborem: que ꝓducebat duodecim fructus ꝑ menſes ſingulos. Moraliter tota vita hoīs eſt vnum lignum. et eſt vnus annus: in quo ſunt quattuor partes principales ſcz condigna peccatorum punitio: deuota mandatorū impletio ⁊c. Require totam ꝓſecutionē ſupra in ſermone in his qui ſunt in bono corde.

¶ Dominica. ix. poſt feſtum trinitatis. Sermo. j.

Hec autē ſcripta ſunt ad correptionē noſtrā j. Corinthi. x. Teſte ſacro eloquio multa ſcripta ſunt ad noſtrū commodū et grandem vtilitatem.

Primo quedā ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinā ⁊ informationē.
Secūdo quedā ſcripta ſunt ad noſtrā gloriā ⁊ beatificationem.
Tertio quedā ſcripta ſunt ad noſtram diſciplinā et correctionē.

¶ Primo quedam ſunt ſcripta ⁊c. ⁊ de talibus ſcriptis habetur Roman. xv. Quecunq̧ ſcripta ſunt ad noſtram doctrinaz ſcripta ſunt. Quecunq̧ ſcripta ſunt de chriſto ſaluatore noſtro. ſcripta eſt doctrina euangelica contra cecitatem ignorantie magna vtilitas. ſcripta eſt patientia contra aduerſitatē moleſtie. Iſta ſcripta vtilia ſunt in textu doctrina ⁊ patientia. Sz ſunt multa alia vtilia ⁊ doctrinalia: vtpote fides catholica ad credendū. Johan. xx. Hec autem ſcripta ſunt vt credas

tis. Et quis poteſt cogitare vtilitatē fidei
in xp̄iana religione. Item ſcripta ſunt ad
noſtrā vtilitatē diuina precepta ad operā
dū: ſine quorū obſeruatione nūq̄ aliquis
ſaluari pōt. Si vis ad vitā ingredi ſerua
mādata. Mat.xix. vñ ſcriptū eſt. Audi iſ-
rael precepta dñi ⁊ ea in corde tuo quaſi ī
libro ſcribe. Deut.xi. Scribes ea ſup po-
ſtes ad ianuas dom⁹. Itē ſcripta ſunt di-
uina bñficia ad laudādū. Iſta eſt vna do-
ctrina in memoria reponēda: de bñficijs
laudare deū: et gratias reddere deo: vt ꝓ
hoc accedat dauidica ꝓphetia. Scriban-
tur hec in gñatiōe altera: et populus qui
creabit̃ laudabit dñm. laudabit ſemp do-
minū de bñficijs. Itē ſcripta ſunt ad no-
ſtrā doctrinā et eruditionē humana pctā
ad erubeſcendū. In hui⁹ ſignū/ieſus xp̄s
qñ fuit adultera mulier reperta in adulte
rio: corā ea īclinauit ſe et digito ſcribebat
in terra. Quid aūt ſcribebat? Rñdeo pctā
mulieris: et etiā pctā accuſantiū mulierē.
Iob.viij. Itē ſcripta ſunt exēpla ſanctoꝝ
ad imitandū. ſ. patriarcharū/apl'oꝝ/mar
tyrū/confeſſoꝝ/et ceteroꝝ: que nos imita
ri debemus. In huius ſignū noīa filioꝝ iſ
rael ſcripta erāt in veſte pōtificali aaron:
in recordatiōis ſignū ꝙ nos debemus re-
cordari de ſctīs patrib⁹ qualiter vixerunt
et qualia exempla reliquerūt. iij. Reg.xi.
Reliquū aūt verboꝝ ſalomonis: ⁊ omnia
que fecit: et ſapientia eius: ecce vniuerſa
ſcripta ſunt ī lib. ꝟboꝝ dierū ſalomonis.

¶ Scdo principaliter ⁊c. Nā ſunt q̄dā ad
noſtrā doctrinā ⁊ beatificationē: quaten⁹
vigilemus: laboremus: ⁊ acquiramus eā.
vñ fuit dictū beato iohāni per archāgelū
michaelē Apoca.xiiij. Scribe btī mortui
qui in dño moriūtur. Iſtud verbum eſt di
gnū ſcriptura. btī mortui ⁊c. Et q̄ ſunt illi
qui ſic moriunt̃? Rñdeo iſti ſunt qui mo-
riūtur in vera confeſſione fidei: ⁊ in deuo
ta ſacramētoꝝ perceptione: in bona pctō
rū manifeſtatione: in pia tēporaliū largi-
tione. Tales qui ſic moriuntur: ſunt beati
in ſpe: vel in re. quare beati? tales qꝛ ſunt
ab oī hoſte ſecuri: ab omni vinculo liberi:
ab oī pena huius mundi expediti: et ſunt
de celeſti gloria certi. ergo ſcribe btī mor-
tui. Talibus qui ſic moriūtur: clamat ſcri
ptura. Gaudete qꝛ nomina veſtra ſcripta
ſunt in celis. Luc.x. Item ſcripta ſunt ad
noſtrā doctrinā ſupplicia dānatoꝝ: vt vi-
temus ea: de quorum ſcriptura Iob.xiij.
Scribis em̄ cōtra me amaritudines. que
ſunt in ſupplicio varie ⁊ diuerſe. īmo ſunt
ibi ſcripta lamētationes carmē et ve. Eze
chiel.ij. Lamētationes: qm̄ ibi erit fletus
et ſtridor dentiū. et ve. vnum ve ꝓpter pe
nam damni. ſcdm ve ꝓpter penā ſenſus.
Item ſcripta ſunt ad noſtrā doctrinā pre-
mia ſanctoꝝ ad acquirēdum. et de iſta ſcri
ptura eterne glorie habet̃ Apoca.iij. Qui
vicerit ſcribam ſuper eum nomē dei mei.
ibi ponit̃ triplicis nominis ſcriptura pro
pter gaudium glorificatiōis. gaudiū pul
cherrime ſocietatis. gaudiū diuine viſio-
nis atq̄ fruitionis. Ergo fidelis chriſtia-
ne ſcribe: quia hec verba fideliſſima ſunt
et vera. Apocalip.xxi. Scribe in memoria
tua. Primo fidem catholicam: ſecundo di
uina precepta: tertio diuina bñficia: quar
to humana peccata: quinto exempla ſan-
ctorum: ſexto ſupplicia dānatorum: ſepti-
mo premia beatoꝝ. Hec fideliſſima ſunt ⁊
vera: que omnia ad noſtram doctrinam ⁊
informationē ſcripta ſunt. Item ſcripta
ſunt premia ad acq̄rendū: ⁊ ſupplicia ad
formidandum

¶ Tertio principaliter ſcripta ſunt ad no
ſtram correctionem aliqua que in iſta epi
ſtola continētur: quoniam aliqua grauia
cōmiſſa ſunt: et male accidit illis quia ta-
lia commiſerunt. Primum graue peccatū
concupiſcētia malorum: ideo ſcriptum eſt
in principio epiſtole/ne ſimus cōcupiſcē-
tes malorum. et de iſto malo. Concupie-
runt concupiſcētia in deſerto. in pſ. et de
iſta concupiſcentia habetur Numeri.xi.
Qualis fuit illa concupiſcentia iudeoꝝ in
deſerto? mala fuit: quoniam deſiderio car
nium comedebāt de idolathito: ⁊ ſic pec-
cabant: et ſcandalizabant illos qui abſti-
nebant. Concupiſcentia malorum cōpre-
hendit ſeptem vitia capitalia: vtpote eſt
concupiſcentia vane glorie: que prohibe-
tur. Gala.vi. Nō efficiamur inanis glorie
cupidi. Concupiſcentia inuidie. Iac.iiij.
Ad inuidiam concupiſcit ſpiritus. Cōcu-
piſcentia accidie. Prouerb.xxi. Deſideria
occidunt pigrum. Tota die concupiſcit ⁊
deſiderat. Cōcupiſcentia auaricie. Trāſit
mundus et concupiſcentia eius. i. Iohā.
ij. Concupiſcentia gule: de qua hic. ⁊ Ecci
xxiij. Aufer a me vētrꝭ ꝯcupiſcētias. Cōcu
piſcētia luxurie. Mat.v. Qui viderit mu

lierē ad cōcupiſcēdū ⁊c. Cōcupiſcētia ira
cundie. Iaco.iiij. Unde bella ⁊ lites ī vo
bis? nonne ex cōcupiſcētijs veſtris? Caro
em̄ ſemp concupiſcit aduerſus ſpiritum.
Gal.v. Nō ſitis concupiſcētes maloꝝ: ne
accidat vobis: qm̄ accēſus eſt ignis ⁊ de-
uorauit extremā partē caſtroꝝ. Nume.xi.
neq̄ idolatre efficiamini ſicut quidā illo
rum idolatre fuerunt. de qua idolatria
Exo.xxxij. vbi legit̃ de vitulo in quo ido-
latre fuerūt: qm̄ ſederūt manducare ⁊ bi
bere diuina māducantes et bibentes de
idolothitis: ⁊ ſurrexerunt ludere. hoc eſt
ſurrexerūt vitulum adorare: et interfecti
ſunt. xxiij. milia de his qui vitulū adora-
uerunt. Idolatria peccatū maximū eſt ſi-
cut ſcripta ad correctionē. Iſtud peccatū
fornicationis faciūt deteſtabile q̄ttuor.

Primo cordis anxietas.
Scdo materie feditas.
Tertio publica infamia.
Quarto gaudiū demonum.

¶ Primū eſt anxietas. facit em̄ iſtud pec-
catū hoīem anxiū iuxta dictū btī Hiero-
nymi. Appetitus fornicationis eſt anxie-
tas. Scdm eſt feditas que vilis: īmo vil-
liſſima. vnde q̄dam gloſa ſup epiſtola ad
Coꝛ.ij. Cetera vitia tm̄ aīam maculant:
fornicatio ꝟo non tantū aīam maculat:
īmo etiā corpus coinquinat. Tertiū dete
ſtabile in iſto pctō/eſt infamia. ꝭm beatū
Gregoriū. Peccata ſpūalia ſunt maioris
grauitatis: et minoris infamie. carnalia
ꝟo per ꝯtrarium. Ecci.xlvij. de ſalomone
Inclinaſti femora tua mulierib⁹. dediſti
maculā: ſcꝫ infamie in gl'ia tua. Quartū
deteſtabile ⁊c. dicit q̄dā glo. ſup leuiticū:
ꝙ licꝫ demones gaudeāt de oī pctō: pre-
cipue tm̄ gaudēt de fornicatione et idola-
tria. g̃ neq̄ fornicemur. ħ marie debēt di
cere prelati ⁊ ſacerdotes. ſicut quidā for-
nicati ſunt: de q̄bus Nume.xxv. Fornica
tus eſt pp'lus cum filiabus moab. non ſic
nos. ſequitur. neq̄ tētem⁹ xp̄m ſicut qui
dā eoꝝ tentauerūt et a ſerpentibus perie
runt. diffidētes de diuina potentia dicen
tes: nunq̄d poterit deus parare mēſaꝫ in
deſerto? Nō em̄ eſt licitū: īmo illicitū ten
tare deum. nec tentaueritis xp̄m: qꝛ tales
tētantes a ſerpētib⁹ perierūt. Nume.xxi.
ſed tales vulnerati ab ignitis ſerpenti-
bus aſpicientes in ſerpentē eneum cura-
bātur. Neq̄ murmuraueritis ſicut quidā
eoꝝ murmurauerūt ꝯtra moyſen. Nume.
xvj. et perierūt ab exterminatore. hoc eſt
ab angelo q̄ percuſſit eos ſicut habet̃ ibi
dem. Cuſtodite vos a murmuratiōe. Sa
piētie.i. Iſta pctā ſuperi⁹ poſita cum pe
nis additis: ſcripta ſunt ad correctioneꝫ
noſtrā iuxta thema: vt ꝓ tribus articulis
ſupius regiſtratis accedat illud. ij. Timo.
iij. Oīs ſcriptura diuinitus inſpirata vti
lis eſt ad docendum: ad arguendum: ad
corripiendū: ad erudiēdū. Scriptura di-
uinitus inſpirata tota biblia tradita a di
uerſis ſpūſancto inſpirāte: qm̄ ſic locuti
ſunt ſancti dei hoīes. ij. Pet.i. que vtilis
eſt ad docendū ignorātes et neſciētes taꝫ
verbo ſicut in libris legalibus. tam exem
plo ſicut in libris hiſtorialib⁹. etiā vtilis
ad arguendū negligentes ſicut in libris
ſapiētialibus. vtilis ad corrigendū rebel
les ſicut in libris ꝓphetalib⁹. vtilis etiā
ad erudiendū rudes ſicut in euangelio et
in epl'is. Hec autem ſcripta ſunt ad corre
ptionē noſtrā. Ubi tria oſtenduntur.

Primo nota ſingularitatis. hec autem.
Scdo doctrina vtilitatis. ſcripta ſunt.
Tertio diſciplina noſtre iniq̄tatis. ad cor
reptionem noſtram.

Tertia pars.

¶ Quantū ad tertiū de
correctione/eſt aduertendū: ꝙ correctio
humiliter ⁊ benigne ⁊ patienter accepta
valet ad multa: ⁊ eſt multū vtilis

Primo ad corrigendū negligentes ſapiē
tiam tribuendo.
Secundo ad promouendū ſapientes in
melius excitando.
Tertio ad increpandū pertinaces ſigno ⁊
verbo obiurgando.
Quarto ad inſinuādum amorem iuſte di-
ſciplinando.
Quinto ad cognoſcendum pctā vitia cor
rigendo.
Sexto ad impetrandū gratiā et poſt glo
riam tribuendo.

¶ Prima vtilitas correctiōis. hūiliter et
benigne accepta valet ad corrigēdū negli
gētes ſapiētiā tribuendo. de q̊ Prouerb.
xxix. Uirga ⁊ correctio tribuit ſapiētiam:
puer aūt q̄ dimittit̃ volūtati ſue ꝯfundit
matrē ſuā. ⁊ ī eodē cap. ī pn̄. Uiro q̄ corri
pientē dura ceruice cōtēnit: repētinus ei
ſupueniet interit⁹: ⁊ eū ſanitas nō ſequet̃.

virga et correctio ⁊c. quis corrigit verbo iō ponit hic correctio. ⁊ corrigit verbere: ideo ponitur virga. ī pš. Virga tua et baculus tuus ⁊c. ⁊ in Prouerb.xxij. Stultitia colligata eſt in corde pueri: ſed virga diſcipline fugabit eam. talis correctio tribuit ſapiētiā. Eccli.xxij. Flagella ⁊ doctrina in oī tpe ſapientia. Puer q̄ dimittitur volūtati ſue. hoc eſt verbo aut verbere incorrectꝰ vel male correctꝰ: ꝯfundet matrē ſuā: qꝛ q̄ parcit virge odit filiū ſuū. Prouerb.xiij. Multa mala ſequuntur ex defectu correctiōis. ¶ Scḋa vtilitas: qm̄ valet correctio ad ꝓmouendū ſapiētes ī melius excitādo. Uñ ſciendū ꝙ quidā corrigunt et ꝓpter correctionē meliores efficiunt: quidā ſunt qui ꝓpter h̄ non emendant ſe: īmo peiores efficiunt. De primis Prouerb.xxj. Qui rectꝰ eſt vtpote bonꝰ ⁊ ſapiens: corrigit viā ſuā. i. vitā ſuam qñ v̄bo vel facto corripitur. Cōuertimini ad correctionē (al's correptionē) meā. Prouerb.j. quia ſicut dicit beatꝰ Ambro. ſuper lucā: plus proficit amica correctio: q̄ꝫ accuſatio turbulenta. Beatus Gregorius lib.xxxj. moraliū. Juuenes plerūqꝫ ſeueritas admonitionis ad ꝑfectū dirigit: ſenes v̄o ad meliora opa deꝑcatio blanda componit. ¶ Tertia vtilitas correctiōis: multi pertinaces et obſtinati ꝑ flagella et diuinas correctiōes correxerūt vitā et emēdauerūt: ſicut nabuchodonoſor fuit correctꝰ et emēdatꝰ. Daniel'.iiij. ⁊ alij ſimiles. Nō ſic pharao qui flagellatꝰ atqꝫ percuſſus ꝑmanſit in malicia ſua ⁊ duritia. De tali correctiōe qua induratꝰ nō corrigit: Hugo de ſctō victore loquitur ꝑ hūc modū. Difficile eſt cor malicia induratū ad formā diſcipline/ ⁊ ſpem honeſtatꝫ incuruare. Sed neceſſe eſt vt dura materia cū facile ad formā ei acrioris flāme incendiū et mallei grauioris tonſio adhibeat. Peruerſi difficile corrigunt: ⁊ ſtultoꝝ infinitꝰ ē nūerꝰ. Eccl's.j. ¶ Quarta vtilitas correctiōis ⁊c. Correctio moderata ⁊ iuſta eſt ſignū dilectiōis iuxta dictū apl'i Heb.xij. Fili mi noli negligere diſciplinā dñi: neqꝫ fatigerꝫ dū ab eo arguerꝫ. quē em̄ diligit dñs caſtigat. Apoc. iij. Ego q̄s amo corripio. Flagellat aūt oēm filiū quē recipit. Quis em̄ filiꝰ quē nō corripit pr̄? Noli negligere. i. ꝯtēnere diſciplinā dñi: qm̄ ſcriptū eſt Job.v. Beatus hō qui corripitur a dño. Quē deꝰ diligit caſtigat. Apoc. iij. Ego quos amo arguo ⁊ caſtigo. Flagellat aūt oēm filiū ⁊c. vñ quedā glo. ſuꝑ Mat.c.xiiij. Si exceptꝰ es a numero flagellatoꝝ: exceptꝰ es a nūero filioꝝ. De tali ſigno dilectōis habet Prouer.iij. Diſciplinā dñi fili mi ne abijcias. quē em̄ diligit deꝰ corrigit (al's corripit). Ne abijcias diſciplinā dñi. qꝛ hmōi diſciplina facit declinare a pctō/ iuxta illḋ pš.xvij. Diſciplina dñi correxit me ī finē ⁊c. Qui abijcit diſciplinā: deſpicit aīam ſuā. Prouer.xv. de tali diſciplina Ephe.vj. Educate illos in diſciplina ⁊ correptiōe dñi. De iſta diſcipline q̄ eſt pctōꝝ correctiua loquitur btūs Bern̄. O q̄ꝫ cōpoſitū reddit hoīem corꝑis ſtatū et mentis/ hoīs diſciplina: ceruicē ſubmittit: ſuꝑcilia et vultū cōponit: oculos ligat: linguā moderat: gulam refrenat: inceſſum format. g̊ diſciplinam ne deſpicias. quē em̄ diligit deꝰ corripit: et quē nō diligit: nō corripit. Ergo diuina correctio. diuina caſtigatio. diuina flagellatio/ ſignū eſt dilectiōis. ſignum eſt adoptiōis. ſignū eſt approbatōis. multe ſunt vtilitates diuine correctionis. ¶ Quinta vtilitas ⁊c. Siq̄dē plures cognouerunt pctā ſua: et correxerūt ea: ꝑ aduerſitates: ꝑ flagella ⁊ diuinas correptiones. quam cognouerūt: ⁊ emēdauerūt ꝑ ꝓſperitates Uñ Job in ꝑſona dei clamabat. Audite correctiones meas. Job.xiij. qual'r audierūt et ꝓbauerūt iob ⁊ tobias ⁊ alij q̄ꝫ plurimi. ¶ Sexta vtilitas ⁊c. qm̄ cōfert grāꝫ Prouer.xxviij. Qui corripit hoīeꝫ: gram poſtea inueniet. et qui correptionem patiēter ⁊ libenter acceptauerit: et vitā malam correxerit. Qui in correptione fuerit ad mīam venire licebit. Tobie.iij. Ad quā nos perducat ⁊c.

¶ Dominica ſcḋa aduentus. Reſpicite et leuate capita veſtra.
¶ Dñica in octaua paſche. Infer digitū tuum huc et vide.
¶ Dñica.xiij. poſt trinitatem. Beati oculi qui vident.
¶ Dñica.xx. poſt trinitatem. Videte quomodo caute ambuletis.

¶ Dominica.ix. poſt feſtum trinitatis. Sermo.ij.

QVi ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. j. ad Coꝛ.x. Juxta ſcripture veritatē dant due regule gñales. Prima eſt iſta. ꝙ ſtans in loco periculoſo ſeu ruinoſo dꝫ cōtinue timere caſum: et inde ſibi ſapiētiſſime cauere. Hāc ꝓpoſitionē ego declaro tripl'r.
Primo naturali ratione ⁊ declaratione.
Scḋo doctorali autoritate et lectione.
Tertio ſcripturali exēplo et cōcluſione.
¶ Primo probat ſic rōne. dꝛ Prouerb.xj. Qui cauet laq̄os ſecurꝰ erit. Mō ꝑſona q̄cunqꝫ quātecūqꝫ ꝑfectionis ſit in ſpūalibꝰ. quātecūqꝫ dignitatꝫ in tꝑalibꝰ et dignitatibꝰ mūdi: ſi nimis ꝑ̄ſumat de ſe: et nō innitit alteri: neqꝫ deo: neqꝫ hoī: nō eſt poſſibile ꝙ diu ſtet q̄n turpiter cadat. Exēplū de ꝑ̄mo angelo q̄ innixꝰ ꝓꝑe virtuti cecidit nec ſtetit. vñ Job. viij. ſcribit In v̄itate nō ſtetit. Et de hoīe ꝑ̄ſumptuoſo dꝛ Job.viij. Innitet ſuꝑ domū ſuā: et nō ſtabit. Nullus g̊ dꝫ eſſe ſine timore cadēdi quātūcūqꝫ ſit magnꝰ vel virtuoſus. Et h̊ ſatis cōfirmat Aug. ſuꝑ illud Eccli.vij. Nō te iuſtifices añ deū. Nulla ꝑ̄ſumptio ꝑnicioſior: q̄ꝫ de ꝓꝑa iuſticia ſuꝑbire. ¶ Scḋo ꝓbat iſta regula autoritate doctorali. Dicit Aug. in lib. de v̄bis dñi. Multos īpedit a firmitate ꝑ̄ſumptio firmitatꝫ. Nemo erit adeo firmꝰ: ſicut q̄ ſe ſentit īfirmū. hec ille. ¶ Tertio ꝓbat exēplo ſacre ſcripture. Uñ legit. iiij. Regū. j. ꝙ ochozias rex credebat ſtare ſecurꝰ ī domo ſua: tñ qꝛ nō aduertit ꝑiculū domꝰ in q̄ ſtabat: cecidit ꝑ cancellos cenaculi ſui: quod habebat in ſamaria ⁊ mortuus eſt. Apparet igit prima regula fore vera. ſ. ꝙ ſtans in loco periculoſo ⁊c.
¶ Scḋa regula eſt iſta: ꝙ nullꝰ in h̊ mundo pōt eſſe ſine ꝑiculo. Jō dicit Aug. ad dioſcoꝝ. Mundus iſte periculoſior. blandus q̄ꝫ moleſtꝰ: et magis cauēdus eſt cuꝫ te allicit. Pericula q̄ in h̊ mūdo ſunt: narrat petrꝰ bleſeñ. in quadā epl'a dicēs ita. Fallax eſt em̄ hic mundus: finis dubius: exitus horribilis: iudex terribilis: pena inenarrabilis. hec ille. Si ergo ille q̄ ſtat ꝯtinue in loco ꝑiculoſo debet timere et videre ne cadat. et nos ī hoc mundo ſumus in multis periculis. iō dicit cuilibet noſtrum verbum thematis preaſſumpti. Qui ſe exiſtimat ſtare: videat ne cadat. In q̄bus v̄bis de duobus nos admonet.
Primo ꝙ nō decipiamur infeliciter per noſtrā falſam ꝑ̄ſumptionē. in hoc qḋ dꝛ Qui ſe exiſtimat ſtare.
Scḋo vt cōſideremus cōtinue noſtrā deficientem conditionem. in hoc quod dicit. videat. Prima pars.

¶ Quātum ad primum eſt ſciēdū: ꝙ q̄libet nr̄m ſepiſſime q̄ttuor dꝫ videre. ſ. feditatē iniq̄tatis ꝓprie: calamitatē aliene miſerie: acerbitatē pene perpetue: remunerationē vite beate.
¶ Primo dixi ꝙ debemꝰ videre feditateꝫ iniq̄tatis ꝓprie. ſ. ꝓpriā culpā. vñ pctōri dꝛ Hiere.iij. Leua oculos tuos ī directū: ⁊ vide vbi nūc ꝓſtrata ſis. Et debet q̄libꝫ culpā ſuā reſpicere. ſ. ad deteſtādū: nō ad delectandū: al's pctm̄ ꝑ ſolam recordationē interficeret aīam. in cuiꝰ ſignum. vxor loth interijt: qꝛ ſodomā: de qua exierat retrorſuꝫ aſpexit. Geñ.xix.c. Et iō dic̄ Aug. O hō ſi te videres: tibi diſpliceres ⁊ mihi placeres. veniet tp̄s ī q̊ ⁊ mihi ⁊ tibi pariter diſplicebis. mihi cū iudicaberꝫ: ⁊ tibi cū ardebis. hec ille. Nūc em̄ pctōres nō vidēt periculū ſtatꝰ ſui. nec mirū qꝛ ſunt excecati. vñ.iiij. Reg.vj.c. Percute obſecro gentem hāc cecitate. Et ſequit infra. Dñe apꝑi oculos iſtoꝝ vt videāt. Aperuitqꝫ oculos illoꝝ ⁊ viderūt ſe eſſe ī medio ſamarie ſcꝫ īter hoſtes. Sic et pctōr ſi ocl'os apertos haberet ī medio hoſtiū. i. demonū/ ſe videret. Diabolꝰ em̄ ꝑ̄mo nitit hoīeꝫ excecare vt pctm̄ ſuū nō poſſit videre. Sicut em̄ ſamſon a dalila deceptꝰ a philiſteis captꝰ: ꝑ̄mo crinibꝰ eſt nudatꝰ: poſtmodū excecatꝰ: ⁊ tertio funibꝰ ē ligatꝰ. Sic ⁊ pctōr deceptꝰ a carne: captꝰ a demone. p'rio v̄tutibꝰ expoliat. ſcḋo ocl'is interioribꝰ excecat. tertio funibꝰ pctōꝝ ꝯſtrigit. Et h̊ de ꝑ̄mo. ¶ Scḋo dixi ꝙ primoꝝ ē īſpiciēda miſia. vñ Eccl'i.iiij. Ocl'os tuos ne trāſuertas ab pauꝑe. ⁊ ab īope ne auer. ocu. tuos. Huiꝰ dicti rō eſt. nā ocl's q̄ eſt in lumine: nō videt illū q̄ eſt ī tenebris. ſic em̄ diues exn̄s ī luce ꝓſꝑitatꝫ: nō videt pauperē q̄ eſt ī caligine aduerſitatꝫ. vñ legit. Geñ.xl. ꝙ pīcerna regi phara. q̄ꝫ diu fuit ī teneb. carce. ioſeph afflictū nouit ⁊ ſo. eiꝰ fuit. ſed egreſſus ad fulgorē ꝓſꝑitatꝫ ipꝫ āpliꝰ nō coguit. īmo ſuccedētibꝰ ꝓſꝑeris pincerna oblitꝰ eſt īterꝑtis ſui. iō dic̄ v̄ſificator. Uēter plenꝰ neſcit q̄d optat egenꝰ.

Quod figuratū fuit Exoď.iij.vbi legiť/ꝙ
moyſi ituro vt videret viſionē magnā:ait
dñs. Solue calciamētū de pedibus.q.d.
hāc viſionē videre non poteris:niſi prius
calciamētis depoſitis . q̄ poſtꝗ depoſuit
ad vidēdum viſionē quare rubus arderet
et nō cōbureretur:acceſſit.Rubus ardēs et
non cōbuſtus/eſt pauper vel infirmus in
paupertate et miſeria per impatiētiā non
fractus:ſed permanēs ꝑ patientiā illiba-
tus. qđ diuites calciati rē magnā ꝛ admi
rabilē reputāt viſionē: quā viſionē nō va
let videre diues ſtipatꝰ diuitijs ꝛ delitijs:
niſi prius ſoluerit calciamēta.i.carnis nu
trimēta:quibus diuites prepediuntur ad
opera pietatis affectus mētis. Si vultis
ergo videre hoīem liberalē ad pauperes:
reſpicite ad beatū iob. qui dicit in.c.xxxj.
Humerus meꝰ a iūctura ſua cadat:ꝛ bra-
chiū meū cū oſſibus confringatur ſi negaui
qđ volebant pauperibus.ſi oculos vidue
expectare feci.ſi comedi buccellam meam
ſolus: ꝛ nō comedit pupillus ex ea.ꝛ pau
loante ſcȝ ca.xxix.dicit.Oculus fui ceco:ꝛ
pes fui claudo.pr̄ erā pauperū. Et in hu-
ius exēplū narratur in hiſtorijs romanoꝝ
Debet mulier velamẽ habere ſuper caput
ſuum: pꝛopter angelos. glo. pꝛopter ſacer
dotes: qui debent eſſe angelici p̄reſertim
continendo et caſte viuẽdo. ¶ Quarto ex
cedit in p̄redicatione: quia miniſter anti⸗
qui teſtamẽti p̄redicabat terrena et obſcu
ra: ſꝫ miniſter noui teſtamẽti celeſtia aper
ta et clara ſicut penitentiam ⁊ celeſtẽ glo
riam. ¶ Quinto excedit in oblatione: quo
niã miniſter teſtamenti antiqui offerebat
carnalem oblationem ⁊ hoſtiã ſicut ouem
vel agnũ: nouus autẽ ſpũalẽ. Malach. j.
In omni loco ſacrificat̃ et offertur nomi⸗
ni meo oblatio munda. ¶ Sexto excedit
in diſpenſatione. q̄m miniſter antiqui te⸗
ſtamẽti diſpenſabat ſacrificia ſignificata
in terra. miniſter vo noui teſtamenti cir⸗
ca ſpiritualia ⁊c. Quoniam imponebant
manus ſuper illos et accipiebãt ſpiritum
ſanctum. Act. viij. ¶ Septimo excedit in
virtute ⁊ poteſtate: qꝛ miniſter antiqui te
ſtamenti virtutem et poteſtatem habebat
ſolummodo in terra: miniſter aũt noui te
ſtamenti in celo et in terra. Mat. xvj. Qd
cunq̃ ligaueris ſuper terrã ⁊c. Huius mi
niſterij effectus nobis cõcedat ieſus chꝛi⸗
ſtus: qui cum patre et ſpirituſancto ⁊c.

¶ Dñica. xij. poſt feſtũ trinitatis. Ser. ij.

Deprecabantur eum vt īponat illi manū. Mar.vij. Legimus ī ſcriptura deū tribꝰ de cauſis hominem manu ſue potentie tetigiſſe: vtpote

Primo propter correctionē et diſciplinā caſtigatiuam.

Scđo propter largitionē et manum ampliatiuam.

Tertio propter defenſionem et virtutem adiuuatiuā.

¶ Primo ꝓpter correctionē. et iſto mō tetigit ppl'm iſrael manu ſua deꝰ. ſicut habeṫ.ij.Reg.xxiiij.⁊.j.Paral.xxj. qñ mortui ſunt de peſte ſeptuagīta milia viroꝝ; ⁊ fuit viſus angelꝰ manu cedens populū. cui fuit dictū. Contine manū tuā. Iſtum tactū dñi optauit dauid ſuꝑ ſe cum dicebat. Vertaṫ obſecro manus tua ꝯ me: et ꝯtra domū patris mei. Sic fuit tactꝰ ille manu dei: cui dixit paulus. Ecce manus dñi ſuꝑ te: ⁊ eris cecꝰ non vidēs ſolē vſq3 ad tēpus. Act.xiij. Sic multi obdurati et obſtinati in pctīs ſuis tacti fuerūt manu dñi: nec correcti: nec emendati: de quorū numero Pharao et Antiochus fuerunt et ſibi ſimiles: de q̄bus ꝯqueritur deus ꝑ ſalomonē Prouer.j. Vocaui et renuiſtis: extendi manū meā: et nō fuit q̄ aſpiceret. Deſpexiſtis oē conſiliū meum: et increpationes meas neglexiſtis. Ego q3 in interitu vr̄o ridebo: et ſubſannabo cū vobis id q̄d timebatis aduenerit. Cū irruerit repētina calamitas: ⁊ interitus q̄ſi tēpeſtas ingruerit: qñ venerit ſuper vos tribulatio ⁊ anguſtia. Vocaui p̄dicando. extēdi manū meā. videlȝ miracula faciēdo: bñficia largiēdo: penā tēporalem infligendo: vos corrigendo: et diſciplinādo: ad penitentiā vocando: penā eternalē cōminādo: penā eternā in tēporalē cōmutando: in cruce ꝓ vobis patiēdo: q̄ expanſis pro vobis manibꝰ traxi oīa ad me. Et nō fuit qui aſpiceret: ſed bñ fuit q̄ deſpiceret. Deſpexiſtis oē conſiliū meū de corrigendo: de penitēdo: de pctō vitando ⁊ malo: et de bono faciendo: ⁊ in perſeuerādo. Aſtutus oīa agit cū ꝯſilio. Prouerb.xiij. Vos gens abſq3 conſilio et ſine prudentia ⁊c. Deutero.xxxij. et qui increpatiōes odit: morietur Prouer.xv. Ego v̄o ⁊c. glo. ridere dei eſt a penis nō liberare. Cum em̄ irruerit ſuper vos tribulatio ⁊ anguſtia: qꝛ ab iſtis nō liberabo vos ꝓpter duriciam veſtrā. Manū iſtam correctiuā vidit balthaſar in conuiuio ſcribentē. mane thetel phares. nec correctus fuit: īmo ſequenti nocte mortuꝰ mala morte. Danie.v.

¶ Scđa manus largitiua. de qua in pſ̄. cxliiij. Aperis tu manū tuam ⁊ imples oē aīal benedictiōe. ⁊ Prouerb.vlti. Manū ſuam aperuit inopi: ⁊ palmas ſuas extendit ad pauperē. Siquidē deus oīpotens interdū claudit manū ꝑmittēdo cariſtiaȝ et defectū bonoꝝ tēporaliū. interdū aperit manū largiendo abundantiā. ſed multi ingrati deo/non ꝯſiderant hoc: de q̄bꝰ cōqueriṫ deꝰ ꝑ Eſaiā ꝓphetā ſui li.lxv.c. Expādi manꝰ meas tota die ad ppl'm incredulū: qui gradiṫ in via nō bona poſt cogitationes ſuas ⁊c. ſequiṫ. Nō tacebo: ſed reddā et retribuā. Ergo miſer ingrate q̄ non ꝯſideras manū iſtā. qui non ꝯſideras abūdātiā. qui nō ꝯſideras beneficia dei. aduerte glorifica manū et brachiū dextrū. Eccl'i.xxxvj. ⁊ Eſai.lix. Nō eſt abbreuiata manus domini. īmo ſemper manet ampla: liberalis: et larga ad largiendū.

¶ Tertia manus dei adiuuatiua. O deus meus quot et quātis exiſtit in adiutoriū manus dei. patet de dauid in pſ̄.lxxxviij. Manus em̄ mea auxiliabiṫ ei. pȝ etiā de naamā leproſo mūdato ꝑ manū dei. iiij. Reg.v. Iſtā manū bñdixerūt: et laudauerūt pariter. et decantauerunt dñe nomen ſanctū tuū. Sap̄.x. Per iſtā manum fuit adiutꝰ et ſanatꝰ iſte ſurdus ⁊ mutus: de quo in euāgelio hodierno. Sanatus eſt in aīa et corpore. Job.v. Deus (inq̄t) vulnerat et medeṫ: percutit et manus eiꝰ ſanabūt. De tali manu habeṫ in v̄bo preaſſumpto vbi dr̄. Deprecabantur eū vt imponat illi manū. In quibus verbis euangeliſta nobis tria oſtendit.

Prīo actū ſupplicatoriū. dep̄cabanṫ euȝ.

Scđo promptū adiutoriū. vt imponat.

Tertio collatū beneficiū. illi manum.

Nempe iſte ſurdus ⁊ mutus ſenſit beneficium curationis propter ſupplicationē ⁊ ꝓpter diuinum adiutoriū.

Prima pars.

¶ Quātū ad prīmū mouentur queſtiones vtiles.

Prima deprecatio placens: qualis eſt in veritate.

Secunda deprecatio placens: vt fiat in charitate.

Tertia pro quibus eſt deprecandum viſa neceſſitate.

Quarta que ſunt bona que facit cum magna vtilitate.

¶ Prima queſtio de iſta dep̄catione ſi debeat exaudiri qualis debet eſſe? Reſpōdetur ꝙ debet eſſe maxime

Primo humilis cum manſuetudine.

Secundo deuota cum aſcenſione.

Tertio aſſidua ſine intermiſſione.

Quarto mūda ſine peccati admixtione.

¶ Primo hūilis. ad lr̄am Judith.ix. Humiliū ⁊ māſuetoꝝ ſemꝑ tibi placuit deprecatio. Cui alludit ſapiēs Eccl'i. xxxv. Qui adorat deū in oblectatione ſuſcipietur: et deprecatio illiꝰ vſq3 ad nubes propinquabit. Oratio humiliātis ſe nubes penetrabit. et donec ꝓpinquet nō cōſolabitur: et nō diſcedet donec altiſſimꝰ aſpiciat. Qui adorat deū ore corde opere cultu latrie: q̄ cultus ſoli deo debeṫ: ſuſcipieṫ a deo: exaudieṫ. et deprecatio illius vſq3 ad nubes ꝓpinquabit. vſq3 ad deū: cui dirigeṫ: qui nobis occultus eſt in hac vita. oratio humiliātis ſe nubes penetrabit. vſq3 ad deū aſcendēdo. Dirigaṫ oratio mea ſicut incēſum in cōſpectu tuo dñe. pſ̄.cxl. Et reſpexit in orationē humiliū ⁊c. in pſ̄.cj. Et nō diſcedet donec ⁊c. vbi innuiṫ qꝛ ab oratione humili nō eſt diſcedēdum. immo cū inſtantia orandū ſicut dictum eſt. Aug. aut Berñ. inquit. Malo vnū pſalmū cum humilitate mentis decantare: ꝙ totū pſalterium cū corde faſtidioſo ⁊ accidia. ¶ Secūda cōditio deprecationis ꝙ ſit deuota. Caſſiodorus. Oratio ſine deuotione eſt ſicut corpꝰ ſine aīa. Sic deuote deprecabatur dauid deū cum orabat dicēs pſ̄. lx. Exaudi deus deprecationē meā. et alibi pſ̄. xxvij. Exaudi dñe vocē deprecationis mee dum oro ad te. et iterum pſ̄.lxiij. Exaudi deus orationem meā cum deprecor. Sed quid eſt deuotio? Reſpōdet Hugo. Deuotio eſt feruor bone voluntatis: quā mens cohibere non valens certis manifeſtat indicijs. ¶ Tertio oratio debet eſſe aſſidua. Jaco.v. Multū valet deprecatio iuſti aſſidua. Valet talis dep̄catio vbi eſt aſſiduitas/continuitas/perſeuerātia: ad que valuit deprecatio ſtephani martyris ad pauli conuerſionem. Auguſtinus. Si martyr ſtephanus ſic nō oraſſet: eccleſia paulum nō habuiſſet. Item valuit: quādo petrus et iohannes cum oraſſent: commotus eſt locus vbi erāt congregati. Et repleti ſunt omnes ſpirituſancto. Actuum. iiij. Valuit iſta deprecatio aſſidua ad liberationem petri apoſtoli de carcere. Quoniam oratio fiebat ſine intermiſſione ab eccl'ia ad deum pro eo. Actuum. xij. ¶ Item quarto oratio debet eſſe pura/munda/ſine peccato. Legitur ꝙ Fredericus imperator conſtruxit vnam portam marmoreā ſuper pōtem aque fluentis opere miro in qua imago imperatoris ſculpebatur cum ſede maieſtatis: et cum duobus iudicibus collateralibꝰ. Et in capite dextri iudicis ſcriptū erat ſic. Intrant ſecuri qui volunt viuere puri. Et in ſiniſtra iudicis ſic. Infidus excludi timeat vel carcere trudi. In pectore ſic. Q̄z miſeros facio quos variare ſcio. Moraliter porta marmorea eſt militans eccleſia: ſub qua eſt pons ſtatus religionis ſancte: in quibus ſunt aque fluentes/ hoc eſt tribulationes multe quas aquas ſentiens clamabat dauid dicēs pſ̄.lxviij. Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aque vſq3 ad animam meam. Imago imperatoris cum maieſtate que depingitur: eſt oratio ſiue deprecatio cultus latrie: qui deo exhibetur. qui duos iudices habet collaterales. ſcilȝ puritatem et ſanctitatē. In capite dextri iudicis erat ſcriptum. Intrant ſecuri ⁊c. in ſignū ꝙ quanto deprecatio eſt magis pura: et ad celum eleuata: tanto magis ſecura et deo accepta. quapropter dauid pure orabat cū dicebat pſ̄.lxxxvij. Intret in conſpectu tuo oratio mea. In capite v̄o ſiniſtri iudicis erat ſcriptum: Infidus excludi. Hoc dicitur in ſignum ꝙ oratio debet eſſe in fide: et cum magna confidentia exaudiendi et impetrandi. Poſtulet in fide (inquit iacobus ca.j.) nihil heſitans. In pectore erat ſcriptum. Q̄z miſeros facio ⁊c. hoc non eſt aliud ꝙ ſcȝ nos miſeros exiſtere: et orationem variare niſi ꝙ volumus orationi inſiſtere iuxta doctrinam apoſtoli. Orationi inſtantes. Roma.xij. et alibi. Sine intermiſſione orate. j. Theſſal'. v. In porta erat ſcriptū. Ceſaris imperio ⁊c. Iſta ſcriptura dat intelligere ꝙ pura oratio non

ſolum facit regnis imperare: ſed etiam fa
cit hoſtes regni vincere et fugare. Patet
hoc Exo.xvij. vbi legitur/ ꝙ cum moyſes
eleuaret manus orando vincebat iſrael.
Si autem paululum remiſiſſet: vincebat
amalech. Hiſtoria iſta ponitur ĩ decretis
di.xxxvj. Si quis vult. vbi ſic. Moyſes ad
bella non vadit: non pugnat cõtra inimi-
cos: ſ; orat. ⁊ donec orat vincit populus.
ergo oret ſacerdos eccleſie indeſinenter vt
vincat populus qui ſub ipſo eſt: hoſtes in
inuiſibiles. ſ. demones impugnantes om
nes qui pie volũt viuere in chriſto. Et hoc
de prima queſtione.

¶ Secunda queſtio ⁊c. Reſpondetur quõ
non placet deo deprecatio niſi fuerit in
charitate: quia peccatores deus non au-
dit. Job. ix. Et cum multiplicaueritis ora
tiones veſtras non exaudiã: quia manus
veſtre ſanguine. i. pctõ plene ſunt. Eſa. j.
vnde Iſido. de ſummo bono. Sicut nul-
lum proficit in vulnere medicamentum ſi
ferrũ adhuc in eo ſit: ſic nihil proficit ora-
tio illius: cui adhuc dolus eſt in mẽte: vel
odiũ in pectore. Et ꝙ in charitate ſit orã-
dum et deprecandũ: ita volebat dicere pe
trus apl's. j. Petri. iij. Omnes vnanimes
in oratione eſtote. Talis vnanimitas eſt
charitas: que orationem facit gratã ⁊ pla
centem deo. Item oratio eſt placens deo
ſi fiat cum attentione: al's nõ eſt placens.
Legitur in vitaſpatrum: ꝙ quidam ſenex
venit aliqñ ad montẽ ſinai: et cum exiret
inde: occurrit ei frater ingemiſcẽs in via:
qui dicebat ei ſeni. Affligimur ꝓpter ſic-
citatẽ pater: quia nobis non pluit. Cui ſe
nex. ⁊ quare non oratis deum. Cui frater.
Oramus ⁊ deprecationẽ facimus deo aſſi
due et non pluit. Cui ſenex. Credo ꝙ non
oratis attente. Vis ſcire ꝙ ita eſt. veni et
ſtemus ſimul ad orationem. et extendens
manus in celũ orauit: et ſtatim pluuia de
ſcendit. Quod cum vidiſſet frater: timuit
et ad pedes ſenis ſe proiecit: et adorauit
eum. Item oratio eſt placens ſi fuerit con
ſtans cum perſeuerantia: al's nõ ẽm ꝙ lo
quitur Chryſ. in homel. viij. ſuper Mat.
Si (inquit) deus miãm ſuam ꝓtraxit ad
tempus volens tentare conſtantiam fidei
tue: tu autem a petitionibus tuis non re
cedas. Sicut enim qui vere eſurit: tãdiu
petit cibum quouſqꝫ neceſſitatẽ impleat:
nec poteſt ceſſare, nam neceſſitas cogit: ⁊
ſine cibo viuere diu non poteſt: ita et qui
deſiderat gratiam dei: ceſſare non poteſt
precando: ſciens quia ſaluus eſſe non po
teſt ſine gratia dei: neqꝫ aliqđ beneficium
impetrare ſine gratia dei. hec Chryſ.

¶ Tertia queſtio fuit ꝓ quibus eſt depre-
candum? Reſpondeo ꝙ
Primo orandum eſt ꝓ pctĩs amouendis.
Scđo pro bonis ſpũalibus impetrãdis.
Tertio orandũ eſt pro tpali aduerſitate.
Quarto orãdũ eſt ꝓ ꝓximo ex charitate.
Quinto orandũ eſt ꝓ oĩbus hominibus.
Sexto orandũ eſt ꝓ regibꝰ ⁊ principibꝰ.

¶ Primo orandum eſt pro malis amouen
dis. Pro malo culpe ita oramꝰ in fine ora
tionis dñice cum dicimus. ſed libera nos
a malo. vñ Augu. in enchiridion. De quo
tidianis leuibuſqꝫ peccatis ⁊ breuibus ſi
ne quibus hec vita non ducitur: quotidia
na oratio fidelium ſatiſfacit. Et Hiero. ſu
per Mat. Ieiunio paſſiões corporis. ora
tione peſtes ſanantur mentis. Peſtes mẽ
tis ſunt peccata. Chryſ. (al's Iſido.) de
ſum. bono. Hoc eſt remedium eius qui vi
tiorum tentamentis eſtuat: vt quotiens
quolibet vitio tangitur: totiẽs fundat: qꝛ
frequens oratio impugnationem vitiorũ
extinguit. ¶ Item ſecundo orandũ eſt pro
bonis ſpiritualibus obtinẽdis. vnde Va
lerius maximus ad illud propoſitũ ſic di-
cebat. Socrates (inquit) a dijs immorta
libus nil vltra petendum arbitrabatur: ꝙ
vt bona tribuerent: quia deinde ſcirẽt qđ
vltra vnicuiqꝫ eſſet vtile. Sic hic põt que
ri. An bona tẽporalia ſint in oratione pe-
tenda? Reſpondeo vbi ſciendum ꝙ ꝓ bo
nis ſpiritualibus conferẽdis orare poſſu
mus ſimpliciter: ſed pro temporalibꝰ non
ſimpliciter: ſed ſub conditione. Ratio qꝛ
neſcimus an talia bona temporalia ad ſa
lutem nobis expediant. ¶ Tertio orandũ
eſt pro temporali aduerſitate: ſicut ꝓ plu
uia quãdo eſt ſiccitas. pro ſerenitate quã-
do eſt pluuia in exceſſu. pro pace quando
eſt guerra. pro ſalute quando eſt peſtis et
infirmitas. ¶ Quarto orandũ eſt pro ami
cis et inimicis ex charitate. de qua oratio
ne Chryſoſto. Pro ſe orare neceſſitas co-
git. ꝓ alijs aũt charitas fraternitatis hor
tatur. dulcior autem apud deũ eſt oratio
quam charitas tranſmittit: ꝙ neceſſitas.
¶ Quinto orandum eſt pro omnibus ho-
minibus/ chriſtianis/ iudeis/ ⁊ gentilibꝰ:

ſicut patet in die veneris ſancta. quoniã
de iudeis et gentilibus cõuerſis ad fidem
aliqui ſaluabuntur. ¶ Item ſexto orandũ
eſt pro regibus et principibus et commu
nitatibus ⁊c. j. Timoth. ij. Pro regibus ⁊
oĩbus qui in ſublimitate conſtituti ſunt.
Quare hoc? quia magis indigent depre-
cationibus fidelium. et quia plura habẽt
tractare: et quia in maiori periculo ſunt.
Etiam redditur ratio in textu quare ꝓ ta
libus eſt orãdum. Vt tranquillam vitam
et quietam agamus. glo. Augu. In pace
principum quies et regimen ſeruatur ec-
cleſiarum.

¶ Quarta queſtio que ſunt bona oratio-
nis? Reſpõdeo multa ſunt que enumera-
ri non poſſent. Siquidem mitigat iram
dei: ſicut patʒ de dauid. ij. Reg. xij. Fugat
diabolum. Matth. xvij. et Mar. ix. Hoc
genus demoniorum non eijcitur niſi per
orationem ⁊ ieiunium. Vitat tentationẽ.
Mat. xxvj. Mar. xiiij. et Luc. xxij. Vigila
te et orate ne intretis in tẽtationem. Sa-
nat infirmitatem. Jaco. vltĩo. Prolongat
vitã. patet de Ezechia rege iuda. iiij. Re-
gũ. xx. ij. Paral. xxxij. et Eſa. xxxviij. Impe
trat gloriã et benedictionem. Quorũ oĩm
nos participes faciat ieſus xp̃s: q̃ cũ ⁊c.

¶ Dñica. xij. poſt feſtũ trinitatis. Ser. iij.

SOlutum eſt vin
culum lingue eius ⁊ loque
batur recte. Marci. vij. Iu
xta ſcripture veritatem dã
tur due regule generales.
Prima eſt hec ꝙ res diuino ſeruitio dedi
cata debet eſſe libera et ſoluta.
Secũda regula in exemplari omiſſa fuit:
quapropter tu eam practica.
Hec propoſitio declaratur tripliciter.
Primo per naturalem rationem et decla
rationem.
Secundo per doctoralem autoritatem ⁊
determinationem.
Tertio per euangelicalem lectionẽ et con
cluſionem.

¶ Primo declaratur ratione naturali ſic.
dicit Ariſtoteles/ ꝙ omnia facta ſunt pro
pter aliquem finem. et ſi finem debitũ nõ
conſequantur: tunc illa eſſent fruſtra. ſed
ſi lingua hominis: vel aliud quodcũqꝫ di
uino cultui deputatum ſiue dedicatum ⁊
ad laudem eius eſſet vinculatũ: tunc eſſet
fruſtra: igitur apparet ꝙ debet ſolui: qꝛ
dicit Ariſtoteles/ ꝙ deus et natura nihil
faciunt fruſtra. ¶ Secundo probatur au-
toritate doctorali. Dicit Hieronymus ex-
ponens verbum thematis ſumptũ: ſapiẽ
tia dei eſt que ſoluit vinculum labiorꝫ ge-
neris humani: vt dicat credo in deum pa
trem omnipotẽtem. hec ille. ¶ Tertio pro
batur lectione euangelicali. Legitur enim
Luc. xiij. ꝙ chriſtus in ſabbato mulierem
curauit: et archiſynagogus indignans di
xit. Sex dies ſunt in quibus oportet ope
rari ⁊c. Cui reſpondens ieſus dixit. Hypo
crite vnuſquiſqꝫ veſtrum ſabbato nõ ſol-
uit bouem ſuum aut aſinum a preſepio: ⁊
ducit adaquare? Hanc autem filiã abrae:
quam alligauit ſathanas ecce decẽ ⁊ octo
annis: nõ oportuit ſolui a vinculo iſto in
die ſabbati? quaſi diceret. ſicut bos et aſi-
nus/ et queuis animalia ſoluuntur vt ſua
opera valeant exercere: nonne magis ra-
tionalis creatura ad imaginem dei facta.
Hinc eſt ꝙ chriſtus miſit diſcipulos ſuos
in hieruſalem ⁊ dixit eis. Soluite aſinam
et adducite mihi. Matth. xxj. Apparet er
go regula preaſſumpta. Modo ad ꝓpoſi
tum applicando. inter cetera q̃ deus crea
uit et ordinauit ad ſui cultum: eſt lingua
hominis. ideo pſ̃. cxviij. Pronũciabit lin
gua mea eloquium tuum ⁊c. Quod figu-
ratũ fuit Hiere. j. dixit Hieremias. A. a. a.
domine deꝰ. ecce neſcio loqui: quia puer
ego ſum. et ſequitur. Miſit dominus ma
num ſuam: et tetigit os meum et dixit ad
me. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Per
hieremiam quilibet noſtrum intelligitur
qui habemus linguam vinculatam ad lo
quendum propter peccatum ade. Sic enĩ
Chryſ. ſuper euãgelium hodiernũ. Quia
in trãſgreſſione ade/ natura humana mul
tam incurrerat paſſionem: et membrorꝫ
et ſenſuum leſionem: veniens chriſtus in
ſeipſo perfectionem demonſtrauit huma
ne nature. et propter hoc digito aperuit:
et ſputo loquelam dedit. Ex duabus igi-
tur propoſitionibus concludatur thema
ſic. ideo dicit euangeliſta. Solutũ eſt vin
culum lingue eius. ¶ In quibus verbis
duo oſtenduntur.
Primo ꝙ ꝑ eã hõ ꝑfectꝰ põt deũ bñdicere
et laudare. qꝛ ſolutũ ẽ vĩculũ lingue eiꝰ.
Secundo ꝙ talis bene dicitur domino
ſuo aſſimilari. qꝛ loquebat̃ recte.

Prima pars.

¶ Circa primũ dico ꝛc.
Lingua libera põt laudare et benedicere
deũ.clarũ eſt hoc. Pctõris etiã lingua eſt
libera:ꝛ q̃uis ſit libera:non ea vti debet
ad male loqui:ſed ad laudandũ deũ ꝛ be
nedicendũ et ad virtuoſe tacendũ.qđ ptʒ
triplici de cauſa. De iſto vltimo ꝑceden-
do:nã tacere nobis oſtendit ꝛc.vt in ſer-
mone.Sit oĩs homo tardus ad loquen-
dum ꝛc. et eſt primus dominica.iiij.poſt
octauas paſche.

¶ Dñica.xiij.poſt feſtũ trinitatꝭ. Ser.j.

Quid igitur lex.
Galatħ.iij. In ſacro eloq̃o.
de lege moyſi triplex q̃ſtio
regiſtratur: vbi etiam diffe
rentia reperitur.

Prima queſtio de legis veritate.
Secũda de legis bonitate.
Tertia queſtio de legis entitate.

¶ De prima queſtiõe Luc̃.x.In lege quid
ſcriptũ eſt:quõ legis: A legiſperito. a do
ctore legis/querebat ſaluator rationabili
ter valde.In lege q̃d ſcriptum eſt:Et fie-
bat q̃ſtio de lege moyſi:ĩ qua ſcripta ſunt
multa.preſertim vnum legale et p̃cipuuʒ
documentũ. Diliges dñʒ deũ tuũ.vbi im
plicanť duo legis mãdata. videlʒ de dile
ctione dei et proximi. Verũ quia iſta lex
moyſi tripliciter põt accipi et accipitur.
Nam primo accipiť ꝑ quiq; libris moyſi
qui vocãtur legales.et de iſta lege habeť
Johã.j.Lex per moyſen data eſt:gratia ꝛ
veritas ꝑ ieſum xp̃m facta eſt. Aliq̃n acci
pitur lex ꝑ toto decalogo mandatorũ: et
de iſta lege habeť Rom̃.xiij. Qui diligit
ꝓximũ:legẽ impleuit.Rõ.q̃m in dilectio
ne proximi intelligiť dilectio dei. in dile
ctione dei continenť mãdata prime tabu
le q̃ ordinãt hoĩeʒ ad deũ.in dilectiõe au
tem proximi cõtinenť mandata ſecũde ta
bule que ordinãt hoĩem ad ꝓximum.In
his duobus mandatis vniuerſa lex pen-
det ꝛ ꝓphete. Matth.xxij.Tertio modo
accipitur lex ꝑ toto veteri teſtamento ſi-
cut Johã.xv.Vt impleatur ſermo q̃ in le
ge eoꝝ ſcriptus eſt ꝛc.

¶ Scđa queſtio de legis moyſi bonitate
et de iſta q̃ſtione legis moyſaice habetur
Rom̃.vij.Quid ergo dicemus.Lex pctm̃
eſt.et per cõſequẽs non bona: Rñſio iſta
q̃ſtio de lege videť eẽ rõnabilis.Et ꝙ nõ
fuerit bona : ſed mala ſm aplm̃ in dicto
cap̃.et p̃cedentibꝰ. Prima rõ.quia lex nõ
eſſet bona:qꝛ ex opibꝰ legꝭ nõ iuſtificabiť
oĩs caro.i.oĩs homo.Rom̃.iij.Secunda
ratio.q̃m lex iram opať.Rom̃.iiij.Tertia
rõ.q̃m lex ſubintrauit vt abundaret deli
ctum.Rom̃.v.ergo nõ bona.Quarta rõ.
Pctm̃ vobis nõ dñabitur:non enim ſub
lege eſtis.Romañ.vj.Quinta rõ.qꝛ apo
ſtolus vocat legẽ illã cauſaʒ mortis.ergo
lex nõ bona:ſed mala.Quid ergo dicemꝰ:
lex pctm̃: Rñdetur ꝙ lex illa moyſaica ꝑ
tpe illo pro quo durauit: nõ fuit peccatũ
licʒ fuerit occaſio peccati. q̃m illud nõ eſt
pctm̃ : qđ docet vitare pctm̃ : immo eſſe
tale eſt bonũ: ſed lex illa fuit hmõi. vnde
apl̃s Rom̃.vij. Peccatũ nõ cognoui niſi
ꝑ legem.hoc eſt nõ cognouiſſeʒ de aliqui
bus ꝙ eſſent pctã : vel non cognouiſſem
de aliquibꝰ peccatis: ꝙ eſſent ita grauia
pctã.vel non cognouiſſem ꝙ aliqua pec-
cata eſſent digna morte:niſi per legẽ hoc
cognouiſſem.

¶ Tertia queſtio.quid igiť lex: quod fuit
thema.Unde ſciendũ ꝙ lex dr̃ multiplici
ter ſicut determinat ſanctus Thom̃. j.ij.
in multis q̃ſtionibus ꝛ articulis diuiſim
atq; diſtincte:q̃m eſt

Primo lex eterna:qua vniuerſum guber-
natur ꝛ regitur.
Scđo lex diuina:q̃ in libris regiſtratur ꝛ
deſcribitur.
Tertio lex humana:qua q̃s ĩ bono firma
tur et a malo retrahitur.
Quarto lex naturalis:qua malũ vitať et
bonũ eligitur.
Quinto lex peccati:qua aĩa maculatur ꝛ
deus offenditur.

¶ Prima lex eterna ſine principio:ſine fi-
ne.de qua loquiť btũs Augu.lib. de libe
ro arbitrio.Eterna lex q̃ ſumma rõ nomi
natur.Illa ratio eſt deus qua deus regit
ꝛ gubernat totũ mundum.vñ Boetius.j.
de conſolatiõe metro.v. Stelliferi condi
tor orbis:Qui perpetuo nixus ſolio:Ra-
pido celũ turbine verſas: Legẽq; pati ſy
dera cogis.Vult dicere ꝙ diuina rõne or
dinãte tres planete in celo certa lege de-
terminanť ſeu dñanť: q̃ ſunt ſol/luna/et
venꝰ.et ſubdit. lib.iij.meť.ix. O qui ꝑpe
tua mundũ rõne gubernas:Terrarum ce
liq; ſator:qui tẽpus ab euo Ire iubes:ſta
biliſq; manens das cuncta moueri.Ergo
ſuppoſito ꝑ ṽo/ꝙ totũ diuina ratiõe gu
berneť et regať:illa rõ in ſupremo princi
pe legis noĩe appellať.de iſta lege habeť
Baruch.iiij. Hic eſt liber ꝛ lex que eſt in
eternũ.hic.eſt.ſ.in deo liber.ſ. predeſtina
tionis que eſt liber vite : vbi ſunt ſcripti
oẽs qui ſaluabunť.et hic.ſ.in deo lex que
eſt in eternũ ſcʒ lex eterna.

¶ Scđa lex diuina. ꝛ iſta eſt duplex.ſ. lex
moyſaica et lex euangelica. ꝛ vtraq; diui
na:q̃m vtraq; eſt a deo. Inter iſtas duas
leges eſt differentia:q̃ ſe hñt ſicut puer et
vir.vt lex moyſi ſit ſicut puer.ſ.impfecta.
lex euangelij ſit ſicut vir.De iſta differen-
tia loquiť apoſtolus Galatħ.iij. vbi apo
ſtolus comparat ſtatũ legis moyſi ſtatui
pueri.et ſtatũ legis euãgelice ſtatui viri:
q̃m ſe hñt ſicut vir et puer. ſicut perfectũ
et imperfectũ. Scđa differẽtia quoniam
lex moyſi ordinabat hoĩem ad bonũ ter-
renũ ꝛ tẽporale. lex euãgelica ordinat ho
minẽ ad bonũ celeſte ꝛ eternũ.Tertia dif-
ferẽtia:q̃m lex antiqua cohibebat manũ:
et nõ animũ.ſed lex noua vtrũq; cohibet
ſcʒ animũ ꝛ manũ.Quarta differẽtia:q̃m
illi de antiqua lege ſeruabãt p̃cepta legꝭ
timore pene:ſed illi de noua ſeruãt ea nõ
timore:ſed magis amore. Vñ auguſti.de
iſta differẽtia legis loquiť in hũc modũ.
Breuis differẽtia legis/ timor et amor.

¶ Hic põt q̃ri q̃ ſunt: ꝛ quot p̃cepta mo-
ralia legis antique et noue: Rñdetur ꝙ
decẽ:que in iſtis verſibꝰ continenť. Vnũ
crede deũ nec iures vana per eũ. Sabba
ta ſanctifices et venerare parẽtes.Nõ ſis
occiſor fur mechus teſtis iniquus: Vici-
niq; thoros: reſq; caueto ſuas. Primum
p̃ceptũ.Vnũ crede deũ. nõ plures. iuxta
textũ:Nõ habebis deos alienos. Exo.xx.
Ubi ſciendũ ꝙ deo creatori nr̃o debemꝰ
tria.vtpote fidelitatẽ:reuerẽtiã:et famu-
latum. Primo fidelitatem.quõ: vt ſcʒ ho
norẽ diuinitatis ad nullũ aliũ referamus
niſi ad ip̃m.et de h̃ eſt primũ preceptũ vi
delʒ.Vnũ cole deũ.vel nõ habebis deos
alienos.Item debemꝰ ſibi honorem ꝛ re-
uerentiã.q̃tenus nullũ ṽbũ iniurioſuʒ di
camus ꝯ deum.et de hoc eſt ſcđʒ p̃ceptũ.
Non aſſumes nomen dei tui ĩ vanũ. Itẽ
debemus deo nr̃o famulatũ ꝓpter bñfi-
cia q̃ recipimus ab eo p̃ſertim ꝓpter be-
neficium creationis rerum oĩm: ꝛ de hoc
eſt tertiũ preceptũ. Memẽto vt diem ſab
bati ſanctifices.Nec ꝑ hoc poſſumus di-
gne recõpenſare. In p̃mo precepto coli
mus diuinã vnitatẽ.In ſcđo veneramur
eius veritatẽ. In tertio laudamus eius
ĩmẽſam bonitatẽ.Septẽ alia p̃cepta or-
dinant hoĩes ad ꝓximũ.ſpãliter inquãtũ
filij ex quodã ſpeciali debito tenenť parẽ
tes honorare.Alia ordinãt hoĩem ad pro
ximũ magis generaliter.ſicut quintũ pro
hibet ne noceatur ꝓximo in ꝓpria perſo
na.vbi dr̃. Non occides. Sextũ ꝓhibʒ ne
noceatur ꝓxĩo in re tẽporali iuſte poſſeſ-
ſa.vbi dr̃. Non furtũ facies.Septimũ ꝓ-
hibet ne noceatur in re magꝭ cõiũcta ſiue
perſona ſicut eſt vxor:vbi dr̃. Non mecha
beris.Octauũ prohibet ne noceať proxi-
mo ore falſum teſtimoniũ ꝓhibendo con
tra ip̃m.vbi dr̃. Non loq̃ris ꝯ ꝓximũ tuũ
falſum teſtimoniũ. Nonũ ꝓhibet ne no-
ceatur ꝓximo corde vel animo. Non deſi
derabis vxorẽ ꝓximi tui. Decimũ prece-
ptum legis. Non concupiſces rem ꝓximi
tui:quecunq; ſit illa res. ¶ Sed eſt ꝛ alia
lex diuina.ſcʒ euangelica a ſpũſancto di-
ctata ꝛ reuelata: ꝛ ab euãgeliſtis ſcripta:
et ab apl̃is predicata/et ꝓmulgata xp̃ia-
nis fidelibus. Iſta lex diuina eſt

Audiendia cũ attentione.
Adimplenda cũ deuotione.
Memoranda cũ recordatione.
Amanda cũ dilectione.
Predicãda ſine intermiſſione.

¶ Primo ꝛc.iuxta doctrinã pſalmiſte pŝ.
lxxvij.Attendite popule meꝰ legẽ meã ꝛc.
Audite qđ cõminatur ꝯ illos qui nolunt
audire verbũ ꝛ legem dei. Prouer.xxviij.
Qui declinat aurẽ ſuam ne audiat legem
orõ eius erit execrabilis.hoc dignũ ꝛ iu-
ſtum.merito: qui non vult audire ṽbum
dei ꝛ legem dei:ṽbũ eius non audiatur a
deo. Ad audiendũ iſtã legem dei aĩabat
deuotũ auditorem ſalomõ cum dicebat.
Audi fili mi diſciplinã p̃ris tui: et ne di-
mittas legẽ matris tue. Prouer.j. Ex illo
textu eliciť ꝙ parẽtes tenenť informare
pueros in bonis moribꝰ. Moraliter põt
ſic exponi. O xp̃iane fili dei per fidẽ/audi
diſciplinam chriſti patris tui.et ne dimit
tas legeʒ matris tue.ſcʒ eccleſie. vbi oſtẽ
ditur ꝙ ſtatuta eccleſie ſunt ſeruanda.

¶ Scđo lex iſta eſt ĩplẽda ꝛc. iuxta dictũ

apoſtoli. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud deū: ſed factores legis iuſtificabunt. Rom. ij. Quis aūt tales auditores iuſti appareant apud hoīes: tamē apud deū iuſti nō ſunt: ſʒ ſolū factores. Obſeruatores legis iuſti ſunt apud deum: ⁊ illi ſolū qui obſeruāt precepta moralia legis iuſti ſunt. et ſic nō ſufficit ad ſalutē audire p̄dicare ſeminare legē/dei vbū: ſed neceſſe eſt adimplere. Jaco. j. Qui autē perſpexerit in lege ꝑfecte libertatis: et ꝑmanſerit in ea nō auditor obliuioſus factus: ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit. vn̄ ſcriptū eſt. Beati q̄ audiūt verbuʒ dei: et cuſtodiūt illud. Luc. xj. Et alibi. ſ. Matth. v. Qui fecerit ⁊ docuerit: hic magnus vocabit in regno celorū. Sed heu tēpus faciēdi dn̄e diſſipauerūt legem tuam ⁊c. pſ. cxviij. ¶ Tertio lex dei incorporāda nec obliuioni tradēda: iuxta dictuʒ ꝓpheticū pſ. j. In lege dei fuit voluntas eius: et in lege eius ⁊c. ¶ Itē lex xp̄i amāda. qm̄ Pax multa diligētibus legē tuā. pſ. cxviij. Et non ſolū pax: ſed etiā eterna beatitudo. Prouer. xxix. Qui cuſtodit legem btūs eſt. ⁊ per oppoſitū. Maledictus q̄ non ꝑmanet in ſermonibus legis. ipſam adimplendo. nec eos ope perficit. Deut. xxvij. Nec mirū ſi eſt amāda lex iſta qm̄ ipſa eſt ignis. i. amor. In dextera illiꝰ ignea lex. Deutero. xxxiij.

¶ Tertio lex principalis humana: immo multe leges ab imꝑatoribꝰ inſtitute ſunt. Sed pōt queri an tales leges ſunt neceſſarie ad regimen reipublice. Rn̄det ꝙ ſic ſm̄ Iſidoꝝ lib. etymologiaꝝ et allegatur in decret. diſt. iiij. c. facte ſunt. Facte ſunt (inquit) leges vt earū metu humana coerceatur audacia: tutaqʒ ſit inter improbos innocentia: et in ipis improbis formidato ſupplicio: refrenetur nocendi facultas. Et iſta ſunt multū neceſſaria humano generi. Ergo neceſſariū fuit humanas ſtatuere leges ad retrahēdū hoīes: potiſſime iuuenes ab illicitis delectationibus: ad quas ſunt proni et īclinati: preſertim proterui: qui non poſſunt niſi per vim et metum inclinari ad bonū: et declinare a malo. Talis (inquā) diſciplina cogens declinare a malo: et facere bonū: eſt diſciplina legū hūanaꝝ. ⁊ ſic ſequit ꝙ neceſſarium fuit humano generi. cōdere leges ⁊ ponere.

¶ Quarta lex eſt nature: de qua lege loquitur apoſtolus Rom. ij. Cū gētes que legē non hn̄t: naturaliter ea q̄ legis ſunt faciūt: eiuſmodi legē nō habētes ipſi ſibi ſunt lex. Gentes. i. gentiles qui non hn̄t legē moyſi ſcriptā in tabulis. naturaliter q̄ ſunt illius legis faciunt. hoc eſt naturali ratione: ea que ſunt legis faciunt. hoc eſt per legē naturalem. per lumen ratiōis diſcernunt bonū a malo: et implent precepta decalogi. etiā per talē legē implent preceptū illud generale ſcriptū Tob. iiij. Quod ab alio oderis fieri tibi: vide ne tu aliqn̄ alteri facias. ⁊ habet Matth. vij. ⁊ Luc. vj. quod eſt preceptū negatiuū. Et facias alteri qđ tibi vis fieri. p̄ceptū affirmatiuū. Ex iſtis elicit ꝙ decē p̄cepta erāt de lege nature: et per conſequens gētiles per legē nature tenebant obſeruare ea ſicut tenentur iudei et etiam xp̄iani: cum vtraqʒ lex precipiat ea. De iſta lege naturali habet Hierem. xxxj. Dabo legem meā in viſceribus eoꝝ: et in corde eorum ſcribam eam. Sed quid proprie eſt lex nature in homine? Non eſt aliud ꝙ̄ lumen rationis impreſſum in anima: quo diſcernitur bonū a malo. de quo lumine in pſ. iiij. Signatū eſt ſuꝑ nos lumen vultꝰ tui dn̄e. Dictat em̄ iſta lex et illud lumen: ꝙ malū eſt vitandū: et bonū faciendū. Iſta lex in ſcriptura vocatur lex iuſticie. Eſa. lj. Audite me qui ſequimini qđ iuſtum eſt: ⁊ queritis dn̄m. ſequitur. Audite me qui ſcitis iuſtū: ppl'us meꝰ/lex mea ī corde eoꝝ.

¶ Quinta eſt lex peccati/lex fomitis ⁊ lex membrorum: de qua apl's Rom. vij. Video aliā legem in mēbris meis repugnantem legi mentis mee: et captiuantē me in lege peccati: q̄ eſt in mēbris meis. Quādiu viuimꝰ captiuati ſumꝰ in lege fomitis: in lege mēbroꝝ: ī lege pctī originalis: a qua legeſ ꝓcedūt multe alie leges male: ſicut lex tyrānica q̄ vtit lege fortitudinis: non lege iuſticie. de qua Sap. ij. dicūt tyrāni. Sit fortitudo nr̄a lex iuſticie. Talis lex tyrānica que vtitur lege fortitudinis: nō lege iuſticie: non eſt merito de nūero aliarum legū. de ipſa Eſaie. x. Ve qui condūt leges iniquas. Tales leges abijciamꝰ: et leges alias teneamus: et impleamꝰ ſicut xp̄s: qui non venit ſoluere legē: ſed adimplere. Mat. v. quatenꝰ detur nobis gr̄a in p̄nti: ⁊ glīa in futuro. Ad quā ⁊c.

¶ Dn̄ica. xiij. poſt feſtū trinitat. Ser. ij.

Diliges dominū deum tuū. Luce. x. cap.

Naturalis inclinatio/et expreſſa ſimilitudo.
Scripturalis reuelatio vbi eſt certitudo.
Eternalis promiſſio vbi eſt beatitudo.
Inclinant ad diligendū deum vbi eſt bonitas immenſa.

¶ Primo inclinat ad diligēdū deum ⁊c. Eccl'i. xiij. Omne aīal diligit ſimile ſibi: ſic et oīs hō primū ſibi. Probat aūt cōitas iſta de apibus: que ꝓpter ſimilitudinem quā hn̄t adinuicē: ex naturali amore tꝑe eſtatis vna alteri facit vmbrā ad ſupportādū calorē. Ptʒ etiā de elephātibꝰ: q̄ per amorē quē hn̄t naturalē: parui iuuant a magnis: ⁊ fortes iuuāt debiles. Nota ꝙ ſilitudo eſt cā dilectiōis. vn̄ Auguſ. Scio aīa mea ꝙ diligis: ſed ea vis dilectionis eſt: vt in eiꝰ ſilitudinē trāſformeriſ quē diligis. Nunqđ hō naturalis (al's rōnalis) creatura factꝰ ad imaginē et ſilitudinem dei? Iſta ſimilitudo inclinat ad diligēduʒ deū. Quedā deuota perſona īterrogauit quēdā ſctm̄ virū qualiter et quomō poſſʒ deum diligere. Qui rn̄dit. Tu (inquit vir ſanctus) cōſiderabis. videlʒ

Primo conſiderabis illū qui te fecit qualis eſt ſua bonitate.
Scđo ꝯſiderabis qualiter te fecit: quia ſine vlla reprehenſione.
Tertio conſiderabis q̄d in te fecit: qꝛ ſine vlla imperfectione.
Quarto cōſiderabis ad quid te fecit ꝓ finali concluſione.

¶ Primo ꝯſiderabis illū qui te fecit: ſcilʒ deum: qm̄ oīa habet in ſe que cōmuniter diligunt: et illa ſunt

Primo pulchritudo.
Secundo bonitas.
Tertio delectatio.
Quarto vtilitas.

¶ Primū eſt pulchritudo dei: cuius pulchritudinē ſol ⁊ luna mirant. Aug. Tāta eſt pulchritudo chriſti: ꝙ etiā ſi non liceret in ea manere niſi vnius diei hora: innumerabiles anni pleni delectationibus eſſent merito contēnendi. qm̄ plus lucet humanitas xp̄i corpore et pulchritudine ꝙ ſol ſepties et oīa luminaria celi. ⁊ pulchritudo cōmuniter eſt diligēda. ¶ Secūdum eſt bonitas. vnde ſolꝰ deus bonꝰ et optimus: īmo nemo bonꝰ niſi ſolus deꝰ: Luce. xviij. eadem ſententia regiſtratur. Mat. xix. et Mar. x. et oē qđ amat diligitur qꝛ bonū. j. Ethic. Oīa bonū appetūt. ¶ Tertio in deo delectatio. Delectatiōes in dextera tua vſqʒ in finē. in pſ. xv. Delectabile diligit et amat. ¶ Quarto in deo vtilitas. et hec eſt nobis vtilis: et ꝓpter hoc eſt diligēdus. Et q̄ ſunt vtilitates q̄s habemꝰ a deo? Multe ſunt: qm̄ nos creauit: nos redemit: nos paſcit: nos ꝯſeruat in eſſe: nos iuuat: nos nutrit: nos defendit: ⁊ multa alia beneficia mire ꝯfert nobis. Eapropter cōcludit btūs Johan. in canonica ſua. j. c. iiij. Diligamus deū: qm̄ deus prior dilexit nos. varia bn̄ficia conferendo. ¶ Scđa cōſideratio qualiter te fecit. Video ꝙ me fecit de nihilo: ꝓpter qđ magis eſt diligendus: iuxta dicta btī Auguſt. ad ꝓpoſitū ſic dicentis in lib. de ſpū et aīa. Miſer ego quē debeo diligere? deū meū qui me fecit cū non erā: redemit me cū perirem: nō em̄ erā ⁊ de nihilo me fecit: nō lapidē: nō arborē: neqʒ aliqđ de aīalibꝰ: ſed hoīeʒ voluit me eſſe: et dedit mihi eſſe intelligere: viuere ⁊ ſentire. Iſta ſunt q̄re debemꝰ deū diligere ⁊ amare. ¶ Tertia ꝯſideratio q̄lem me fecit. qm̄ ad imaginē et ſilitudinē ſuā. dedit rectaʒ figurā ad differentiā aīaliū/quoꝝ figura dr̄ curua. ideo Aug. li. ſoliloqorū. Diligā te qm̄ tu p̄or diligis me: ⁊ ad imaginē tuā feciſti me: oīa q̄cūqʒ feciſti ī meū ſeruitiū feciſti ⁊ tradidiſti. Dilexiſti me/amor meꝰ: anteq̄ȝ diligerē te: ad imaginē tuā creaſti me: ⁊ oībꝰ creaturiſ me ꝓpoſuiſti. ¶ Quarta conſideratio ad quid: ad quē finē fecit te. Fecit deus hominem vt videret finalr̄ deum: et frueretur deo: et poſſideret deū. Et hec de primo articulo.

¶ Scđo p̄ncipaliter ⁊c. Scriptura ſacra nos monet et inclinat ad diligendū deū: iuxta doctrinā btī Aug. ī lib. de doctrina xp̄iana vbi dic̄ ſic. Si totiꝰ ſcripture vba penſemꝰ: nihil aliud ꝙ̄ amare p̄cepiſſe inuenimus. Nā ꝓpt̄ amorē nimiū dn̄ venit naturā nr̄aʒ aſſūpſit: legē ſoliꝰ amoriſ tradidit. Nā dicebat apl'is Jo. xv. Hoc ē p̄ceptū meū vt diligatiſ inuicē. ¶ Hic monet dubiū: qđ eſt meliꝰ diligere vl' diligi? Rn̄. ꝙ eſt meliꝰ diligere ꝙ̄ diligi. Et ſūt rōnes ad hoc. Prima rō. qꝛ ſi diligā: illa eſt vrā

mea. ſi diligar ab alijs: eſt virtus aliena. Scðа ratio: q2 ſi diligã: habeo certitudinē de dilectione. ſi diligar: nullam habeo certitudinē. Tertia ratio. ſi quē diligo: illū obligo inquãtū diligo. ſi diligar ab aliquo alio: illi obligoꝛ ego. Quarta ratio. ſi diligam: meritū acquiro. ſi diligar ab aliquo: ille meretur: non ego.

¶ Tertio principaliter eſt introductū. qm̄ eterna ꝓmiſſio. eterna beatitudo inclinat ad diligendum deū. Scimus qm̄ diligētibus deū oīa cooperãtur in bonū. Roma. viij. Scðo oculus nō vidit: nec auris audiuit: nec in coꝛ hoīs aſcendit que preparaſti diligētibus te dñe. Eſa. lxiiij. ⁊ .j. Corinth. ij. et btūs Iaco. ſua canonica .j. ca. Beatus vir qui ſuffert tētationē: qm̄ cum probatus fuerit: accipiet coronã vite: quã repromiſit deus diligētibꝰ ſe. Attentis ergo tribus ſuperius declaratis: precipitur diliges dñm deū tuū. Ubi tria oſtēdunt.

Primo preceptum obligatoriū. diliges.
Scðo obiectum meriti premium. dñm.
Tertio gratū nr̄m adiutoriū. deū tuum.

Pars vnica.

¶ Dico primo ꝙ in verbis preaſſumptis oſtenditur preceptum obligatorium. diliges. Quãtum diliges: diligeris.

Primo diliges deum: qui eſt ſupra te.
Scðo diliges ꝓximū: qui eſt iuxta te.
Tertio diliges amicū. qui diligit te.
Quarto diliges inimicum: quia charitas vrget te.

¶ Iſta per ordinē. Primo diliges .ſ. deū. dilige ex toto corde. quō ex toto corde? vt diligat ſine errore. vel ex toto corde: vt nihil ſup eo diligatur. Chryſ. Ex toto corde diligere deū: eſt vt ad nulliꝰ rei dilectionē magis ſit īclinatū coꝛ tuū ꝙ̄ dei dilectionē: vel nō delecteris in ſpe mundi ampliꝰ ꝙ̄ in deo: nō in honoribus: nō in amicis. Si autē in aliquo iſtoꝝ ſis occupatus: iã ex toto corde non diligis. Sic ex toto corde dilexit eum dauid. ſicut hr̄ Eccl'i. xlvij. De oī corde ſuo laudauit dñm: et dilexit eum. Itē diligēdus eſt deus ex tota aīa. qualiter audiamꝰ Chryſ. In veritate habere animū: ⁊ firmiſſimū eſſe aīm in fide. qm̄ ſi heſitare ceperis: iã ex tota aīa eſt vt eius volūtati nihil in numero ꝯtradicat. vñ Aug. Ex tota aīa deū diligere: eſt ipm diligere ex tota volūtate ſine ꝯtrarietate. Itē diligere deū ex tota mēte: eſt quatenꝰ oēs ſenſus vacent deo ſicut dicit Chryſ. vel diligere deū ex tota mente: eſt cum dei memoria ſine obliuione: ſicut btūs Aug. exponit. Ergo diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo ⁊c. ergo diliges deū q̇ eſt ſupra te. q2 qui diligit deū: diligit vitã. imo talis dilectio dat coronã: quã ꝓmiſit deꝰ diligētibus ſe. Roma. viij. ⁊ Iaco. j. Diliges dñm deū tuū exēplo magdalene: cui dimiſſa ſunt pctã multa: qm̄ dilexit multū. Luc. vij. Diliges dñm deū tuū: q̇ te diligit ſi eum diligas. Ego diligentes me diligo. Prouerb. viij. Diliges dñm deū tuū: qui charitate perpetua dilexit te: iō attraxit te miſerãs. Hiere. xxxj. De iſta dilectione Aug. de laude charitatis. Breue preceptū: dilige tibi precipitur. dilige et fac qđ vis. ſiue taceas: ſiue clames: dilectiōe clama. ſiue parcas: dilectione parcas. radix ſit intus dilectionis: non poteſt de iſta radice exire niſi bonum. ¶ Secundo dilige proximum qui eſt iuxta te. Sed queritur quid eſt diligere proximum? Reſpōdeo ꝙ diligere proximum non eſt aliud ꝙ̄ idem velle: ⁊ idem nolle in bono cum proximo. Uel diligere proximum: eſt velle ſibi illud bonum: quod volo mihi. ⁊ nolle illud malum quod nolo mihi. Ad quē diligēdum inclinat

Primo natura.
Secundo ſcriptura.
Tertio preceptum.
Quarto documentum.
Quinto charitas.
Sexto vtilitas.
Septimo membra.

¶ Primo ad diligēdum proximū inclinat natura. qm̄ mēbra vnius corpis naturalr̄ ſe diligūt. In huius ſignum mutuo ſe iuuant: mutuo ſe fouent: ⁊ defendunt: ⁊ cōpatiuntur. vnde ſi quid patitur vnū membrum: cōpatiuntur omnia membra. Nos et proximus ſumus vnius membra: qui vnum patrem habemus in celo: et vnam matrem ſanctam eccleſiã habemus in terra: vnam fidem: vnã legē: vnū baptiſmū: vnū corpus in xp̄o. ¶ Item ſcðo ſcriptura in multis locis hortatur ꝓximū diligere: preſertim iohãnes dilectꝰ inter ceteros a xp̄o in ſua canonica loquit̄ de dilectione ꝓximi .j. Can. c. iiij. ꝑ totū. ⁊ aplſ Ro. xiij.

Nemini quicꝙ̄ debeatis: niſi vt inuicem diligatis. Eccl'i. vij. Nō te pigeat viſitare infirmū. ex his em̄ in dilectione firmaberis. Et aplus vbi .ſ. Qui diligit ꝓximum legē impleuit. Nō diligamus verbo necꝫ lingua: ſed opere et veritate. j. Ioh. iij. et in multꝭ alijs locis. ¶ Itē tertio inclinat ad diligendū ꝓximū preceptum iuxta doctrinã xp̄i. Hoc eſt preceptū meū vt diligatis inuicē. Iohã. xv. Nempe p̄ceptū datum ab aliquo principe ſub pena mortis eterne: quale eſt preceptū de dilectiōe. j. Ioh. iij. Qui nō diligit ſcꝫ proximū manet in morte. et oīs qui odit fratrē ſuum: homicida eſt. ⁊ idē .j. ca. iiij. Hoc mandatum habemus a deo: vt q̇ diligit deū: diligat et fratrē ſuū. ¶ Quarto inclinat documentū xp̄i et exemplū eius. q̇ dilexit nos: ⁊ lauit nos a pctīs nr̄is in ſanguine ſuo. Apoca. j. ⁊ Ephe. v. Eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi: et ambulate in dilectione ſicut et xp̄s dilexit nos. Exemplar iſtius dilectionis verū eſt: et multum approbat̄ .j. Iohã. iiij. Si deus dilexit nos: ⁊ nos debemꝰ alterutrū diligere. ¶ Quinto inclinat ad dilectionē ꝓximi charitas: q̄ facit oīa cōmunia. vñ dicit quedã gloſ. ꝙ charitas in cordibus nr̄is diffunditur qñ ad ꝓximū dilatatur. ¶ Hic poſſet q̄ri ſatis curioſe: cū nos habeamus charitatē: amorē: ⁊ dilectionē: que differētia eſt inter hec? Rñdetur ꝙ differētia eſt: qm̄ amor ꝓprie eſt reſpectu ſui/ quo amat q̇s ſeipſum. vñ amor quaſi aīoꝝ vnio. Dilectio eſt ꝓprie reſpectu ꝓximi: quãdo quis amat ꝓximū. eſt em̄ dilectio amor ꝓximi vnde dilectio quaſi ligans duos: vnde ligat et ſociat amantē ⁊ amatū: ſic ligat vt mutuo ſe diligant. Charitas autē ꝓprie eſt amor dei. facit em̄ charitas hoīeꝫ deo charū. ¶ Item ſexto inclinat ad diligēdū ꝓximū vtilitas: que eſt corona et p̄mium eternū. Iacobi .j. Beatus vir q̇ ſuffert tētationē: qm̄ cum ꝓbatus fuerit: accipiet coronã vite: quã repromiſit deus diligentibꝰ ſe. ¶ Tertio pricipaliter diliges amicum qui diligit te. Cant. ij. Dilectꝰ meus mihi et ego illi. Amicus meus diligit me ⁊ ego illū. Et iſtius dilectiōis ſunt ſigna: vtpote amicus amicū libēter audit: et de ipſo loquit̄. amicus de amico frequenter cogitat ⁊ ſibi obſequitur. amicus ꝓ amico ſe et res ſuas exponit: ⁊ ſibi cōpatit̄. amicus odit ea que amicus odit: ⁊ in hoc dilectio oſtendit̄. ¶ Quarto principaliter diliges inimicū: qm̄ charitas vrget te. de iſta dilectione habet̄ Matth. v. Diligite inimicos veſtros. benefacite his qui oderunt vos. ⁊ orate ꝓ perſequētibus et calūniãtibꝰ vos. ⁊ erit merces vr̄a magna. ¶ Hic pōt queri quid eſt melius diligere amicū vel inimicum? Rñdeo licꝫ diligere amicū ſit magis debitū: ꝙ̄ diligere inimicum: tñ diligere inimicū eſt magis meritoriū. qm̄ in tali dilectiōe eſt maior difficultas: q̄ multū facit ad meritū. Item q2 in tali dilectione inimici/ expſſius oñdit̄ charitas: et magꝭ vt videt̄ attēdit̄ amor. verū ꝙ ſic diligēdi ſunt hoīes vt eoꝝ nō diligant̄ errores. ſcilꝫ mala: nec vitia: nec pctã. Et pro finali concluſione totius ſermonis accedat illud qđ ſcribit̄ Eccl'i. vij. In oī virtute dilige eū qui te fecit. Inq̇t ſaluator Iohan. xiiij. Pater meus diliget eū: et ad eū veniemꝰ ⁊c. Hic ꝑ gratiã: ⁊ in futuro per gloriã. Ad quã gloriã ⁊c.

¶ Dominica .j. poſt trinitatē. Diligamus deum qm̄ ipſe prior dilexit nos.
¶ Dominica .ij. poſt trinitatē. Diligamus opere ⁊ veritate.
¶ Dñica. xviij. poſt feſtū trinitatis. Diliges dñm deum tuū.

¶ Dominica. xiij. poſt feſtum trinitatis. Sermo. iij.

Iliges dominū deum tuū. Luce. x. c. Prout reperit̄ in ſacra ſcriptura: ⁊ hoc idē ptꝫ experiētia ⁊ natura: aliq̇s inclinat̄ et tenetur ac conſueuit diligere aliquã perſonã propter tria. videlꝫ

Primo ꝓpter ſuã progeniē et affinitatē.
Secūdo propter aliquod cōmodū et vtilitatem.
Tertio propter complacētiam et delectabilitatem.

¶ Primo dixi ꝙ aliq̇s inclinat̄ ad diligendū aliquē q2 eſt de ſua ⁊c. Ratio eſt: quia naturalr̄ hō magis diligit: et dꝫ diligere ſeipm ꝙ̄ alios: q2 vt dic̄ Aug. charitas ordinata a ſeipſo īcipit. Iō quãto aliq̇ ſunt nob' magꝭ ꝓpinq̄: tãto magis debemꝰ eos diligere. q2 ḡ parētes ſunt nobis magꝭ et maxīe ꝓpinq̄: ideo ipos magis diligimꝰ. Iſtud ꝯfirmat valeriꝰ lib. v. c. iiij. Dilige-

re parentes prima nature lex eſt.vnde ad
hoc inclinat natura ⁊ īducit. Narrat Am
broſius in hexameron lib.viij.de ciconijs
ꝙ parētes ſuos ſenio cōfectos fouēt plu
mis:et collato cibo paſcunt: et in volatu
ſupportāt.vñ dicit ariſtotel.viij.ethicorū
ꝙ nunꝗ̄ ſufficienter poſſumꝰ retribuere
patribꝰ:a q̇bus eſſe nutrimētū ⁊ diſcipli-
nam accepimꝰ.De h̄ ponit exēplū valeriꝰ
maximus.li.v.c.iiij.vbi narrat ꝙ ſcythe
maxime diligebāt parētes. vñ cū darius
rex inuaderet eos ⁊ regiones eoꝝ: hoīes
illiꝰ terre paulatim ei cedebāt.Et interro
gati ab eo ꝑ legatos q̄re ſic fugerēt:rñde-
runt ſe nec vrbes:nec agros vel poſſeſſio
nes ꝓ q̇bus dimicarēt habere:ſed cuꝫ ad
monumēta parentū ſuoꝝ veniſſent: tunc
viderēt queādmodū ſcythe ꝓliari ſolerēt.
Quo rex cognoſcēs amorē quē circa pa-
rentes haberēt:eos ī pace dimiſit. Appa
ret ergo ꝙ hoīes diligunt coniūctos eis
ſm̄ carnis originē. Jō dicit Amb. ꝙ pri-
mo deꝰ diligēdus eſt: ſecundo parentes:
deinde filij: poſt domeſtici. Et hec quan-
tum ad primum.

¶ Scd̄o dixi ꝙ diligimꝰ aliquē qñ expe-
ctamꝰ ab eo retributionem. Rō eſt. Dicit
ph̄s.ij.lib.rhetorice ꝙ amare eſt velle bo
nū alicui.ſed vt docet expiētia:q̇libet bñ-
factori bonū optat ⁊ vult: ex eo q2 bonū
ab eo recipit et recipere expectat. Et quā
tū durat bñficiū:tantū diligit.et ceſſante
bñficio amor ceſſat:q2 prout dicit Aug.x.
de trini. Cuius rei gr̄a adipiſcende ſpem
q̇ſꝗ̄ non gerit:aut tepide amat:aut oīno
non amat. Talis aūt amicitia q̄ eſt ꝓpter
vtile: vt dicit Ariſto.viij.ethic.eſt ſenum
qui q̄runt vtile inquātū indigēt vt ſubue
niāt nature iā deficiēti. Jō cōcludit ꝙ ta
lis amicitia nō eſt duratura :q2 nō ꝑſona
ſed pecunia diligit̄ vel preda. Vñ narrat
valerius:ꝙ cū ſemel neronē imꝑatorem
multitudo militū et hoīm ſeq̄ret̄. Sene-
ca hoc vidēs dixit. Mel muſce ſequuntur
cadauera lupi.predam ſequit̄ iſta turba:
nō hoīem. Jō metrice d2. Tempore felici
multi numerantur amici: Dum fortuna
perit nullus amicus erit. Dum quid ha-
bere putor:ſolēni voce ſalutor:Sed re ceſ
ſante fit vox ferialis vt ante. Apparet er-
go ꝙ ille diligitur:a quo vtilitas expecta
tur. Jſtud ꝯfirmat Ariſtotel.ij.rhetorice:
qui dicit. Pro bñficijs ſalutē et proſperi-
tatem amamus. De hoc habemus exem-
plū in ſacra ſcriptura.j.Regū.xvj.vbi le-
git̄ ꝙ rex ſaul ex pctō q2 tranſgreſſus fuit
preceptū dei : agitatus fuit a demone.et
dicit textꝰ.venit dauid ad ſaul:⁊ ſtetit co-
rā eo:⁊ ille dilexit eū nimis : ⁊ hoc ꝓpter
vtilitatē:q2 dauid pulſabat citharā:et re
cedebat ab eo ſpūs malus: q2 tradūt phy
ſici:ꝙ armonia letū reddit letiorem.et di
cunt mathematici ꝙ multi demones fer-
re nō poſſunt armoniā. Jdeo ꝑcipientes
lyre vel cithare ſonū:recordant̄ dulcedi-
nis ⁊ leticie glīe: quā ipi perdiderūt pro-
pter peccatum. Jdeo nō poteſt tolerare :
immo fugit et recedit. Et hoc ſit quātum
ad ſecundum.

¶ Tertio dixi q2 diligimꝰ aliquē ex eo q2
eſt delectabilis ſua cognitio. Rō eſt.dicit
Ariſtot.viij.ethicoꝝ. ꝙ viſio corꝑalis eſt
ꝑncipiū amoris ſenſitiui.iō qñ videmus
aliquā rem pulchrā ⁊ nobis gratā:eā dili
gimꝰ et deſideramus. Et iō videndo ⁊ ha
bēdo delectamur ꝙ laborando ⁊ vincula
ſuſtinēdo nō ſentimus : q2 ille q̄ amat nō
laborat. Vñ dicit Ouidiꝰ. Dura pati qui
neſcit amās:nō nouit amare. Aſꝑa queꝗ̄
facit dulcia dulcis amor. De h̄ ponit exē-
plum btūs Hierony. qd̄ etiā narrat Va-
leriꝰ lib.ij.c.j.ꝙ apud indos eſt cōſuetu-
do habere plures vxores:⁊ viro defuncto
vxores adinuicē certant q̄ eum plus dile
xerit:⁊ q̄ fuit plus dilecta:quo terminato
illa q̄ plus eū dilexerit:ornat ſe melioribꝰ
ornamētis. Et q2 cōburunt̄ corpora mor-
tuoꝝ:vxor volūtarie cū eo comburit̄ in ſi
gnū dilectionis. Jō dicit ſeneca in ꝓuer-
bijs. Nihil eſt qd̄ nō toleret qui perfecte
diligit. Exemplū ad ꝓpoſitū approbādū
habemus in ſacra ſcriptura Gen.xxix.vbi
legitur ꝙ cū iacob vidit rachel filiam la-
ban auūculi ſui : que vt dicit textus erat
decora facie ⁊ venuſta aſpectu:quam dili
gens iacob ait auunculo ſuo. Tibi ꝓ ra-
chel ſeptē annis ſeruiā. et videbātur illi
dies pauci pre amoris magnitudine. Ap
paret igit̄ tertia clauſula ⁊ per conſequēs
tota regula preaſſumpta. Modo ꝑdicta
noſtro propoſito applicando reperio ꝙ
deus eſt.

De nr̄a affinitate:et pater magnum cōti-
nens valorem.
Jtem ex ſua beniuolētia cōſequimur ma
gnū commodū et honorem.
Jtem ſua noticia affert magnam delecta
tionem ⁊ dulcorem.

¶ Dixi primo ꝙ deus eſt de parētela no-
ſtra ⁊ pater magni honoris. Jta dicit a-
poſtolus ad Epheſios.iiij. Vnus deus ⁊
pater omnium.qui ſuper omnes: et per
omnia : et in omnibus nobis . Etiam
Mat.xxiij.ca.dixit xp̄s. Patrē nolite vo
care vobis ſuꝑ terram.vnus eſt eñ pater
veſter qui in celis eſt. Si igit̄ filius amat
naturaliter patrē a quo habet partē cor-
poris:quanto magis quilibet nr̄m debet
amare deum:qui corpus et aīam eius ex
nihilo fecit: vñ Auguſti. Diligendus eſt
genitor:ſed preponendus eſt creator.

¶ Dixi ſcd̄o ꝙ ex ſua beniuolētia ꝓuenit
nobis magna vtilitas.q2 dicit apoſtolus
ad Rom̄.viij. Scimus qm̄ diligentibus
deum oīa cooperant̄ in bonum. Propter
qd̄ Bernar.ad fratres de mōte dei ita lo-
quitur. Felix ille amor vnde naſcitur ſtre-
nuitas morū:ſubtilitas intellectuum:pu
ritas affectionū:ſctītas deſiderioꝝ:ope-
rum claritas:meritorum dignitas:⁊ ſub-
limitas premiorum. Hec ille.

¶ Dixi tertio ꝙ ſua noticia ē magne dul-
cedinis et delectationis. Jta dicit btūs
Bernar. Si tanta inuenitur delectatio in
portiuncula creature : quanta inuenitur
in creatore. hec ille. et Auguſt. Quicquid
preter ipſum eſt : nihil eſt. Vnde recte ſi-
cut ſapor mellis quādo guſtat̄ tollit om-
nem alium ſaporem:ita amor diuinꝰ oēm
alium amorē cōtēnit. pſ̄. cxliiij. Suauis
eſt dominꝰ vniuerſis. Ex antedictis igit̄
formetur ratio ex maiori et minori et con
cludatur ſic thema. Jgitur debemus te-
nere conſilium euangeliſte nobis dicen-
tis. Diliges dñm deum tuum. Jn quibus
verbis tria nobis vtilia oſtēdit et demon
ſtrat euangeliſta.

Primo quod ſit ſeruitium gratioſum ad
qd̄ oēs obligamur. diliges.
Scd̄o quis ſit ille dñs ita potens cui om
nes ſubiugamur. dñm.
Tertio que ſit ratio propter quā ad illud
oēs inclinamur, q2 deum tuū.

Prima pars.

¶ Quātū ad primū ſciē
dum/ꝙ oēs tenemur ⁊ obligamur ad deū
diligendum propter duo. ſcilicet propter
opus creationis:et gubernationis.

¶ Primo debemꝰ ⁊ tenemur diligere deū:
quia ipſe nos creauit. Jpſe enim propter
benignitatem ſuam ſolam ⁊ non propter
merita noſtra/ nos creauit et fecit perfe-
ctiores et excellentiores poſt angelos : ꝙ̄
ſint alie creature. quia ad imaginem ⁊ ſi-
militudinem ſuā nos fecit. Vnde iſta om
nia debent nos inclinare ad ipſum dili-
gendum. Jdeo Eccli. vij. Jn tota virtu-
te tua dilige eum qui te fecit. Et ad hoc
inducit nos beatus Bernardus in quodā
ſermone ſuper cantica ita dicēs. Parum
ne (inquit) tibi videt̄ hoc: cogita qualē
te fecit. nempe ſm̄ corpus egregiam crea
turā. ſm̄ aīam magis imaginē creatoris
inſignē:rationis participem : beatitudi-
nis eterne capacē. hec ille. Jſta cognoſce
bat ille de quo narrat Caſſiodor. ꝙ duo
heremite ſeruiētes deo ſe mutuo dilige-
bant et ꝯe. Vni illoꝝ denunciatum fuit
per diabolū qui in ſimilitudine boni an-
geli ſibi apparuit: ꝙ alius ſociꝰ ſuus non
poterat ſaluari. Tūc ille vocauit alium ⁊
dixit ei. Amice doleo ſupra modū : q2 de-
nunciatū eſt mihi ꝙ tu debes damnari.
Cui alius rñdit. Frater nō doleas. Nam
ſemper deū dilexi. et nihilominus ſi ve-
lit me ſaluare vel dānare : nunꝗ̄ propter
hoc dimittā quin euꝫ ſemper diligā toto
corde. Alius aūt hoc audiens fuit aliquā
tulū conſolatꝰ: ⁊ orauit deū pro eo inſtā-
tiſſime: vt deus mitteret ſibi angelū ſuū.
Quo viſo: ait ſibi angelus. Quia rogaſti
pro iſto: gloria in celo tibi duplicabitur.
Et quia ipſe tibi ſic reſpondit: plus eſt lu
tētia: nec ī ſciētia: ſed ī mīa. vn̄ Aug. ſup
illo ꝟbo. Eſtote miſeri. ſic et pr̄ vr̄ ⁊c. dic̄.
Inueniſti patrē imitare patrē. ſi eū imi-
tari nō vis exheredari diſponis. hec ille.
et hec quātū ad ſcd̄ꝫ. Tertia ps ſic pōt de
clarari. ꝙ. ſ. ppter nr̄a demerita īdigem⁹
mult̄. De⁹ em̄ ſcit ꝙ nos mult̄ īdigem⁹.
Primo veſtib⁹ ne frigore moriamur. iō le
git̄ Gen̄. iij. ꝙ fecit dn̄s de⁹ ade et vxori
ſue tunicas pelliceas ⁊ īduit eos. Scd̄o
īdigem⁹ cibo ⁊ potu: qꝛ al'r viuere nō poſ
ſem⁹. iō Gen̄. ij. dr̄ ꝙ cū de⁹ hoīeꝫ poſuiſſꝫ
ī paradiſuꝫ voluptat̄: dixit ei. Ex oī ligno
paradiſi comede. Et ꝙuis his īdigeam⁹:
tn̄ de acq̄ſitiōe taliū non debem⁹ ſolliciti
eſſe. Nā dicit Hiero. ī home. hodi. Labor

exercendus eſt: ſollicitudo autē tollenda. Et hoc eſt qđ dicebat etiā xp̄s Luc. xij. et declarat dicēs. Nolite ſolliciti eſſe aīe veſtre q̇d mãducetis: neqȝ corpori veſtro q̇d induamini. Aīa plus eſt ꝙ̄ eſca: et corpus plus ꝙ̄ veſtimētū. Cōſiderate coruos: q̄ nō ſeminãt neqȝ metūt: q̇bus nō eſt cellariū neqȝ horreū: ⁊ deus paſcit illos. Cōſiderate lilia agri quō creſcūt. nō laborant neqȝ nēt. Dico aūt vobis q̄ neqȝ ſalomō in oī gl'ia ſua veſtiebat̃ ſicut vnū ex iſtis. Si aūt fenū qđ hodie eſt in agro: et cras in clibanū mittitur: deus ſic veſtit ⁊c. Pater aūt veſter ſcit q̄ his oībus indigetis. Et hoc exponens Bern. ſic di. His indigetis: nō t̄n in his finis eſt ponēdus: ſȝ in regno dei. Et hec quantū ad tertiū: ⁊ ꝑ conſequēs apparet totū antecedens declaratū. Ad concludendū igit̃ nr̄m thema reſumat̃ p̄dicta cōſequētia. igit̃ pr̄ veſter hȝ ꝑfectā cognitionē ꝙ oībus his indigetis. ſunt verba thematis. ¶ In quibꝰ duo tãguntur.

Primo ꝙ deus claram habet certitudinē oīm que poſſent dici/fieri et contingere ſeu euenire. ſcit pater veſter.

Scđo ꝙ ꝓpterea ne homo decipiat̃: pluribus indiget: que ipſum ſciãt inſtruere ſeu erudire. oībus his indigetis.

Prima pars.

¶ Circa primū eſt ſciendū/ ꝙ cū deꝰ oēs creaturas ordinet ad ſuum finē: probari pōt ꝙ ꝓpriā cognitionē hȝ de oībus rebus: al's illas nō poſſet ad ſuos fines ordinare: niſi cognoſceret naturā de ipſis: iō oēs creaturas ip̄e cognoſcit ⁊ cauſas earū. Et hoc eſt qđ dicit Diony. vij. de diuinis noībus in hec v̄ba. Si ſm vnā cauſam deus oībus exiſtentibus eſſe tribuit: ſm eādē cauſam ſcit oīa. ⁊ ad Heb. iiij. Nō eſt vlla creatura īuiſibilis in cōſpectu eiꝰ. Et cū oīa tā preterita ꝙ̄ preſentia necnon et futura ipſe cognoſcit: quare ſcit oēs q̇ debēt ſaluari: ⁊ q̇ debent dānari. ¶ Sed ſunt circa dei preſciētiam quidā preſumptuoſi ⁊ curioſi qui duo maxime inquirere conſueuerūt. Unū quia cū ſcientia dei falli nō poſſit: ſi preſcit aliquē dānandū: opȝ eū dānari: ⁊ ideo nihil prodeſt agere bonum: ⁊ nihil obeſt facere malum. Scđm eſt quare deus creat vel naſci permittit quos ſcit eſſe damnãdos? ¶ Ad iſta aūt tribus modis reſpōderi pōt. Primus modus eſt noſtrā inſufficientiā profitendo. dicit enim philoſophus ꝙ intellectus noſter ſe hȝ ad manifeſtiſſima nature ſicut oculus noctue ad ſolē. ſi igit̃ intellectus noſter nō ſufficit cognoſcere manifeſta nature create: quō poterit intelligere occulta ſcientie diuine. Unde narrat Tullius in lib. de natura deorum: ꝙ quidam rex queſiuit a quodā pħo quid eſſet deus. et pħs ad reſpondēdum terminum poſtulauit. cui rex ſpacium trium dierum dedit. quo completo iterum terminū petiuit. et trium dierum adhuc terminum accepit. illo expleto adhuc maiorem terminum requiſiuit. cui rex. Video ꝙ me diludis. et ille. non facio domine: ſed deus eſt tam immenſus ꝙ̄ quanto de eo plus cogito: tanto plus in eo deficio: et quid dicam non inuenio. Secundus modus reſpondēdi eſt queſtionem queſtionibus refellendo. ⁊ iſtum modum traditum habemus a dño Mat. xxj. qui ait principibus ſacerdotum et ſenioribus in qua poteſtate faceret tot miracula interrogantibus. quibus ieſus reſpondit et dixit eis. Interrogabo vos et ego vnum ſermonem: quē ſi dixeritis mihi: et ego dicā vobis in qua poteſtate hec facio. Baptiſmus iohannis vñ erat: e celo an ex hoībus? Et q̄ noluerunt ei reſpondere: nec ſciuerunt: ait illis et ipſe. Nec ego dico vobis in qua poteſtate hec facio. Talibus igitur curioſis pro queſtionibus queſtio eſt reddēda: vt dum nō poſſunt r̄ndere ad minima manifeſta: deſinãt inueſtigare profunda. De his aūt minimis et manifeſtis aliqua exēpli gratia proponamus que Aug. in li. xxj. de ciuitate dei. c. iiij. ⁊. v. adducit. Primo q̄rit cū tria ſint lucidiſſima. ſ. oleū/argentū/⁊ ignis: et nihil habeant in ſe nigredinis: ⁊ cū nihil det qđ nō habet: q̇d eſt ꝙ oleū lucidum maculas nigras effundit. argentū candidū lineas nigras tingit. et ignis fulgidus ligna et paleas nigras facit: ⁊ omnia que lambit teterrima reddit. Secūdo querit. quid eſt ꝙ palee tante ſunt caliditatis: ꝙ poma cruda et immatura maturant: et tante frigiditatis ꝙ niues in media eſtate conſeruant ne fluant: cum tamen calidum et frigidum ſint omnino cōtraria: et duo contraria in eodem ſubiecto eſſe non poſſunt. Tertio querit de

quadā ficu egyptiaca: que ſi ponatur in aqua mox fundū petit: ibiqȝ madefacta ⁊ aqua repleta ad ſuperficiem redit: et ibi conſiſtit. Quarto querit de calce in qua ignis latens continetur: ⁊ cū naturaliter aqua ignē extinguat: et oleū nutriat: t̄n ſi quis aquā in calcē effundat: mox ignis latens feruere incipit: ⁊ ſi oleū adhibeat mox illū ignē extinguit. Quīto querit de adamante: que nullo ferro frangit̃. nullo cōſumitur igne: et cum hircino ſanguine frangi perhibet̃. Dicitur etiam ꝙ ī ethiopia eſt quedā calamita: q̄ ferrū non attrahit ſed repellit: ⁊ quedā alia q̄ in vno angulo ferrum attrahit: ⁊ in alio repellit. Sexto querit de duobus fontibus: quoꝝ vnus eſt in egypto ī quo faces extinguūtur accenſe et reaccendūtur extincte. Aliꝰ eſt apud garamantes qui in nocte eſt tã calidus vt non tangatur: ⁊ in die eſt tam frigidus vt nō bibatur. Igit̃ ſi homines curioſi iſtoꝝ ⁊ ſimilium neſciunt rationē reddere: deſinant celeſtia indagare. Tertius modus reſpōdendi/eſt rationibus ⁊ exēplis rationem aſtruendo. Primū igit̃ ꝙ diuina preſcientia nulli neceſſitatem inferat: oſtendit Boetius in. v. de conſolatione ratione et exēplo. Ratio eius eſt: qm̄ deus preſcit quedā futura de neceſſitate vt ſolē oriri. et quedā ex libera volūtate ſicut hunc currere vel aliquid opari. ⁊ ideo ſol neceſſario oritur q̄ deus ſic preſciuit et ordinauit. ⁊ homo volūtarie operatur q̄ deus ſic inſtituit ⁊ preſciuit. Illa ergo que ſunt a cauſa naturaliter operante: ventura ſunt. ſ. neceſſitate vel neceſſario. que v̄o a cauſa libere operante: vētura ſunt libere. q̄ deus ſic venire inſtituit et preſciuit. Exemplū tale ponit Boetius alicubi ſit aliquis terminus in quo ſit hō paratus ad ambulandū. alius aūt homo ſit ibi ſuper altam turrim p̄ſcius futuroꝝ q̇ moneat eum ne per viā ſiniſtrā incedat et ille contēnens ſiniſtram teneat et in latrones incidat: non fuit culpa ſpeculatoris q̄ hec preſciuit ⁊ maxime quia admonuit eū: ſed illius q̇ contēpſit. Poteſt ḡ dici ꝙ via dextera eſt penitentia que ducit ad celū. via ſiniſtra eſt pctm̄ qđ ducit ad tartarū. via media eſt pnīa impfectorum que ducit ad purgatoriū. Deus ergo ſcit quā viā quilibet eſt facturus: ⁊ monet ne per viam ſiniſtrā incedat; ſed aut ꝑ dexteram aut ſaltem per mediā vadat. ſi quis viam peccati eligit: et ad tartaꝝ deſcēdit non deo videnti et admonēti: ſed ſibi contēnenti imputari debet. Quia etiā dicit Auguſti. in lib. de p̄deſtinatione ſanctorum: ꝙ p̄deſtinatio dei multis eſt cauſa ſtandi: nemini eſt cā labēdi. Aliud exēplū eſt tale quare vulneratus medicinas req̄rit cum deus ſciat qñ eſt moriturus. ⁊ q̄re agricola terrā ſeminat: et vineam colit ex quo deus ſcit quos fructꝰ dȝ producere. Sed ſi vulneratus medicinam contēnit: mortē incurrit. ſi agricola terrā vel vineā non colit: fructus ſteriles habebit: quia deus ſcit futurū eſſe: ⁊ inſtituit ⁊ preſciuit ¶ Ad ſcđm quare ſcȝ deus creat vel naſci ꝑmittit: quos dānandos eſſe cognoſcit. Rñdet ipſe apl's ad Rom. ix. An non hȝ poteſtatem figulus luti ex eadē maſſa facere aliud quidē vas in honorē: aliud v̄o in contumeliā? Ubi dicit Augu. Ideo nō vtrumqȝ in honorē: ne hoc meruiſſe ſe exiſtimet. et non vtrūqȝ in contumeliam: vt iudicium mīa ſuperexaltet: ac per hoc ne dānatus ex debito de ſupplicio iuſte conqueratur: nec liberatus gratis de merito glorief̃. Auguſt. autem in enchiridion ad iſtā queſtionē reſpondet: dicens ꝙ deꝰ cū ſit ſumme bonus: non ſineret aliqđ malū eſſe in opibus ſuis: niſi adeo eſſet op̄s ꝙ de malis poſſet bona elicere. Quattuor igitur bona maxima de malis hominibꝰ deus elicit. Primo q̄ ex hoc boni meliores apparēt. ſicut et albū iuxta nigrū magis relucet. Aug. in enchiridiō. Illud qđ malū dr̄ bene ordinatū: ⁊ ſuo loco poſitū eminētiꝰ cōmendat bonū: vt magis placeant et laudabiliora fiant dū cōparant̃ malis. hec ille. Scđo q̄ ex hoc dei iuſticia cōmendat̃: cū vniuerſe vie dñi ſint miſericordia et veritas. ſi oēs ex mīa ſaluaret: non appareret eius iuſticia. et ſi om̄s ex iuſticia dānaret: non appareret eius mīa. velut ſi iudex oībus parceret: nō appareret iuſtꝰ. ⁊ ſi nulli vnꝗ̄ parceret: nō appareret pius. Tertio q̄ per malos boni exercentur: et maior eis corona preparatur. Si enim iudei mali non fuiſſent: nec chriſtus fuiſſet occiſus. ⁊ ſic homo nō fuiſſet redemptus: nec ſtephanus lapidatus: nec aliquis ſanctus per martyrium coronatus. Hec ſatis prolixe deducit origenes ſuper illud Numeri. xxij. Stetit an

gelus dn̄i in via cōtra balaā. dicit em̄ ſic.
Prouidentia dei omnia ita diſpoſuit: ꝙ
nihil ocioſum remanſit. maliciā nō fecit:
ſed inuentā ab alijs: cū prohibere poſſet:
nō ꝓhibuit. Si em̄ malicia nō eſſet: vir-
tus ꝯriū nō haberet: nec clareſceret. Tol
le maliciā fratrū ioſeph: ⁊ inuidiā ſimul
perimes. dei diſpēſationē: et q̄ in egypto
ꝓ ſalute oīm geſta ſunt. Si ioſeph nō vē
deret: ſomniū pharaonis non exponeret
nemo in egypto frumēta cōgregabit. egy
ptus peribit: ⁊ tunc ipſe iſrael et ſemē eiꝰ
querens panē: egyptū non ingredit: nec
in mirabilibꝰ dei egredit: nec fient virtu
tes quas fecit per moyſen et aaron. nemo
mare rubrū ſicco veſtigio trāſibit. nō da-
bitur manna: nec aqua de petra: nec lex ī
monte ſina. nullus in terra promiſſionis
intrabit. Tolle regis balac maliciā: nū̄ꝙ
erunt ꝓphie balaā. Aufer maliciam iude
et proditionem: auferes pariter et crucez
xp̄i et paſſionem. ſi non fuiſſet mors xp̄i:
nec fuiſſet reſurrectio eiuſdē: nec ſpes re-
ſurrectionis. Tolle aſtutias diaboli: et
non erit corona victorie legitime certāti.
ſi deſint obſiſtentes nō erūt agones. Nō
ſolum ergo bonis vtitur deus ad bonum
opus: ſed etiā malis. nā ſunt vaſa ad ho-
norē: et ſunt vaſa ad cōtumeliā: ⁊ vtraꝗ
neceſſaria. hec ille. Quarto quia de ma-
lis ſepe ſunt multi generati boni ⁊ ſancti
ſicut de eſau malo natꝰ eſt ſctūs Job. de
achaz malo ezechias bonus. de hereticis
petrus martyr egregius. ex ſpinis em̄ na
ſcitur roſa: ſed ſi ſpina penitus preſcinde
retur: nulla roſa naſceretur. ſeruat igitur
deus ſpinas: vt inde electas accipiat ro-
ſas. Et hec quantū ad primū.

Secūda pars.

Quātū ad ſecundum

dico ꝙ ꝓpterea ne homo decipiatur mul
tis indiget q̄ ipꝫ ⁊c. vt pro huiꝰ concordā
tia accedat illud ad hebre. v. cap̄. Rurſuz
indigetis vt vos doceamini. ſ. ea ſciētia ⁊
addiſcendo que vobis captent hic diui-
nam gratiam: et in futuro eius gloriam:
quam nobis ⁊c.

Dominica. xv. poſt feſtum trini-
tatis. Sermo. iij.

Querite primum

regnū dei. Mat. vj. Sicut
ſacra ꝓteſtatur ſcriptura:
Regnū dei gratis promit-
titur.
Juſto precio emitur.
Ante oīa queritur.

Primo Regnū dei ⁊c. de qua ꝓmiſſiōe
Luce. xij. Nolite timere puſillus grex. qꝛ
cōplacuit p̄ri veſtro dare vobis regnum.
Sed quibꝰ cōplacuit finaliter dare? Re-
ſpondeo ꝙ
Primo vere et non ficte humilibus.
Secundo mīam facientibus.
Tertio auariciā odientibus.
Quarto charitatē ſeruantibus.
Quinto patientiam in tribulatione ha-
bentibus.

Primo humilibus. Mat. xviij. Niſi cō-
uerſi fueritis et efficiamini ſicut paruuli
nō intrabitis in regnū celoꝝ. Ergo ſuꝑbi
nō intrabūt. quare? qꝛ in regno celoꝝ eſt
ſumma obediētia: ſumma concordia: ma-
gna ſufficiētia. et ſuꝑbi nō intrabunt: qꝛ
deo ſunt inobediētes. Propter primū ſu
perbi ſunt inſatiabiles: qm̄ ſuꝑbia eorū
aſcendit ſemꝑ. ſuperbi adinuicē litigātes
quia inter ſuperbos ſemꝑ ſunt iurgia.
Secūdo regnū dei ꝓmittit mīaz faciē-
tibus: qm̄ miſericordes opera mīe implē
tes inuitabunt valde liberalr. Mat. xxv.
Venite benedicti patris mei: poſſide-
te paratū vobis regnū a conſtitutiōe mū̄
di. et ibidem recitantur oꝑa mīe. vn̄ Pe-
trus damaſcen̄. ſuper autoritate allegata
de miſericordibus loquit in hunc modū.
In regno celoꝝ corā oībꝰ angelis: ⁊ corā
conſpectu reſurgētiū: ꝙ abel paſſus ſit:
ꝙ mundū noe ſaluauit: ꝙ fidē ſeruauit
abraā: ꝙ moyſes legē tulit: ꝙ petrꝰ crucē
aſcēdit tacet: ſed q̄d pauꝑ comedit nō ta
cet: di. Eſuriui ⁊ dediſtis mihi mādūcare
Tertio regnū dei promittit auariciam
odientibus. ſcriptū eſt Mat. v. Btī pau-
peres ſpiritu: qm̄ ipſorum eſt regnum ce-
lorum. Nunquid nauis exonerata citius
vehitur: et venit ad portum? Nunquid
ſcriptū eſt: qui diuitias habēt difficile re-
gnum dei intrabūt. Matth. xix. Mar. x.
⁊ Luce. xviij. Quarto ꝓmittitur regnū
dei charitatē ſeruantibus. Jaco. ij. Nōne

deus elegit pauperes in hoc mūdo diui-
tes in fide: et heredes regni quod repro-
miſit deus diligentibus ſe? Jtē ꝓmit-
titur patientiā in tribulatione habenti-
bus. iuxta illud. Per multas tribulatio-
nes opꝫ nos ītrare ī regnū dei. Act. xiiij.
Secundo principaliter regnuz dei emi
tur ⁊c. quibus monetis? Rn̄det Auguſt.
Pauꝑtate (inq̄t) emit regnū: labore re-
quies: dolore gaudiū: ignominia gloria:
morte vita. Et idē de ſpiritu et aīa. Ecce
venale eſt regnū dei: emere ſi vis, tātum
valet quantū habes. emit vidua duobus
minutis tantū: quantū petrus oīa relin-
quens: quantū emit zacheus dādo dimi-
dium patrimonij. Regnum dei tantū va
let quantum habes.
Tertio prīcipaliter regnū dei queritur
ꝓpter eius eternitatē: ſpecioſitatē: forti-
tudinē: precioſitatē: et tranquillitatem. ⁊
hoc dicūt verba thematis. Querite p̄mū
regnū dei. Vbi tria oſtendūtur.
Primo actus cū diligentia. querite.
Scd̄o modus cū aduertentia. primū.
Tertio finis cum mercede et glīa. regnū.

Prima pars.

Quātū ad primū ſciē-

dum ꝙ in inueſtigatione regni dei debet
Primo tempus. (aduerti
Secundo modus.
Tertio locus.
Quarto fructus.
Primo tēpus. et ſi loquamur de tempo
re querendi regnū dei: videlꝫ quo tꝑe eſt
querendū? Rn̄det ꝙ querēdū eſt de die:
non de nocte: tēpore preſenti: nō futuro.
Querendū eſt de die. Cant. iij. Per noctē
q̄ſiui quē diligit aīa mea. Queſiui et non
inueni. Per noctē intelligitur pctm̄. Job
iij. Pereat nox in qua dictū eſt: cōceptus
eſt homo. Querere regnuz dei in mortali
peccato / nō eſt tēpus aptum ad q̄rendū.
qm̄ in tali nocte. i. in tali tempore / nū̄ꝙ
inuenitur. ideo dr̄. Queſiui et nō inueni.
Sed in die querēdū eſt: ideo per diē intel
ligitur gr̄a. ergo tēpore gr̄e querit et inue
nitur. iō ſcribit paululū poſt in Cantic.
Cum ꝑtranſiſſet pctm̄: inueni quē diligit
aīa mea. Vel ꝑ noctē pōt intelligi mors:
in qua eſt grādis obſcuritas ſicut ī nocte
et ꝑ diē intelligit vita pn̄s. Ergo in vita
querendū eſt regnū dei: nō in morte. Vn̄
dānati qui ſemꝑ ſunt ī nocte. i. in morte /
q̄rent mortē et nō inuenient eā. deſidera
būt mori: et mors fugiet ab eis. Apoc. ix.
Jtē q̄rendū eſt regnū dei tꝑe pn̄ti: non in
futuro. nā mō clamat ad oſtiū: modo tē-
pus miſerendi. tunc tempus puniendi ſi-
ue premiādi. Nūc petite ⁊ accipietis. q̄ri
te et inuenietis: pulſate ⁊ aperiet vobis.
Matthei. vij. Luc. xj. et Johan. xvj.
Scd̄o principaliter requiritur modus
querendi. vt videlꝫ
Primo lingua feſtinet ad interrogandū.
Scd̄o oculi eleuent ad intuendum.
Tertio pes dirigat ad ambulandū.
Quarto virtus iuuetur ad perſeuerādū.
Sic querēdo regnū finaliter inueniet et
ꝑmiū: ſi lingua feſtinet ad interrogandū:
ſicut ioſeph fuit interrogatꝰ quid q̄rebat?
Rn̄dit fratres meos q̄ro. et finaliter īue-
nit eos. Gen̄. xxxvij. Sic inueniūt regnū
dei deuote orātes. Querite pacē ciuitat
ad quā trāſmigrare vos feci: ⁊ orate ꝓ ea
ad dn̄z. Hiere. xxix. Jſta ciuitas eſt regnū
dei: vbi eſt pax. ⁊ orādo q̄rit et inuenitur.
Eccl'i. vlti. Queſiui ſapiētiā palā ī orōne.
Scd̄us modus q̄rendi q̄tenꝰ eleuētur
oculi ad intuendū. Per hoc intelligit ꝙ
in q̄rendo regnū dei / dꝫ eſſe intētio recta
Sap. j. Jn ſimplicitate cordis q̄rēdū eſt
regnū dei. h̊ eſt bona ⁊ recta ītētiōe. mat.
vj. ⁊ Luc. xj. ſcriptū ē. Si oculꝰ tuꝰ fuerit
ſimplex: totū corpꝰ tuū lucidū erit. Que
v̄ba exponēs. b. Aug. loquit ꝑ hūc modū
Oculꝰ dr̄ intentio qua q̄s in oꝑe ſuo ſinē
q̄rit et intuet. Per corpꝰ v̄o tota conge-
ries operū intelligit. Cū autē oculus eſt
ſimplex: tūc eſt ītētio recta: qn̄ ſolū ī deū
et nō in aliud dirigit. et qn̄ ſic eſt: tūc to-
ta cōgeries operū v̄ture iuſticie corā deo
reſplēdet. Tertiꝰ modus q̄rendi regnū
dei / eſt ꝙ pes dirigat ⁊c. Hoc fit ꝑ ardētē
dilectionē. nā amor traxit btām magda.
ad q̄rendū dilectū ſuū xp̄m. cui fuit dictū
Mulier q̄d ploras: quē queris? Joh. xx.
Siquidē ipſa igne charitat accēſa: arde
bat deſiderio ipm̄ inueniendi. Mō ſimili
alie marie ſicut maria iacobi / ⁊ ſalome:
q̄bꝰ fuit dictū ꝑ angelū. Jeſuz q̄rit cruci
fixū. Matth. vlti. Marci. xvj. ⁊ Luc. xx.
Quartus modus q̄rendi regnū dei / ꝙ
aſſit virtus continuandi. et ꝑ hoc intelli
git virtꝰ ꝑſeuerātie: q̄ req̄rit ad īueniēdū
regnū dei. ī pſ. ciiij. Querite dn̄z et ꝯfir-

q̄uerite faciē eius ſemper. Bern̄. ſuper cā tica ſermo.xxiiij. Si nolumus fruſtra q̄re re dn̄m: queramus veraciter: queramꝰ fre quēter: queramus perſeuerāter: ⁊ nō que ramus pro illo: nec cū illo aliud: ſ; nec ab illo ad aliud cōuertamur. facilius eſt em̄ celū ⁊ terrā trāſire: q̄ vt ſic querens nō in ueniat: ſic petens nō accipiat: ſic pulſanti non aperiat. Sunt etiam alij modi que rendi: vtpote

Primo queramus ſapienter.
Secundo queramus diligenter.
Tertio queramus dolenter.

¶ Primo queramus ſapiēter cū regibus: qui ſtella duce queſierūt ⁊ inuenerūt pue rum cū maria matre eius. Mat.ij. In ta li inquiſitione debet ſemp̄ precedere ſtel la maria maris. Unde Bern̄. ſuper miſſus eſt. homel.iiij. ſic inquit. Inſurgūt vēti tē rationū reſpice ſtellā: inuoca mariā: ipſam rogans: nō deſperes: ipſam ſequens non devies: ipſa tenēte nō corruis: ipſa prote gēte nō metuis: ipſa duce nō fatigaris: ip ſa ꝓpitia peruenis. ¶ Scđo queramus di ligēter cum muliere que habet drachmas decē: que ſi perdiderit vnā: nōne accendit lucernā ⁊ querit diligēter donec inueniat. Luc.xv. Iſta eſt pſona ad modū mulieris grata deo: deuota: ⁊ pia: que habet drach mas decē: que ſunt decē precepta: vel de cem virtutes: que ſi perdiderit vnā magis precioſam. ſ. charitatē/ nōne querit eā di ligenter donec inueniat. Et in modo que rendi nota: qm̄ accēdit lucernā. hoc eſt ra tionē que aīe dr̄ eſſe lucerna: que tūc accē ditur: qn̄ ſenſualitas extinguit: ⁊ ratio in hoīe dn̄atur. Euertit domū. i. cōſciētiam: que tūc euertit: qn̄ de pctīs per verā peni tentiā et cōfeſſionē diligēter examinat: ⁊ ſic querit diligēter donec inueniat. ¶ Ter tio queramus dolēter cū maria et ioſeph: qui dolēter queſierūt xp̄m duodēnū. Luc. ij. et poſt triduū inuenerūt eū. et nos do lētes de pctīs poſt cōtritionem/ confeſſio nem/ et ſatiſfactionē inueniemus eum.

¶ Tertio principaliter in querendo conſi deratur locus: cauēdo maxime vt nō que ratur aliquo modo.

Primo in lecto carnalis delectationis.
Scđo in turba parētalis cognationis.
Tertio ī monumēto hereticalis opiniōis
Quarto in terra tp̄alis poſſeſſionis.

¶ Primo nō queratur in lecto ⁊c̄. vbi ſpō ſa querebat ſpōſum nec inuenit. Can̄.iij. In lectulo meo per noctē queſiui quē di ligit aīa mea. queſiui illum: et nō inueni. In tali loco querunt lubrici luxurioſi feti di: nec inueniūt. Itē nō inuenitur in loco parētalis cognatiōis: ſicut queſierūt ma ria et ioſeph inter cognatos ieſum xp̄m: nec inuenerūt eū ibi. in quo loco querūt eū frequenter ſuperbi in pompa mūdi: in comitatu dignitatis: a qua pompa et di gnitate frequēter originatur ſuperbia. de talibus ſuperbis loquitur ꝓpheta dauid pſ̄.iiij. di. Ut quid diligitis vanitatem: et queritis mendaciū. Itē nō inuenit in mo numēto: vbi mulieres nō inuenerūt eum querentes: vbi querunt eū infideles/ ſara ceni/ iudei/ ſciſmatici: quibꝰ loquebat ſal uator in euāgelio. Queretis me ⁊ nō inue nietis. et vbi ego ſum vos nō poteſtis ve nire. Ioh̄.vij. Itē nō inuenietur in terra ⁊c̄. vbi querūt eū terreni: cupidi: auari: te naces. Iſti querūt que ſua ſunt: non que ieſu xp̄i. iō apl's monebat conuerſos ad fi dem. Coloſ.iij. Que ſurſum ſunt querite: vbi xp̄s eſt in dextera dei ſedens. que ſur ſum ſunt ſapite: nō que ſuper terrā. Ergo regnū dei vbi dz q̄ri: ⁊ ī quo loco? Rn̄det

Primo in preſepio humilitatis.
Secundo in gremio virginitatis.
Tertio in templo orationis.
Quarto in alto contemplationis.

¶ Primo in preſepio humilitatis inuene runt paſtores. locus humilis: perſona hu milis. qm̄ ſic inuenerūt paſtores. Cur pa ſtoribus angeli apparuerunt magis q̄ re gibus: aut templi ſacerdotibus? certe pro pter humilitatē. ¶ Scđo querēdū in gre mio ⁊c̄. Ambro. in lib. de officijs. Tāta vir ginitatis gratia que meruit a xp̄o eligi vt eſſet corporale dei tēplū: in quo corporali ter habitauit plenitudo diuinitatis: Virgo genuit mūdo ſaluatorē: virgo peperit vi tam vniuerſo mundo. ¶ Itē inuenit in tē plo deuote orationis: et in ſchola doctri nalis eruditionis: vbi inuenit xp̄m mater eius ſedentem in tēplo in medio doctoꝝ. Luc.ij. ¶ Itē inuenit in alto ſancte cōtē plationis. Coloſ.iij. Si conſurrexiſtis cū xp̄o: que ſurſum ſunt querite: vbi xp̄s eſt ī dextera dei ſedēs. que ſurſum ſunt ſapite: non que ſuper terrā. Ubi querendū eſt re gnū dei oportebat inuenire. Anſelmus in quadā oratione ad filium dei cū dicebat.

Heu mihi dn̄e receſſiſti a me cōfortator vi te mee: nec valedixiſti (al's dediſti) mihi ingrediēs vias tuas: benedixiſti tuis: nec affui. eleuatis manibus a nube ſuſceptus es: nec vidi. angeli ꝓmiſerūt te venturū ⁊ rediturum: nec audiui. quid faciā? quo va dam? vbi te queram? vbi vel quando inue niam? quem rogabo ⁊c̄.

¶ Quarto principaliter et vltimo conſide ratur iſtius inquiſitionis fructus. Quera mus regnum dei ſicut infirmus

Primo propter adiutorium.
Secundo propter beneficium.
Tertio propter ſpei remedium.
Quarto propter premium.

¶ Primo ꝓpter adiutoriū q̄rit medicū. ⁊ obſeſſus q̄rit amicū. propterea turba q̄re bat tāgere xp̄m: q; virtꝰ de illo exibat. Lu ce.vj. Scđo ꝓpter beneficiū: qm̄ talis ſic querēs accipit bn̄dictionē a dn̄o. qm̄ hec gn̄atio querētiū deū. Itē queramꝰ ꝓpter ſpei remediū ⁊ refugiū. pſ̄.ix. Sperent in te q̄ nouerūt nomen tuū: qm̄ nō dereliq̄ſti querentes te dn̄e. Itē queramꝰ regnū dei ꝓpter premiū: leticiā: et gaudiū/ iuxta di ctū ꝓphete pſ̄.lxix. Exultent et letētur in te oēs q̄ querūt te. Cuius gaudij ⁊c̄.

¶ Dn̄ica.xvj. poſt feſtū trinitatis. Ser.j.

HUius rei gratia flecto genua mea ad patrē. Epheſ.iij.cap.

Pro nutrimento ⁊ ſuſtenta tione.
Pro documento et informatione.
Pro iuuamento in tribulatione.

Humiliter currit filius ad patrem dictan te hominis ratione.

¶ Primo ⁊ p̄ncipaliter ⁊c̄. dicit Ariſto. q̄ pr̄ tenet filio in educatione ⁊ de corpora li nutrimēto. quapropter legit Gen̄.xxvij. q̄ poſtq̄ yſaac benedixerat iacob: venit eſau clamās ad patrē quatenꝰ pr̄ daret ſi bi bn̄dictionē. Uidēs pr̄ q̄ nō poterat ne gare nutrimētū: rn̄dit. In pinguedine ter re ⁊ in rore celi deſuper erit bn̄dictio tua. Itē hoc qđ dr̄ apparet in filio ꝓdigo: qui poſtq̄ expēdit totū nutrimētū ſuū: ⁊ hoc illicite: habuit recurſum ad patrē: q̄ rece pit eū ⁊ pauit: q; ſibi negare nutrimētum non poterat. Luc.xv.

¶ Scđo principaliter introductū eſt pro documēto ⁊c̄. vn̄ teſte Ariſto. ſicut pr̄ filio de nutrimento: ita de documēto tenetur. hoc ſalomon videt aſſerere Prouer.j. vbi legit ſic. Audi fili mi diſciplinā patris tui ⁊c̄. Q̄r male accidit lucretio: q̄ habuit fili um nobilē: q̄ filiꝰ ꝓpter defectū doctrine pr̄is ſui. (⁊ q; nō correxit eū pr̄ de malis) ductus eſt ad ſuſpēdiū: ⁊ dū duceret oſcu latus eſt patrē: qui oſculando abſcidit na ſum ſibi cū dētibus dicēs: q̄ ipſe erat ſibi cauſa ſuſpēdij: cū nō docuiſſet eū: nec cor rexiſſet cū teneret. vt inq̄t Boe. li. de ſcho laſtica diſciplina. c.ij. Filij patrē neceſſe ē indulgere caſtigatiōi: magiſtrūq; diſcipu lum mores informare.

¶ Tertio p̄ncipal'r ꝓ iuuamēto ⁊c̄. In hu ius ſignū ieſus xp̄s filiꝰ dei pr̄is ī tribula tione poſitꝰ clamabat ad patrē: flexis ge nibꝰ orādo. ⁊ alibi legit. qm̄ clamabat ad patrē. Mat.xxvij. et Mar.xv. Deus meꝰ: deus meꝰ vt q̄d dereliquiſti me. Ad ꝓpoſi tū veniēdo lic; oēs hoīes cuiuſcūq; ſecte exiſtāt: ſint filij dei pr̄is ꝑ creationē: tamē xp̄iani fideles ſunt ſpūales filij ꝑ fidem et adoptionē: iuxta dictū apl'i Rom̄.viij. Ac cepiſtis ſpm̄ adoptionis filioꝝ dei: ī quo clamamꝰ abba pr̄. Et ſicut nos fideles ha bemꝰ vnū patrē in celis: qm̄ vna eſt fides: vnū baptiſma: vnꝰ deus ⁊ pr̄ oīm. Ephe. iiij. Ita etiā ſumꝰ oēs filij vnīꝰ mr̄is q̄ eſt eccl'ia. ex̄ de ſum. trini. et fide catholi. c.j. Una eſt fideliū mr̄ vniuerſalis eccl'ia. Cla mamꝰ ad iſtū patrē genibꝰ flexis ꝓpt' tria.

Primo poſtulamus ꝓtectionē fidei: que nos ſuſtētat. quoad primum.
Secundo directionem in negocio quod nos inquietat.
Tertio cōſolationem propter malū quod nos tormentat.

Prima pars.

¶ Primo ⁊c. que eſt vita nr̄a? quid eſt illud qđ ſpūaliter nos ſuſtē tat? illud eſt catholica fides. Nā ſcriptū ē Abachuc.ij. ad Heb.x. et ad Gala.iij. Iu ſtus autē ex fide viuit. Quid valeret ieiu nare: orare: elemoſynas dare: ⁊ alia bona opa facere ſine fide? Penitꝰ nihil quoad vitā ⁊ ſalutē eternā. Iſta fides eccl'ie ī grā di ꝑiculo eſt. qm̄ periclitari pōt: nō tn̄ ſub mergi. Pro iſta fide periclitāti oramus in forma qua orauit daniel vt hr̄ eiuſdē.vj.c. Ingreſſus eſt domū ſuā: ⁊ apertis feneſtris in cenaculo ſuo ꝯ hierl'm: tribꝰ tēporibus

in die flectebat genua ſua et adorabat: et
confitebať corã deo ſuo. ⁊ miſſus eſt in la
cũ leonũ ⁊c. Moraliter q̃libet nr̃m eſt da-
niel: q̃ interpretať iudiciũ dei. q̃libet cor-
rigat vitã ſuã: q̃libet cõfiteať corã deo pa
tre. q̃libet ſatiſfaciat ſi teneť. q̃libet faciat
iudiciũ de ſeipſo: poſtmodũ ingrediať do
mũ cõſciẽtie ſue. Sed q̃d cenaculũ? quid
porte cenaculi? q̃d hierl'm? Cenaculũ cor
hoĩs. ſ. q̃s in corde iniurias remiſerit: deũ
et ꝓximũ dilexerit: cõtritus corde fuerit:
bonũ cogitauerit: tũc erũt aperte feneſtre
cordis: ⁊ deus pr̃ ingredieť preſtãdo auxi
liũ. Apoc. iij. Ecce ſto ad oſtiũ ⁊ pulſo. Si
quis audierit vocẽ meã et aperuerit mihi
ianuã intrabo ad illũ: et cenabo cũ illo: et
ipſe mecũ. Trib⁹ tpibus flectam⁹ genua:
qm̃ ꝓ trib⁹ pr̃i nr̃o deuote ⁊ hũiliter ſup-
plicare debemus: que tria superi⁹ introdu
cta fuerũt. Orabimus deũ patrẽ in forma
qua ipſum Anſel. venerabilis orabat ſic.
Omnipotẽs deus: et miſericors pr̄: et bo
ne dñe/ grãs tibi ago: laudes et p̃ces offe
ro: cõuerte luctũ noſtrũ in gaudiũ: noſtrã
tribulationẽ in ꝯſolationẽ. dñe de⁹ meus
eſto adiutor meus: cuſtodi partẽ tuã: ꝑpi
tiatione ꝑpetua cuſtodi eccleſiã tuã: nẽpe
flagellis tuis fragilitas nr̃a frãgitur: vita
nr̃a in dolore ſuſpirat: intẽde voci orõnis
mee: pater de celis deus rex meus ⁊ deus
me⁹. Sed de iſta genuflexione eſt notãdũ
ꝙ genuflexiones fiunt in eccleſia multis
de cauſis.

Primo ꝓpter reuerentiã ⁊ honorem.
Scd̃o ꝓpter precũ efficaciã et valorem.
Tertio ꝓpter deuotionis feruorem.
Quarto ꝓpter humilitatis ſplendorẽ.

¶ Primo fiũt ⁊c. ꝓpter iſtã cauſam flecti-
mus genua: cũ caniť. Gratias agam⁹ dño
deo nr̃o. ſ. ꝓpter reuerẽtiã trinitatis. ⁊ in
ſymbolo ad. Ex maria virgine: et hõ fact⁹
eſt. ꝓpter reuerentiã incarnationis. et ad
Salue ſancta parẽs. ꝓpter reuerẽtiã vir-
ginis marie. Propter iſtam cauſam flecti
mus genua corã papa: corã prelatis: corã
regibus/ et principib⁹. Propter iſtam cau
ſam ſerui regis aſueri flectebãt genua co-
rã aman excepto mardocheo. Heſter. iij.
¶ Scd̃o flectimus genua ꝓpter precũ ma
iorẽ efficaciã. ob quã cauſam btũs ſtepha
nus flexis genibus orauit ꝓ inimicis exi-
ſtẽs in martyrio. Acť. vij. Ad idẽ daniel ſi-
cut dictũ eſt: ⁊ nos in principio horarũ de
bemus diebus ferialibus flectere genua.
Item in quadrageſima in miſſa. ¶ Tertio
flectimus genua propter deuotionẽ: ſicut
ſalomon poſt dedicationẽ tẽpli orabat ſic
deuote corã deo ⁊ corã multitudine popu
li. iij. Reg. viij. et. ij. Paralip. vj. Sic nos
flectimus genua corã altaribus vbi eſt cor
pus xp̃i. imaginibus ſctõrũ ⁊c. ¶ Quarto
flectimus genua ⁊c. ſicut fecit quinquage
narius corã helia cauſa humilitatis. non
ſic fecerũt: immo ſuperbe fuerũt locuti et
male accidit eis. iiij. Reg. j. Iſta genuum
flexio non eſt contẽnenda: immo cũ laudi
bus proſequẽda: qm̃ autoritatẽ habet

Primo a regibus.
Secundo a leuitis.
Tertio a ſacerdotibus.
Quarto a prophetis.
Quinto a chriſto.
Sexto ab apoſtolis.

¶ Primo a regibus ſicut p3 de ſalomone
qui flexis genib⁹ orabat in tẽplo. iij. Reg.
viij. ⁊. ij. Paral'. vj. ¶ Secũdo a leuitis. ij.
Paral'. xx. qui laudauerũt deũ flexis geni
bus cũ leticia. ¶ Tertio a ſacerdotib⁹. vñ
eſdras. j. Eſdre. ix. dixit. Curuaui genua
mea: ⁊ expãdi manus meas ad dñm deum
meũ. ¶ Itẽ a ꝓphetis ſicut dictũ eſt a fra
tribus de daniele. Daniel'. ix. ¶ Itẽ habet
autoritatẽ a xp̃o qui poſitis genibus ora
bat ſicut dictũ eſt. Lu. xxij. ¶ Itẽ ab apl'is
ſicut p3 de paulo in themate. Hui⁹ rei gra
tia flecto genua ⁊c. Patet etiã de btõ bar
tholomeo: q̃cẽties in die flectebat genua:
et centies in nocte. Patet etiã de btã ma-
ria: et iacobo minore: et multis alijs.

Secunda pars.

¶ Secũdum principale

eſt grande negociũ ꝓpter qd̃ flectimus ge
nua ad patrẽ. vnum negociũ ſigillatim ſe
cretũ: vñ dictũ eſt dñis vicarijs hui⁹ eccle
ſie intimatũ qd̃ eſt grãde: qd̃ eſt ſimile in
ſpecie: nõ fuit auditũ. et illud negociũ tã-
git caput: mẽbra toti⁹ corporis myſtici. et
ad illud negociũ declarandũ deficit cõſi-
liũ humanũ: iõ merito recurramus ad cõ
ſiliũ diuinũ deprecãdo ſpm̃ſctm̃: quaten⁹
mittat vnũ de donis qd̃ vocať conſilium:
quatenus dirigat ad vitandũ ⁊ expellen-
dũ ſciſma peſtiferũ; iõ flectim⁹ genua ad
patrẽ. ⁊ de iſta genuflexione habeť in ſcri
ptura. ij. Paral'. vj. vbi habeť/ ꝙ ſalomon

flexis genibus palmis eleuatis in celũ ſic
orabat. Dñe deus iſrael nõ eſt ſimilis tibi
deus in celo ⁊ in terra: q̃ cuſtodis pactũ ⁊
miãm filijs tuis: qui ambulant corã te in
toto corde ſuo ⁊c. ſequiť. Exaudi dñe de
celo: et dimitte pctã ſeruis tuis. ⁊ populi
tui iſrael. et doce eos viã bonã per quã in
grediãtur. Idem hr̃. iij. Reg. viij. Cũq3 ſa
lomon cõpleſſet preces: ignis deſcẽdit de
celo: et deuorauit holocauſta ⁊ victimas.
Salomõ interpretať ⁊ deſignat quẽlibet
noſtrũ qui cũ pace cõſciẽtie debem⁹ flexis
genibus implorare deũ patrẽ: quaten⁹ di
rigat cõſiliũ habitũ ſup vnione ſacroſan-
cte matris eccleſie optata a cunctis fideli
bus xp̃ianis. ¶ Ubi queriť vñ habuit or-
tũ et exordiũ cõciliũ? Rñdetur ꝙ a roma
nis: qui tractãtes cões cauſas ꝯueniebãt
in vnũ et reſpublicas cõi intẽtione tracta
bant. Nũc petimus genibus flexis quate
nus cõciliũ habitũ ſuper vnione ſctẽ ma-
tris eccleſie ꝓſpereť ſicut ſperamus. quo
niã per cõſiliũ bonũ reſpublica guberna-
tur: motus ſubitus refrenať: vicinũ peri-
culũ cauetur. Primo per cõſiliũ bonũ ⁊c.
Ecci. xxxij. Sine ꝯſilio nihil facias: ⁊ poſt
factum nõ penitebis. Prouer. iij. Cuſtodi
legẽ meã atq3 conſiliũ meũ. et loquiť pre-
lato atq3 principi q̃ reipublice ſunt recto
res atq3 gubernatores. Narrãt aſtrologi
ꝙ per cõmertiũ (al's cõmotionẽ) planeta
rũ in ſignis ⁊ domibus ſuis tẽpora mutã
tur ⁊ regũtur: et multa mirabilia apparẽt
in mũdo: et ex hoc eueniũt bona: et inter-
dũ etiã mala. Sic moraliter per cõmertiũ
(al's cõmotionẽ) multorũ ſapiẽtũ cõcilia
celebrãtur: immo tota mũdi machina gu-
bernať. et ſi cõſiliarij ſunt boni: bona eue
niunt. ſi ſunt mali mala. A conſiliario ſer-
ua animam tuam. Eccl'i. xxxvij.

Tertia pars.

¶ Tertio p̃ncipaliter pe

timus conſolationẽ: qm̃ deſolata eſt eccle
ſia: nec eſt qui cõſoletur eam: niſi tu deus
pr̃ nr̃. Bñdictus deus ⁊ pater dñi nr̃i ieſu
xp̃i pater miãrũ ⁊ deus totius conſolatio
nis: qui cõſolatur nos in omni tribulatio
ne noſtra. ij. Cor. j. eadẽ ſnĩa habetur ad
Ephe. j. ⁊. j. Peť. j. Magna eſt eccleſie mi
litantis tribulatio: magna indiget conſo-
latione. dicat ergo popul⁹ xp̃ianus illud
Michee. vj. Quid dignũ offerã dño? cur-
uabo genu corã excelſo. qm̃ ſalus eſt oĩb⁹
timẽtibus nomen ſuum. ¶ Sed hic queri
tur quibus datur cõmuniter iſta conſola-
tio a deo? Reſpõdetur ꝙ datur quattuor
generibus hominum.

Primo humilibus.
Secundo lugentibus.
Tertio deum timentibus.
Quarto patientibus.

¶ Primo dať cõſolatio humilib⁹. ij. Cor.
j. Qui cõſolatur humiles cõſolatus eſt et
nos. ⁊ Iudith. viij. Expectemus humiles
cõſolationẽ eius. Itẽ dať lugẽtibus. Itẽ
datur deũ timẽtibus. Luc. ij. Symeõ ho-
mo iuſtus ⁊ timoratus expectabat cõſola
tionẽ. Itẽ datur patiẽtibus. Ecci. j. Uſq3
in tẽpus ſuſtinebit patiẽs: ⁊ poſtea reddi
tio iocũditatis. Per multa tp̃a expectaui
mus catholicam vnionem et cum patien-
tia magna exiſtimãtes ꝙ nos turbati per
patientiam et tribulati obtinebimus fle-
xis genibus deprecãdo a deo patre quod
optamus. qm̃ ipſe eſt talis pater q̃ offert
remedia: confert beneficia: largiť premia.
Omne datum optimum: et omne donum
perfectũ deſurſum eſt deſcendens a patre
luminũ. Iaco. j. Chryſ. A patre luminũ: a
datore virtutum: vel a reparatore xp̃iano
rum fide credẽtium: ad illũ dñm et deum
patrem noſtrum. a quo eſt omne datum
optimũ. ſ. naturale. et omne bonum. ſpiri
tuale. eſt deſcendens. i. emanans ⁊ fluẽs.
debemus curuatis genibus recurrere vt
clamet quilibet chriſtian⁹. Pater mi cur-
uabo: ſupple ad te. genu: cordis mei in tã
ta tribulatione. Michee. vj. Ex ſupradi-
ctis merito poſſumus concludere quoni-
am attento ꝙ fides eccleſie ſpiritualiter
nos ſuſtentat: et attento negocio et auxi-
lio quod ſe preſentat. attẽta etiam tribu-
latione que tam diu nos coarctat: nõ mi-
rũ ſi huius rei gratia flectimus genua ad
deum patrem que ſunt verba in principio
ſumpta. In quibus verbis conſidero iſti-
us curuationis

Primo cauſam. huius rei gratia.
Scd̃o modum. flecto genua.
Tertio finem. ad patrem.

Cauſa eſt euidens. modus conueniens. fi
nis bonus competens. ſ. corde deuoto cũ
deuotione. flectamus genua ad patrẽ pro
aliquo ingenti: tñ expedienti ad ſalutem/
non negabit. Quodcũq3 petieritis patrẽ

in nomine meo det vobis. (inquit xp̄us Joh.xv.) Si petamus panē dabit. ſi la-
pidē nō dabit. ſi vinū dabit. ſcit em̄ pater
quid neceſſe eſt. Paulus ap̄lus curuauit
genua et orauit. Actu.ix. In noīe ieſu oē
genu flectat̄ celeſtiū terreſtriū et inferno
rū. Philipē.ij. et oīs lingua confiteat̄. q̄
dn̄s noſter ieſus xp̄s in gloria eſt dei pa-
tris. Ad quā gloriā nos ꝑducat ille dei fi
lius: q̄ in trinitate ꝑfecta viuit ⁊ regnat.

¶ Dominica.xvj. poſt feſtum trini-
tatis. Sermo.ij.

Ecce defunctus

efferebatur filius vnicꝰ ma
tris ſue. Luce.vij. Deuotus
contēplator in ꝟbis preaſ-
ſumptis pōt per ordinem
quattuor contēplari: vtpote
Primo vnā patentē demōſtrationē. ecce.
Scd̄o vnā terrētē reſolutionē. defunctꝰ.
Tertio vnam impotentem ſuſtentationē.
efferebatur.
Quarto vnā placentem dilectionē. filius
vnicus.

Prima pars.

¶ Primo ⁊c. vbi dicitur

ecce. maxime demōſtrat illud aduerbium
hoīem virtuoſum ꝟtutibꝰ plenū. Zacha.
vj. Ecce vir oriēs nomē eius. Uir a ꝟtute.
vn̄ virtus reddit hoīem ꝟtuoſum: immo
etiā virtꝰ eius opꝰ reddit bonū. Homini
ꝟtuoſo debet̄ honor ⁊ laus: et hoc ratiōe
virtutis. vn̄ Augu. lib. de arti. Uirtus eſt
bona qualitas: qua recte viuit̄: qua nemo
male vtitur: quā deꝰ in nobis/ ſine nobis
operatur. Magnā dignitatē demōſtrat il-
lud aduerbiū ecce. vbi d̄r. Ecce vir oriēs.
res valde digna virtus: cuiꝰ dignitas de-
riuat̄ a dignitate dantis. ſ. a dn̄o virtutū
qui eſt deus. Itē deriuatur virtutꝫ digni-
tas ab illis quibus dat̄: q̄ non datur niſi
bonis: iuſtis: et dignis: et amicis dei. Si
quidē virtꝰ eſt que mala ꝯuertit in bonū.
Homo ſine virtute eſt quaſi arbor putri-
da et ſicca: q̄ nō facit fructū. īmo eſt etiaꝫ
ſicut corpus ſine aīa. et hoc ſit dictum de
hoc aduerbio: Ecce

Secūda pars.

¶ Secūdo pricipaliter

implicatur hic vna terrens reſolutio: vbi
dicitur. ecce defunctus.
Ecce terribilē mutationē defunctus.
Ecce generalē reſolutionē defunctus.
Ecce flebilem lamentationē defunctus.
Ecce crudelē ſeparationē defunctus.
¶ Primo ecce terribilē mutationē defun-
ctus. vn̄ mutat̄ defunctꝰ multipliciter, vi
delꝫ. primo mutatur defunctus.
De exiſtētia in non entitatem.
De potentia in infirmitatē.
De opulentia in paupertatem.
De pulchritudine in deformitatem?
Et quid cadauer quantū ad corpus? gran
dis mutatio eſt q̄n hō in morte fit nō hō.
Scd̄o mutat̄ defunctus ⁊c. defunctus an̄
mortē poterat ambulare: poterat loqui:
poterat ſe defendere: poterat ſe iuuare:
ſed poſtꝙ̄ defunctus eſt: totum perdidit.
magna mutatio eſt. Item tertio mutatur
de opulētia in paupertatē. ante mortem
habet aliquid defunctus: q̄m ad minꝰ ha
buit linguam cū qua potuit mendicare:
et acquirere victū ſuū. habuit manus cū
quibus potuit operari. et pedes cū q̄bus
potuit ambulare. Sed poſtꝙ̄ defunctus
eſt: quid habet? nihil: niſi ꝙ tranſit tota-
liter nudus ⁊ pauꝑ. q̄m nihil portat ſecū
niſi bona que fecit. Nihil inuenerunt oēs
viri diuitiarū/ defuncti in manibus ſuis.
pſ̄. lxxv. Quarto mutat̄ defunctꝰ de pul-
chritudine in deformitatē. Homo viuus
quantūcūqꝫ fuerit pulcher in vita: defun
ctus fit turpis: pallidus: et ſine colore:
vt dicat̄ defuncto. Mutatꝰ eſt color opti
mus. Threñ. iiij. et Job. xiiij. Expecto do-
nec veniat īmutatio mea. ⁊ A mane vſqꝫ
ad veſperaꝫ immutabitur tempus. Eccli.
xviij. ¶ Scd̄o ecce generalē reſolutioneꝫ
defunctus. q̄m omnes morimur ⁊c. ij.
Reg. xiiij. Et ſtatutū eſt hoībꝰ ſemel mo
ri. ad hebre. ix. Moritur fortis: morit̄ no-
bilis: morit̄ diues: moritur ſapiēs: morit̄
magnꝰ in dignitate ⁊ poteſtate: moritur
ſenex et iuuenis: morit̄ cōmunis hō qui
naſcit̄: vn̄ verſus. Eſt cōmune mori: mors
nulli parcit honori. Forma genus mores
ſapiētia vis et honores: Nō retinent ho-
minē quin redit in cinerem. ⁊ ſic moritur.
¶ Tertiū ecce flebilem lamentationē: de-
functus. Nam mors eſt lamentabilis: q̄m
mors eſt amara. Ecc̄i. xlj. O mors ꝙ̄ ama
ra eſt memoria tua. Merito amara mors
eſt memoria tua. merito amara mors: ⁊ ꝑ
conſequens lamentabilis. preſertim
Primo propter circundantem dolorem.
Scd̄o propter inferni timorem.
Tertio propter peccatorum ruborem.
Quarto ꝓpter diaboli preſentis horrorē.
¶ Primo mors lamētabilis propter circū
dantē dolorē. qui morit̄ circundatur mul
tis doloribꝰ ꝓpter violentiā maximā que
apparet: immo eſt in ſeparatiōe aīe a cor-
pore: vbi cor ſcindit̄ in duas ꝑtes: vbi frā
gūtur vene ⁊ nerui in corpore: vbi non ſo
lū vnꝰ dolor: immo multi naſcūtur/ iuxta
illud pſ̄. xvij. ⁊. cxiiij. Circundederunt me
dolores mortis. ¶ Itē mors eſt lamētabi-
lis ⁊ amara. In morte eſt amariſſimus ti
mor: q̄m q̄ morit̄ timet iudiciū dei: timet
ſnīam quā expectat: timet penā inferni: ⁊
inferni pericula. iō ſequit̄ in ꝓphetia da
uidica. Et pericula inferni inuenerūt me.
pſ̄. cxiiij. ¶ Itē mors lamētabilis ⁊ dolo-
roſa ꝓpter pctōꝝ ruborē. Nā morienti bo
na ⁊ mala ꝑmutātur. et q̄n pctā ⁊ mala ex
cedūt merita atqꝫ bona: eſt ibi tantus do
lor/ rubor/ et timor ꝙ eſtimari nō poteſt.
Un̄ venerabilis Anſel. in meditationibus
ſuis. Uiuere erubeſco ꝓpter pctā q̄ video
in me. mori ꝑtimeſco. ange ergo pctōr: an
ge: ange. ¶ Quarto mors amara lamenta
bilis ⁊ doloroſa ꝓpter ⁊c. diabolus ī mor
te apparet moriēti in figura ꝓpria. q̄ tātū
terret (al's tētat) hoīem ꝙ quaſi vellet nō
eſſe: et laqueos varios tetēdit in via quos
vix euadere pōt. In via hac qua ambula-
bam abſconderunt ſuperbi laqueū mihi.
pſ̄. cxlj. ¶ Sed hic maxime queritur qui-
bus hoībus mors ſimpliciter eſt amara?
Rn̄detur q̄m eſt amara peccatoribus
Primo infidelibus.
Secundo diuitibus.
Tertio ſanis.
Quarto ocioſis.
¶ Primo eſt amara pctōribus infidelibꝰ:
qui nō cōfidūt de alia vita nec curāt. Ecc̄i
xlj. O mors ꝙ̄ amara eſt memoria tua ho
mini iniuſto. glo. infideli. ¶ Itē eſt ama-
ra diuitibus: q̄m diuites in morte diuiti-
as perdunt; quas ardēter et illicite dilexe
rūt. iō ſequit̄ in ſupradicta autoritate. Et
pacē habenti in ſubſtātijs ſuis. hoc eſt in
diuitijs. ¶ Itē amara mors ſanis et iuue-
nibus. Boe. j. lib. de cōſo. metro. j. Mors
hoīm felix que ſe nec dulcibꝰ annis Inſe-
rit; et meſtis ſepe vocata venit. Itē ſanis
q̄ infirmari opꝫ. Itē adhuc valētibus ca
pere cibū: quales ſunt ſani. ¶ Itē amara
ocioſis q̄ de ſuis meritis nō cōfidūt: ideo
ſequit̄ in ꝓphetia. Uiro quieto. i. ocioſo.
¶ Itē pōt queri quibus mors nō eſt ama
ra? Rn̄det̄ ꝙ nō eſt amara iuſtis et bonis
cogitantibꝰ qđ debēt: ꝙ mors nihil aliud
eſt ꝙ̄ exitus de carcere: finis exilij: laboris
cōſummatio: ad portū applicatio: corpo-
ris diſpoſitio: de domo ruinoſa delibera-
tio: oīm egritudinū terminatio: oīm peri
culoꝝ cōſumptio: oīm vinculoꝝ diruptio:
debiti nature ſolutio: reditus ad patriā:
ingreſſus ad gloriā. ¶ Quartū ecce crude
lē ſeparationē. Nā mors ſeparat animā a
corpore. ſeparat aīam a mūdo: ab amicis
a diuitijs: vt accedat qđ dicit ſcriptura. j.
Reg. xv. Siccine ſeparat amara mors.

Tertia pars.

¶ Tertiū principale vbi

oſtēditur vna impotēs ſuſtētatio vbi dici
tur. efferebat̄. hoc eſt/ extra domū: extra ci
uitatē: vel extra aliū locū ferebat̄: ⁊ porta
batur ad cimiteriū: ad ſepulcrū. Ex iſto te
xtu ſequit̄/ ꝙ cimiteria antiquitus erant
extra loca: ne fetore cadauerū hoīes infi-
cerent̄. efferebat̄. portabat̄ corpus defun
cti ad ſepulcrū materiale. portabatur aīa
defuncta per pctm̄ ad ſepulcrū infernale.
Portitores corpoꝝ ſunt quattuor elemen
ta. vtpote: Terra q̄ apparet in oſſibus et
carne. Aqua que apparet in humoribꝰ et
ſanguine. Aer q̄ apparet in reſpirationi-
bus. et ignis q̄ apparet in caloribus. Itē
portat̄ aīa ad ſepulcrū ꝑ quattuor elemē-
ta ſpūalia: vtputa auaricia q̄ moraliter ē
terra. luxuria q̄ eſt aqua. ſuꝑbia q̄ eſt aer.
iracundia que eſt ignis. Ergo portat̄ aīa
peccatrix ad ſepulcrū inferni: vn̄ aliqui il-
luc portantur ꝑ appetitū voluptatū ſicut
diues epulo ⁊ alij guloſi. aliq̄ per appeti-
tū terrenoꝝ/ ſicut ſunt auari. aliq̄ ꝑ appe
titū delitiarū/ ſicut ſunt lubrici. aliq̄ ꝑ ap
petitū honoꝝ/ ſicut ſunt ſuꝑbi. aliq̄ ꝑ ap-
petitū vindicte/ ſicut ſunt iracūdi et inui
di. Nō ſic fuit portatus lazarus in ſinum
abrae per angelos: in quo elemēta ſpūa-
lia que dicta ſunt: non fuerunt.

Quarta pars.

¶ In quarto loco et vl-

timo oſtēditur vna placēs dilectio, vnicꝰ

Filius matris ſue. Quis eſt iſte vnicꝰ et dilectus filius? Iſte eſt filius dei: et filiꝰ virginis: vnicus patri: et vnicus matri: dilectus a patre: et dilectus a matre. Ubi ſciẽdũ ꝙ aliqs dr̃ filiꝰ dei tripliciter: vtpote

Primo filius dei per gratiã natiuitatis: vt chriſtus homo.

Secundo filius dei per gratiam vnionis: vt chriſtus deus.

Tertio filius dei per gratiã adoptionis: vt quilibet ſanctus.

¶ Primo filius dei per gratiã natiuitatis in quãtum hõ: de quo hr̃ in ſymbolo niceno. Credo (inquit) in ieſum xp̃m filiũ eiꝰ vnicũ dñm noſtrũ. De ſcđo illo eodem in ſymbolo athanaſij. Filiꝰ a patre ſolo eſt: nõ factus: nec creatus: ſed genitꝰ. De tertio. Dedit eis ptãtẽ filios dei fieri. Joħ. j. Iſte vnicus filiꝰ fuit multipliciter poꝛtatus. ſ. per matrẽ in vtero nouem mẽſibus vñ legiť Luc. xj. Beatus vẽter qui te poꝛtauit. Itẽ fuit poꝛtatus in egyptũ ⁊ repoꝛtatus ꝑ matrẽ ⁊ ioſeph patrẽ putatiuum. Mat. ij. Itẽ fuit poꝛtatus ſupꝛa pinnaculum per malignũ ſpiritũ. Mat. iiij. et per eũdem ſupꝛa montẽ excelſum et oſtẽdit ei oĩa regna mũdi. ibidẽ. ⁊ Luc. iiij. Itẽ fuit poꝛtatus ad ſepulcrũ moꝛtuus ꝑ nicodemũ et ioſeph: qui poꝛtatũ coꝛpus deuote ſepelierũt eũ. Itẽ fuit poꝛtatus per nubẽ cãdidã vſq ad dexterã patris in celũ. qm̃ nubes ſuſcepit eum ab oculis eoꝝ. Act. j. Ergo oſtẽſum eſt. Ecce defunctꝰ efferebať filius vnicus matris ſue. Sequiť. mater vnici filij virgo: et maria mater alma: mater patris et ancilla: mater gratie: mater mĩe: mater immaculata: mater ĩtacta: mater regis angeloꝝ: mater oĩm virtutũ. Uel iſta mater ẜm aliã litterã ⁊ verã expoſitionẽ/poteſt dici ſacroſancta mr̃ eccleſia ſancta. de qua Gala. iiij. Que ſurſum eſt hieruſalẽ: libera eſt: que eſt mr̃ noſtra. Et licꝫ xp̃s fuit ſubiectꝰ mr̃i marie: tñ mr̃ eccleſia ſubiecta xp̃o quadrupliciter. ſicut luna ſoli a quo illuminatur. ſicut mundus celo a quo fecundať. ſicut caro ſpũi a quo viuificať. ſicut coꝛpus capiti a quo regiť et gubernať. Filius vnicus iſtius matris ſacroſancte ꝗ eſt moꝛtuꝰ intra eccleſiã: nõ extra hoc eſt defunctꝰ eſt in bona fide eccľie. vñ ſunt multi ꝗ moꝛiũtur extra eccleſiã/ſicut ſunt pagani: iudei: ⁊ infideles: ⁊ falſi xp̃iani: vt ſunt illi de quibus dr̃ Luc. viij. Mater tua ⁊ fratres tui ſtãt foꝛis. Itẽ heretici: oẽs excõicati: et mali xp̃iani: ⁊ dãnati: de quibꝰ Apoc. vlti. Foꝛis canes ⁊ venefici ⁊c̃. et Mat. xiij. Elegerũt bonos in vaſa ſua: malos aũt foꝛas miſerũt. Iſte filiꝰ eſt vnicus. ſ. ꝑpter vnũ deũ: ꝑpter vnã fidẽ: ꝑpter vnũ baptiſma qđ ſuſcepit. Epheſ. iiij. Unus dñs: vna fides: vnũ baptiſma: vnus deꝰ et pr̃ oĩm. Iſte defunctus vnicꝰ filius a matre dilectus. ij. Regũ. j. Sicut mr̃ vnicũ amat filiũ ſuũ: ita ego te diligebã. dixit dauid de Jonatha faciẽs plãctũ de moꝛte eiuſdẽ. Iſte defunctꝰ figurať in illo quẽ ſuſcitauit heliſeꝰ ꝓpheta de quo iiij. Reg. iiij. c. vbi legiť ꝙ ille puer ꝗ erat moꝛtuus oſcitauit ſepties: aperuitq oculos. Puer defunctus eſt iſte qui poꝛtatur ad foueã. etiã oſcitauit ſepties pꝛopter ſeptẽ articulos fidei quos credidit: ſeptem pertinentes ad diuinitatẽ: ꝑpter ſeptẽ ſacramẽta eccľie: ꝑpter ſeptẽ dona ſpũſſancti: pꝛopter ſeptẽ opera mĩe que cõpleuit. Iſte filiꝰ vnicus matris eccleſie/poꝛtatus eſt hic ẜm coꝛpus: et finaliter poꝛtabitur ẜm aĩam per angelos in ſinum abꝛae: in requiem eternaꝫ. Ad quam requiem nos perducat ieſus xp̃s ⁊c̃.

¶ Dñica. xvij. poſt feſtũ trinitatis. Ser. j.

SOllicitı ſeruare vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis. Ephe. iiij. Pro finali concluſione thematis ſollicitudinẽ tripliciter introduco. qm̃ eſt per infectionẽ: nationẽ: ⁊ vnitionẽ. Prima facit neceſſitatem. ſecunda cauſat damnationem. tertia parit pacem. et iſta fuit

Sollicitudo quam inducit neceſſitas.

Sollicitudo quam pꝛoducit cupiditas.

Sollicitudo quam adducit amoꝛ et charitas.

Prima ſollicitudo permittitur.

Secunda introducitur.

Tertia pꝛecipitur.

¶ Prima ſollicitudo permittitur: quã inducit neceſſitas pꝛimo parenti indicta in mundi pꝛincipio pꝛopter peccatum ſuum in penã peccati: quãdo audiuit. In ſudoꝛe vultus tui veſceris pane tuo. Gen. iij. Iſtam ſollicitudinẽ expertus eſt ſalomon

cum dicebat Eccľs. ij. Deteſtatus ſum omnem induſtriã meam qua ſub ſole ſtudioſiſſime laboꝛaui habiturus heredem poſt me: quem ignoꝛo vtrũ ſapiens: an ſtultus futurus ſit: et dominabitur in laboꝛibus meis in quibus deſudaui ⁊ ſollicitus fui. Deſudaui: quantum ad coꝛpus. et ſollicitus fui: quãtum ad animam. ſudoꝛ in coꝛpoꝛe: ſollicitudo in anima. Sic videť ſollicita fuiſſe ſancta martha in obſeq̇o xp̃i: cui fuit dictuꝫ. Martha martha ſollicita es ⁊c̃. Luc. x. Iſta ſollicitudo licite permittitur regnare: immo omni tẽpoꝛe ipſa ſtare nõ poteſt. Sollicitudine nõ pigri. Roma. xij. Hoĩem ſollicitũ et in bono opere occupatũ. De iſta ſollicitudine loquiť Iſido. liƀ. Etymoľ. Iſto modo ſollicitus dicitur quaſi ſolis actus. cum aliquis ex magna ſolertia ꝓſequitur ea ꝗ agẽda ſunt.

¶ Scđa ſollicitudo que pꝛohibeť de qua habetur Mat. vj. et Luc. xij. Nolite ſolliciti eſſe. qm̃ licꝫ in acquirendis tempoꝛalibus debeat eſſe laboꝛ: et ſic ſollicitudo: tamen ſollicitudo dicitur eſſe tollenda vt habetur in homeľ. Iſtã ſollicitudinem antiqui religioſi a ſe totaliter eiecerũt. ſ. heremite/cenobite/mendicantes ⁊c̃. Unde beatus Greg. in pꝛologo liƀ. moꝛaľ. de ſe ipſo loquitur in hac foꝛma. Cũcta (inq̃t) ſollicite fugiens/poꝛtam monaſterij: ⁊ relictis que mundi ſunt vt fruſtra tũc credidi: et ex eiꝰ naufragio nudus euaſi. Quid dicã de magno antonio et famoſo in toto oꝛbe. de ſanctis bñdicto/mauro/machario/arſenio hilarione et ceteris multis: ꝗ ſollicitudinem circa tempoꝛalia abijcientes: oẽm ſollicitudinem pꝛoiecerunt in deum: attendentes ad verbum apoſtoli petri in ſua canonica di. Oẽm ſollicitudinẽ veſtram pꝛoijcientes in eum. j. Peť. v. Talis ſollicitudo mũdum ſapit ad cupiditatem: vbi cum ſollicitudine diuitie illicite acquiruntur. et de tali ſollicitudine ꝓhibita loquitur Richardus de ſancto victore ſatis pulchꝛe. O (inquit) infelix anima quid ſollicita es erga plurima: poꝛro cum vnum ſit neceſſarium. dilige vnũ in quo ſunt omnia: et ibi fige coꝛ tuum et deſiderium. Nã felices illius ciuitatis ciues huius participes in idipſum. Mundus em̃ tranſit cum concupiſcentia eius. j. Johã. ij. De iſta ſollicitudine Eccľs. ij. Peccatoꝛi autem dedit deus afflictionem ⁊ curam ſuperfluam vt addat et congreget. et hoc eſt vanitas: et caſſa ſollicitudo mentis. et Mat. xiij. Sollicitudo ſeculi iſtius: et fallacia diuitiarum ſuffocat verbum. Ab iſta ſollicitudine debent retrahere multa: et maxime que ſunt ibi

Primo anxietas.

Secundo tribulatio.

Tertio grauis pena ſenſus.

¶ De pꝛimo ſalomon Eccľs. ij. Ceſſaui renunciauitq coꝛ meum vltra laboꝛare ſub ſole pꝛopter anxietatem. De ſecundo Hiere. xlix. Turbati ſunt in mari. pꝛe ſollicitudine quieſcere non potuit. De tertio Ezechieľ. iiij. Cõteram baculum panis in hieruſalem: et comedent panem ſuum in põdere et in ſollicitudine.

¶ Tertia ſollicitudo que maxime pertinet ad religioſos atq pꝛelatos eſt illa ꝗ pꝛecipitur et monetur: et iſtã facit charitas. de iſta loquitur Eliuandus dirigens eam viris clauſtralibus. Quis (inquit) locus idoneus ad vnitatem et pacẽ? reuera clauſtralis locus vbi pax includitur. honeſtas clauditur: voluntas ſecluditur: ſollicitudo excluditur. Pꝛouerbioꝛum. xxj. Melius eſt ſedere in angulo domatis ꝙ cũ muliere litigioſa. Angulus eſt conſoꝛs habitu clauſtralium. nam clauſtrales de diuerſis hominum generibus tanꝙ de diuerſis parentibus concurrentes: et habitantes vnius moꝛis in domo. (vt diciť pſ. lxvij.) vnitatem ſeruantes ſpiritus in vinculo pacis: felici diſcant experientia: ⁊ ꝙ bonum et ꝙ iocundum habitare fratres in vnũ. pſ. cxxxij. Iſta fuit ſollicitudo pauli: de qua ipſe loquitur. ij. Coꝛinth. xj. Inſtantia mea quotidiana: ſollicitudo omnium eccleſiarum. Uel pꝛelatus eſt optimus quãdo in regimine ſuo laboꝛat inſtãter: continue/⁊ perſeueranter. cui alludit illud. Qui pꝛeeſt: in ſollicitudine. Roma. xij. quoniam omnis pꝛeſidens debet eſſe ſollicitus circa regimen ſubditoꝛum ſuoꝛum: pꝛeſertim quatenus pꝛeſeruet ſubditos in dilectione: vnitate/ et pace. iuxta thema. Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis. que fuerunt verba a pꝛincipio ſumpta. In quibus verbis tria oſtenduntur que apľs innuit ſeruare.

Primo regiſtrat pꝛimam occupationem.

Scđo placitam congregationem.

Tertio feruidam operationem.

Prima pars.

¶ **Sollicitũ. pro concordia pmi.** Michee.vj. Indicabo tibi o homo quid ſit bonũ: et quid dñs requirat a te. Utiq3 facere iudiciũ: τ diligere miãm: et ſollicitũ ãbulare cũ deo tuo. Iſta vba exponẽs Hugo de ſctõ victore ita inquit. Quia deus trinitas: triplici benedictiõe placari põt. ſcʒ iudicio: mĩa: et charitate. Primũ eſt iudiciũ: τ illud offerre debem⁹ quatenus iudiciũ facias de te hoc modo. Cõſidera qd facis: τ diligẽter qd bñ: qd nõ bñ. ppẽde ſi idẽ eſt qd facis et debes. et ſi ita inueneris: gaude. τ ſi non: time. ergo bonũ facere iudiciũ. et bonũ facere miſericordiã. et bonũ quod agis: non ex timore: ſed ex amore facias. τ ſollicite intendere (al's incedere) cũ deo tuo: vt bonũ qd nondũ habes: nõ demeraris: imo merearis habere. et bonũ qd habes ne amittas hec Hugo. Iſta ſollicitudo ambulare cũ deo: cõpetit valde clauſtralibus: de qua hugo qui ſupra. Secura (inquit) clauſtralis aſſiduitas. i. ſollicitudo: quã cura rei familiaris non turbat: quam non ſollicitat acceſſus hoĩʒ: vbi inter fratres alteri⁹ ad alterũ diligens habetur cuſtodia: vbi prelatoꝝ ſubiectio: diſcreta pꝛuidet ſolertia: vbi ſilentiũ cum fabulationibus aufert locũ: extiguit iram: vbi diſciplina ceteros actus corporis ſeruire cogit mũdicie: et ſic opportunitas: que ad malũ: per clauſtri aſſiduitatem excluditur. per paupertatem vo voluntariam pecunie affectus extirpatur.

Secũda pars.

¶ **Secũdo pꝛĩcipaliter** oſtenditur in themate placita congregatio τc. vnitatem ſpũs. Ubi ſciẽdũ φ vnitas eſt multiplex. ſic

Primo vnitas ſumme deitatis.

Scdo vnitas fraterne charitatis.

Tertio vnitas religioſe fraternitatis.

Quarto vnitas eccl'iaſtice veritatis.

Quinto vnitas amoroſe cõmunitatis.

Sexto vnitas fraterne felicitatis.

¶ Prima vnitas τc. Iſta reperiť in perſonis diuinis: vbi adorať vnitas in trinitate: τ trinitas in vnitate. hi tres vnũ ſunt j. Iohã.v. Sic pater et filius et ſpũſſanctus / quippe deus trinus τ vnus eſt; ſimilis. Oſtẽdit experientia φ ſi ſpeculuʒ ponať in aqua: apparẽt tres ſoles. vnus in ſpeculo: vn⁹ in aqua: vnus in celo. τ ſolũ in re eſt vnus ſol. de iſta ſumma vnitate deuote cantat eccl'ia per hunc modũ. Gratias tibi de⁹: gratias tibi vera τ vna trinitas: vna τ ſumma deitas ſctã / τ vna. et de iſta vnitate alibi iam dictum eſt.

¶ Secũda vnitas que vocatur charitas. pma de q dictũ eſt: eſt ſumma. ſcda ẽ chara. vnde charitas chara vnitas. merito chara: qm̃ ſic fecit hoĩem deo charũ: φ ex deo et hoĩe factũ eſt vnum: et factus eſt vnus xp̃s. Sicut em̃ ex pluribus elementis ſit vnũ mixtũ. et ex plurib⁹ granis ſit vnus panis. τ ex pluribus mẽbris ſit vnũ corpus. ſic amor: ſic charitaas: ſic dilectio diuerſa et plura corda hoĩm cõiungit / et vnit in vnũ. Eſt em̃ charitas ſicut vnum cementũ qd plures lapides coniungit et vnit in vnũ. Iſta charitas eſt vinculũ forte. q2 eſt vinculũ perfectionis / dilectiõis / et pacis. de quo vinculo loquiť Hugo de ſancto victore libro de charitate. Magnã (inquit) habes vim o charitas: tu ſola deum trahere potuiſti de celo ad terram. o φ̃ forte eſt vinculũ tuũ quo deus ligari potuit: et homo vinculũ iniqtatis diſrupit. quid ergo charitas. Reuera charitas amat veraciter: ligat tenaciter: et vnit firmiter. ita amat: ita ligat: ita iũgit: φ nec locorũ diuerſitas: nec ſtatuũ diſparitas: nec caſuũ contingentiũ aduerſitas tales dilectos adinuicẽ in charitate vnitos / qs poterit ſeparare a charitate xp̃i. Roma. viij. Illud vinculũ ligat hoĩem et deum: hominem et angelum: amicum et amicũ: τ qd fortius: eſt amicum et inimicum.

¶ Tertia vnitas q vocať fraternitas τc. Iſta ẽ iter religioſos vl' dʒ eẽ: q2 ſcʒ Aug. vnanimes habitãt in domo: vt eorũʒ aĩa vna ſit: et cor vnum in deo. τ in pſ. cxxxij. Ecce φ̃ bonũ et φ̃ iocũ. habi. fra. in vnũ. Nec mirũ ſi ſunt vnũ: q2 hñt vnũ patrem in celis: vnã matrẽ in terris: vnã regulã: vnã legẽ: vnũ regẽ: τ paſtorẽ vnũ: cõſortiũ vnũ: domiciliũ vnũ: habitũ vnũ: vinculũ vnũ: officiũ τ deſideriũ vnũ. In religione multa ſunt ligamẽta qm̃ religioſus q̃ſi ligatus dr̃. Nã in ſacra religione caſtitas ligat luxuriã: pauꝑtas auariciã: obediẽtia ſuperbiã: cõitas inuidiã: operoſitas accidiam; habitus vilitas inanẽ gloriã. Iſta

ſunt vĩcula τ ligamina / qbus antiqui patres ligauerunt pueros ſuos / τ ſubditos ſuos in cunabulo ſctẽ religionis: ne p vitia defluerent: et infra limites diſcipline cum bona obedientia permanerent.

¶ Quarta vnitas τc. Iſta eſt vnitas ſacroſancte mr̃is eccl'ie. Iſta vocať vnitas aggregatiua vnitas eccl'ie dei. Cãť. vj. Una eſt colũba mea: perfecta mea: vna eſt matri ſue: electa genitrici ſue. Uñ ſicut plura mẽbra cõiuncta faciũt vnũ corpus: ſic plures perſone fideles cõiuncte faciunt vnũ corpus eccl'ie: caput xp̃s: mẽbra fideles. viuificãs ſpũſſctũs. Ergo iſtã vnitatẽ ſcʒ eccl'ie / faciũt tres virtutes. vna fides: vna ſpes: vna charitas. in qbus virtutibus tota eccl'ia ẽ fundata. Iſta ſunt tria tabernacula petri. Mat. xvij. Faciamus hic tria tabernacula. tibi vnũ: moyſi vnũ et helie vnũ. de iſtis trib⁹ xp̃s hʒ vnũ: et illud eſt charitas. Petrus vnũ: qd eſt fides. Helias vnũ: qd eſt ſpes. De iſtis tribus contexta eſt tunica ſaluatoris inconſutilis et indiuiſibilis: vt merito tota ſancta mater eccl'ia vna τ catholica ſit illa ciuitas de qua Eſa. xix. Ciuitas ſolis vocabitur vna. quã vnitatẽ negant greci. De tabernaculis ſupradictis videbať loqui Hugo de clauſtro aĩe lib. iij. Tria (inqt) aſſignare poſſum⁹ tabernacula. materiale: myſticũ: et morale. tabernaculũ moyſi. tabernaculũ xp̃i. tabernaculũ cuiuſlibet iuſti. Tabernaculũ moyſi fuit ex diuerſis generib⁹ ornamentoꝝ cõueniens ſtructura. tabernaculũ xp̃i eſt eccl'ia. tabernaculũ cuiuſlibet fidelis eſt aĩa. Unũ ſit ex lignis imputribilib⁹. aliud ex ſanctis animabus. ac tertiũ de multis virtutibus.

¶ Quĩta vnitas amoroſe cõitatis. q̃lis dʒ eſſe ĩ cõfratria ſiue cõfraternitate. Tres ſinguť eſſe ſorores pulcherrime ſic dic Ouidius. que ſolũ vnũ oculum habebãt: quo qñ aliqua indigebat: altera ſibi accõmodabat. talis cõmunicatio dʒ eſſe in cõfratria τ cõfraternitate: qm̃ in tali bona cõmunitate tẽporalia et ſpũalia indigẽtib⁹ cõicanť. Ezech. xxxvj. Dabo eis cor nouũ et ſpm̃ nouũ. ſupple ad cõicandũ. Sicut em̃ multe virgule ligate in vnũ nõ frangunť de facili: q ſingulariter poſite de facili frãgerenť: et multi milites ſimul iũcti de facili nõ vincunť: qui diſperſi facil'r vincerenť et frangerenť, ſic ſuo mõ cõmunitas confratrũ qñ ſunt vniti in pace / τ charitate / in cõformitate nõ faciliter a demonib⁹ vĩcunť: nec a tẽtationib⁹: ĩmo efficiũtur victores. Legiť in vitaſpatrũ φ qdaʒ pr̃ ſctũs interrogauit quẽdã aliũ qd eſſet meli⁹ vel tenere vitã ſolitariã et heremiticam: vel cõem et cenobiticã. Ille pater ſctũs noluit rũdere vbo: ne patereť calũniã: ſed magis exẽplo τ iuſſit ſibi apportari vas carbonib⁹ plenũ viuis accenſis: et pr̃ ſctũs ſepauit vnũ de illis carbonib⁹ viuis ab aliꝫ: q ſatis cito extinct⁹ eſt. qd ille interrogãs nõ intelligẽs dixit patri. Obſecro pr̃ qd eſt qd feciſti? Et rñdẽs ait Si aduertiſti: tue ſatiſfactũ eſt queſtiõi. Nã carbo ignitus ſepat⁹ ab aliꝫ ſatis cito extinctus eſt: aliꝫ nõ extĩctis: pꝛ eo φ mutuo ſe fouent ĩ calore ignis. Sic moraliter multi viri manẽtes in ſacro collegio mutuo fouentur ĩ bono. ſol⁹ autẽ exiſtẽs preſertim circũdatus prauorũ conſortio infrigidat⁹ pctõ cito tabeſcit: atq3 ignis charitatis in eo cito extinguiť.

¶ Sexta vnitas τc. iſta vnitas eſt in beatis ĩ glia vbi nec dolor: nec ſeniũ: ſed vn⁹ ardor cordiũ. de qua vnitate ppha. pſ. xxvj. Unã petij a dño hãc requirã vt inha. in do. dñi oĩb⁹ die. vi. mee. Ubi oẽs beati ſunt vnũ in dño deo. aĩa vna τ cor vnũ ĩ deo. Cui⁹ vnitatis pticipes nos faciat dñs nr̃ ih̃s.

¶ Dñica. xvij. poſt feſtũ trinitatis. Ser. ij.

AMice aſcende ſuperius. Luc. xiiij. ca. Sacro eloquio teſte tria genera hominũ ad conſcendendũ in altum communiter inuitantur.

Primo deuoti oratores humiliter deprecantes.

Secundo perfecti predicatores dei vbuʒ annunciantes.

Tertio dilecti amatores in nuptiꝫ recũbentes.

¶ Primo deuoti τc. de quoꝝ numero fuit moyſes orator deuotiſſim⁹ cui fuit dictũ a dño Exod. xxiiij. Aſcẽde ad me in mõtẽ. τ Exodi. xxxiiij. Eſto parat⁹ mane vt aſcẽdas ſtatim in montẽ ſinai. ſtabiſq3 mecũ ſup verticẽ mõtis. Null⁹ aſcẽdat tecũ. Et aſcẽdit moyſes in montẽ ſinai: τ fuit ibi cum deo inuocãs nomen dñi ſic orando. Dñator dñe deus miſericors et clemens:

patiens: ⁊ multe miſerationis/ac verax: qui cuſtodis miſam in milia: q̄ aufers iniquitatē et ſcelera atq̄ pctā ⁊c. obſecro vt gradiaris nobiſcū. Merito qui orat debꝫ aſcendere ad montē ſctē contēplationis. qm̄ deuota orō non eſt aliud q̄ʒ aſcenſus mentis in deū. Saluator noſter orare volens ſolus aſcēdit in mōtē. Matth. xiiij. Idem legit̄ Mar.vj. ⁊ Luc.vj.

¶ Secūdo principaliter inuitant̄ ad conſcendendū perfecti p̄dicatores ⁊c. qualeꝫ inuitationē recitat Eſaias ſui libri.xl.ca. dicēs. Super montē excelſum aſcende tu qui euāgelizas ſion: exalta in fortitudine vocē tuā. Clama ne ceſſes: q̄ſi tuba exalta vocē tuā: ⁊ annuncia populo meo ſcelera eorum. Eſaie.lviij. In ſignū huius ſaluator volens docere et predicare aſcēdit in montē. Matthei.v.

¶ Tertio principal̄r inuitant̄ ad aſcendēdū in nuptijs recūbentes: ſicut apparet in euāgelio hodierno: vbi legit̄ ꝙ quidaꝫ inuitatꝰ ad nuptias recubuit in loco nouiſſimo: ⁊ venit q̄ eū inuitauerat vocās ⁊ dicens. Amice aſcēde ſuperius. q̄ fuerūt verba ⁊c. Ubi oſtēduntur tria.

Primo virtus alliciens gratioſe charitatis. amice.

Secūdo actus perficiens virtuoſe poteſtatis. aſcende.

Tertio locꝰ reficiens glorioſe dignitatis. ſuperius.

Prima pars.

¶ Primo virtus ⁊c. gra

tiſſima virtus amicitia. multa cōcurrunt que in vera amicitia oſtenduntur: q̄ ſunt iſta per ordinem

Primo ſtabilitas et firma permanentia.

Scdo fidelitas et vera confidentia.

Tertio leuitas ⁊ prompta indulgentia.

Quarto vnanimitas cū ſodali ꝯcordātia.

¶ Primū requiſitū ad veram amicitiā eſt ſtabilitas ⁊c. quatenus nō cito recedat a corde: in proſperitate: vel aduerſitate. vel q̄cquid eueniat mali vel boni ſemper remaneat ⁊ firmiter. ⁊ de tali vera amicitia habetur Eccl'i.vj. Amicus ſi permanſerit fixus: erit tibi quaſi coequalis: ⁊ in domeſticis tuis fiducialiter aget. Amicꝰ ſi permanſerit. hoc eſt firmꝰ eſt ſtabilis in amore tam in aduerſis q̄ʒ etiam in proſperis. erit tibi quaſi coequalis. hoc eſt vnius voluntatis tecū. Tullius. Idē velle: idē nolle in rebus honeſtis ⁊ virtuoſis. et in domeſticis tuis. hoc eſt negocia tua fiducial̄r ꝓcurabit ſicut ſua. Tales em̄ fuerūt mater xp̄i: ⁊ iohānes euāgeliſta: q̄ ſemper aſtiterūt in cruce pendenti: ⁊ alie marie/ potiſſime magdalena. O deus meꝰ quot ſunt amici qui nō ꝑmanent amici ficti et falſi amici: qui amāt tēpore ꝓſperitatis: et in tēpore aduerſitatis ab amore receedūt. Tulliꝰ. In ꝓſperitate (inquit) incerta eſt amicitia. neſcit em̄ ꝑſona an ꝓſperitas diligat̄: an perſona. conglutinatur munere et eodē ſuſpenſo diſſoluitur. Unde v̄ſus. Cū fortuna manet multi cernuntur amici: Sed cū poſſe perit: tunc eſtis mox inimici. Eſt amicus ſc̄m tempus ſuum: et nō ꝑmanebit ī tp̄e tribulatiōis. Eccl'i.vj.

¶ Scōm requiſitū ad verā amicitiam: eſt fidelitas ⁊c. Eccl'i.xxij. Fidem poſſide cuꝫ amico in pauꝑtate illiꝰ. Et eccl'i.vj. Amicus fidelis/ ꝓtectio fortis: q̄ inuenit illū inuenit theſaurū. Nam amico fideli nulla eſt cōparatio. et nō eſt digna ponderatio auri ⁊ argenti ꝯtra bonitatē fidei illius. De amico fideli ē ſicut de theſauro. Theſaurus multū diligit̄: et in neceſſitate ad eum recurrit̄: et ſollicite cuſtoditur. Sic ſimili modo eſt de amico fideli: q̄ dꝫ multum diligi. qm̄ illud qd̄ eſt charuꝫ: eſt rarum. et econtra. et fidelis amicus ē rarus: qm̄ fidelis amicus raro inuenitur. De tali amico fideli loquitur Caſſiod. in quadam ep̄l'a. Qui vere amicus eſt: omni tēpore diligit. Nā tormentū non ſeparat: labor non caſſat: theſaurus non ſuperat: alienꝰ amor nō occupat. Quidā dixit mihi. tantum diligo inimicū qui nihil mihi male fecit: ſicut amicū q̄ nihil boni facit.

¶ Tertium requiſitū ad verā amicitiā leuitas ⁊c. hoc eſt dictū. ꝙ ſi offendit leuiter et cito indulgeatur ſibi. Eccl'i.xxij. Ad amicū et ſi ꝓduxeris gladiū nō deſperes. eſt em̄ regreſſus ad amicū. Hic accipitur gladiꝰ ꝓ fraterna ⁊ charitatiua correctione et amicitia corrigentis. qm̄ Meliora ſunt vulnera diligētis: q̄ʒ fraudulēta oſcula odientis. Prouerb.xxvij. ¶ Quartum qd̄ requirit̄ ad verā amicitiā eſt vnanimitas et ꝯcordia ⁊c. multū conferūt ad verā amicitiā. Eccl'i.xl. Amicus et ſodalis in tp̄e cōuenientes. ⁊ Eccl'i.vj. Si humiliauerit ſe contra te: et a facie tua abſconderit ſe: vnanimē habebis amicitiā bonam. Cōtra iſtos/ quattuor ſunt in fictꝭ amicis. Concludat̄ ergo ꝙ in vero amore eſt ꝑpetuitas vt nunq̄ʒ finiatur. oīs tēporalitas eſt in amore ficto. firmitas vt nunq̄ʒ īterrumpatur. oppoſitū de amore ficto. ſecuritas vt non perdat̄. magna cura exigitur ad cuſtodiendū. veritas vt nō ſimuletur: qm̄ amor fictus eſt ſimulatꝰ ⁊ apparēs.

Secunda pars.

¶ Secundum principa

le actus virtualis poteſtatis. aſcende ⁊c. Ubi ſciendū ꝙ quattuor ſunt que faciūt aſcendere. ſcꝫ

Primo ars.

Secūdo natura.

Tertio agilitas.

Quarto violentia.

Aqua aſcendit artificialiter. ignis aſcendit naturaliter. homo leuis agiliter. lapis aſcendit violenter.

¶ Primo aqua aſcēdit per artē vtpote ꝑ cōductū. Sic moraliter optimū artificiū aſcēdendi in celū humilitas ſeu virtꝰ humilitatis. et optimū artificiū deſcēdendi ad infernū ſuꝑbia. Auguſt. ſuꝑ Iohannē Excelſa eſt patria: humilis eſt via. Ergo q̄ querit patriā: nō recuſet viā. patria excelſa ſupremū celū. via hūilitas ꝑ quā aſcendimus. Item Aug. Nemo aſcēdit ī celū: niſi qui deſcēdit. ſupple ꝑ humilitatem. et per ꝯ̄riū nemo deſcendit niſi ꝑ ſuꝑbiā: ſicut lucifer q̄ dicebat. Aſcendā ſuper altitudinem nubiū. ſequit̄. Uerumtamen ad infernū detraheris in profundū laci. Eſa: xiiij. Humilitas eſt vna ſcala per quam aſcendimus: vbi ſunt duodecim gradus: quos ponit btūs Bern. Primus in timore dei ſe cuſtodire ab oī peccato. ſecūdus ꝓpriā nō amare voluntatē. tertiꝰ in omi obediētia ſubdi oībus. quartus pro obediētia in duris et aſperis patientiam habere. quintꝰ puriſſima cōuerſio pctōrum. ſextus ad oīa ſe indignū reputare. ſeptimus gradus ꝓnunciare ⁊ credere ſe oībꝰ viliorem. octauꝰ tenere qd̄ monaſterij regula tenet. nonꝰ taciturnitas vſq̄ʒ ad interrogata. decimus vt non ſit facilis aut promptus in viſu. vndecimus pauca ⁊ rationabilia loqui. duodecimꝰ corde et corpore hūilitatē oſtēdere: defixis oculis ad terram. Aliā cauſam humilitatis ponūt alij et breuiorem: vbi ſunt tres gradus. Primus ſubdere ſe minori ſe. ſcōs ſubdere ſe eq̄li ſibi. tertiꝰ ſubdere ſe maiori ſe.

¶ Scōm quod facit aſcēdere eſt natura. et iſto modo ignis naturaliter aſcendit. Moraliter iſte ignis eſt charitas: q̄ ſuꝑ oēs virtutes celos facit aſcēdere: vñ nec deſertum pauꝑtatis: nec deſertū ſacre religionis: nec deſertū vite ſolitarie: nec delitie virtutū ſufficiunt ad aſcēſum in celū ſine charitate: q̄ eſt ignis qui naturaliter aſcēdit. De tali charitate q̄ aſcēdere facit loquit̄ Grego. in paſtorali. Tūc ergo charitas ad alta mirabiliter aſcēdit: cum ad ima ꝓximoꝝ ſe miſericorditer attrahit. ⁊ que benigne deſcēdit ad infima: valēter recurrit ad ſumma. Iſta charitas eſt currus igneus in quo helias aſcendit in terreſtrem paradiſuꝫ: in q̄ ſunt q̄ttuor rote: q̄ quattuor iſto mō dirigunt̄ ſc̄m Auguſt. Primum quod ſupra nos eſt ſcilꝫ deum. Scōm ꝓpter qd̄ nos ſumus. ſ. noſipſos ꝓpter deum. Tertiū qd̄ eſt iuxta nos: ſcꝫ proximū. Quartū qd̄ infra nos. ſ. corpus proprium. quoniā magis debemus diligere aīam proximi q̄ʒ corpus propriū.

¶ Tertium principale quod facit aſcendere eſt leuitas ſeu agilitas. nam homines leues et agiles facilius aſcendunt: q̄ʒ pingues et ponderoſi. etiā homines exonerati q̄ʒ onerati. Moraliter iſta leuitas ſeu agilitas eſt innocentia. ⁊ in innocentia hoīes ſunt leues et agiles: et ꝑ cōſequēs faciliter aſcendunt ad celum. Et qui ſunt innocētes: iſti ſunt qui nulli nocēt: ⁊ oībus proſunt. Augu. de pſalmorum nectare. Illa eſt vera innocētia q̄ nec inimico nocet: nec ſibi nocet. qui enim ſibi nocet: non eſt obligatus culpe vel pene: et quādo morit̄ aīa ſine medio aſcēdit ad deuꝫ: cuiuſmodi eſt infans baptizatꝰ ſtatim. et quiſpiam martyrizatus. ğ innocētia leniter aſcēdere facit: q: nullū pondus aggrauat talem innocentē. pondus. videlꝫ peccati mortalis. In huiꝰ figurā enoch trāſlatꝰ eſt in paradiſum: ꝑ quē ītelligit̄ ꝑſona innocēs. vñ innocētes aſcēdūt: ⁊ pctōres ponderoſi deſcēdunt. Uel ꝑ iſtā agilitatē intelligit̄ paupertas ſpūs: qm̄ pauperes ſpū onera tp̄alia (ſicut fecert ap̄l'i) deponūt: et voluntatē ꝓpriā dereliquūt ſicut ſunt viri religioſi. Cantico.iij. Que eſt iſta que aſcendit per deſertum ſicut

virgula fumi. Iſta eſt domina pauptas. In deſerto oſtēdit̄ egeſtas. In virgula te nuitas. In fumo leuitas ⁊ agilitas decla rat̄. ¶ Quarto aſcēdere facit violētia ſicut lapis violēter aſcēdit. Moraliter: ſic vera pnīa violēter aſcēdere facit aīam. In huiꝰ figura helias: q̄ fuit hō magne pnīe: aſcē dit ꝑ turbinē in celū. iiij. Reg. ij. Ita etiā Ionathas aſcēdit reptās pedibus et ma nibus. j. Reg. xiiij. Eſt em̄ pnīa vna ſcala in qua ſunt gradus: ꝑ quā aſcēdimꝰ quaſi per violentiā. Primus gradus ſcale peni tētie/eſt pctī deteſtatio. Nā volēs penite re opꝫ quatenꝰ deteſtet̄ pctm̄ ſuū. vn̄ Au gu. lib. de vtilitate pnīe. In tribunali mē tis tu aſcēde: de qua et reū te cōſtitue an te te: noli te poſt te ponere: ne deꝰ ponat te ante te. Scd̄s gradus poſt pctī deteſta tionē/amara cōtritio: que erit ī corde pec catoris ex recordatione pctī/et timore iu dicij: ad quā inducūt vilitas pctī. timor. ſ. mortis: timor iudicij: timor gehēne ſeu pe ne: offenſio creatoris: amiſſio patrie cele ſtialis. Tertiꝰ gradus pctī cōfeſſio: q̄ ſm̄ Amb. a morte liberat: aperit paradiſum: ſpē ſalutis tribuit. Aug. lib. de pnīa. Con feſſio ſalus aīarū: diſſipatio vitiorꝫ: reſtau ratrix ꝟtutū: oppugnatrix demonū. Quid plura? obſtruit os inferni: portas aperit paradiſi. Quartꝰ gradus pctī ſatiſfactio: cuius ſunt partes pnīe: elemoſyna: ieiuni um: ⁊ oratio. Eſt illa ſcala quā vidit iacob in ſomnis ſtātē ſuꝑ terrā: que attingebat vſq ad celū: et angeli aſcendebāt ⁊ deſcē debāt ꝑ eā. vt habet̄ Gen̄. xxviij. Nūquid pnīa ſcala cū gradibus antedictis: q̄ pec catore exiſtēte in terra: ſi vere peniteat ꝑ ducit ad celū. Scriptū eſt Mat. iij. ⁊ iiij. Pnīam agite: appropinquabit em̄ regnū celorꝫ. Per iſtā ſcalā aſcendūt angeli offe rētes pnīam deo: ⁊ deſcendūt pctōres ad pnīam inducentes: vel aſcēdunt ⁊ deſcen dūt pctōribus congratulātes: qr vt habe tur Luc. xv. Gaudiū eſt angelis dei ſuper vno pctōre pnīam agente. Ergo pctōr cu piens de pctīs penitere: cogitet in ſeipſo quatenꝰ ponat in corde aſcendēs in valle lachrymarum aſcēſiones iā dictas. ſ. pctī deteſtationē: cōtritionē: confeſſionē: et ſa tiſfactionē. et ſic locus acquiret̄ ſuperior: et dicetur ei. Amice aſcende ſuperiꝰ. ⁊ erit ei gloria: et non pena. Ad quam gloriam nos perducat ⁊c.

¶ Dominica. xviij. poſt feſtum trinitatis. Sermo. j.

Gratias ago deo meo. j. Cor. j. In gratiarū actionibꝰ ſi ſufficiēter red dantur de iſtis tribus.

Primo modus ⁊ forma de bet obſeruari.

Scd̄o cui reddātur debet cogitari.

Tertio finis debitus debet contēplari.

¶ De iſtis tribus ſcribit̄. j. Theſſal̄. j. Gra tias agimus deo ſemper ꝓ oībus vobis. Gratias debemus agere ſemper. ecce mo dum (domini) quoad ſecundum. pro om nibus vobis. quoad tertium. Quantū ad primum dicitur gratias agere. non ſolum dicere: ſed magis agere. ſicut multi qui ſo lum dicunt et non faciūt: de quibus Eſa. xxix. Populꝰ iſte ore ſuo et labijs ſuis me honorat. cor autem eorum longe eſt a me. et recitatur Mat. xv. et Mar. vij. Corde voce ore ⁊ opere gratiarum actiones ſunt reddende. et quomodo? ſemper. vnde To bie. iiij. Omni tempore benedic deum. ho ris et temporibus opportunis. Cui ſunt reddende? deo creatori: quoniā ab ipſo cū cta bona procedunt. Omne datum opti mum: et omne donū perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. Iaco. j. ¶ Dictū eſt primo ꝙ in gratiarum actio nibus modus dꝫ obſeruari. Modi ſunt iſti: vtpote

Primus quatenus reddātur iocūde cum deuotione.

Scd̄o magnifice et ſine coactione.

Tertio aſſidue et ſine intermiſſione.

Quarto integre et ſine diminutione.

¶ Primus modus iocundus ⁊c. ad modū auiū que ſentientes beneficium ſolis gar riendo ſuo modo deum laudāt: et gratia rum actiones ſuo referunt creatori. Qua re deuote et iocunde debemus agere gra tias deo? Ratio eſt: quia gratis et ſine me rito a deo nobis beneficia largiuntur. Et de iſto modo habetur Eſaie. lj. Gaudium et leticia inuenietur in ea: gratiarū actio et vox laudis. ¶ Secūdus modus magni fice. quare? quia magna ſunt bn̄ficia que a deo recepimus. ⁊ magna pericula a qbꝰ nos deꝰ liberauit ⁊ cuſtodiuit. ij. Macha. j. De magnis periculis a deo liberati ma gnifice gratias agimꝰ ipi. ſ. deo creatori.

Nūquid magna beneficia creationis/re dēptionis/et ſaluatiōis? Manifeſte gra tias agebat venerabilis Anſelmꝰ: et ꝓpt̄ pericula que euaſerat manifeſte dei gra cum dicebat. Tibi ago grās deus meus/ mīa mea: qui me ad tuā cognitionē per ducere: et ꝑ ſacri baptiſmatis ablutionē inter adoptionis filios aggregare digna tus es. tibi ago laudes et grās: te laudo et glorifico: qui me in brachio ꝟtutis tue de multis anguſtijs: calamitatibꝰ: et mi ſerijs frequenter liberaſti. Te laudo q̇ me ſoſpitatē mēbrorꝫ: tranquillitatē tēporis: amorē: affectuꝫ: et charitatē ſeruorꝫ tuorꝫ in me: q̄ ſunt dona tue pietat(: cōferre di gnatus es. Sancte ſctōrꝫ deus bn̄dico ti bi: glorifico te: adoro te: laudo te: grās ti bi ago. hec in meditationibꝰ ſuis. ¶ Ter tius modus aſſidue: qm̄ aſſidue a deo no bis beneficia impēdunt̄. j. Theſſalon̄. v. Semꝑ gaudete: ſine intermiſſione orate in oībus gratias agite. Chryſoſto. ſuper Mat. homelia. xv. Optima bn̄ficiorū cu ſtos et memoria eorꝫ: ⁊ perpetua cōfectio gratiarū. Quid eſt gratiarꝫ actio niſi q̄dā recognitio bn̄ficiorꝫ. et ſuū ꝯtrariū vocat̄ ingratitudo: que ſm̄ Berū. ſuꝑ cātica eſt beneficiorꝫ perditio. Gratiarum (inquit) ceſſat decurſus: vbi recurſus nō fuerit. Et Hugo de ſancto victore. Grās deo agere ē totū deo: ⁊ nihil ſibi attribuere. ¶ Quar tus modus integre reddere: nō ſolum de vno: ſed de oībus ⁊ ſingulis bn̄ficijs. Oīa que dat deus ſunt bona: et nullū malum culpe dat nobis: ideo integre: nō diminu tiue/nec diminute debent eſſe gratiarum actiones. j. Theſ. v. In oībus grās agite Bern̄. Diſce miſer ī referēdo nō eſſe tardū aut ſegnē. diſce ad ſingula agere gratias. diligenter conſidera que tibi apponunt̄: et nulla dei dona debita gratiarū actiōe fruſtrant̄. Et btūs Greg. Uniuerſe creatu re. omnia que videmꝰ ad gratiarū actio nes nos inuitant.

¶ Secūdo principaliter fuit introductuꝫ cui gratiarū actiones ſunt referende. Et ſtatim rn̄detur ꝙ non alteri niſi ſoli deo. ergo gratias agamus dn̄o deo noſtro: qr dignum et iuſtū eſt. qđ attēdentes ſancti et boni in patria nō ceſſant clamare dicē tes. Apocal̄. vij. Bn̄dictio et claritas ⁊ ſa pientia et gratiarū actio honor ⁊ virtus et fortitudo deo nr̄o in ſcl'a ſeculorꝫ amē.

Legit̄ in quadā hiſtoria. ꝙ olim magnus exercitus tranſiuit mare ꝯ infideles: acci dit ꝙ miles quidā de exercitu vidit leonē quendā quē ſerpens ita ligauerat ꝙ leo ſe mouere non poterat. miles ꝟo pietate cōmotus ſerpentē occidit: et leonē libera uit. et leo tanq̄ aīal gratum ſeruituti mi litis ſe totaliter mācipauit: militē per ne mora defendebat. imo toti exercitui pluri ma cōmoda ꝯferebat. Quid vltra? militē ad propria redeuntē ſecutus eſt. et dū mi les nauem aſcēderat volens leonē dimit tere. leo ſaltauit in mare: et natando ſeq̄ batur magiſtrū ſuum: ⁊ finaliter ſubmer ſus eſt. Et ſic aīal pro ſua pia gratitudi ne morti ſe expoſuit: quanto magis nos qui ſumus rationales: debemus creatori nr̄o grati eſſe tanq̄ benefactori/ creatori redēptori/⁊ ſaluatori.

¶ Tertio principaliter finis debitus ⁊c. Cauſa finalis ꝓpter quā ſunt reddende gratiarū actiones: ſunt beneficia que exi ſtunt. videlꝫ tēporalia: ſpūalia: celeſtia. et de beneficijs et gratiarū actionibus loq̄ tur thema. vbi dicitur. Gratias ago deo meo ⁊c. Ubi tria oſtēduntur.

Primo xp̄ianorꝫ gratitudo debita cū effe ctu. gratias ago.

Scd̄o diuinorꝫ altitudo quā colimus cuꝫ affectu. deo meo.

Tertio beneficiorꝫ multitudo quā reſpici mus cū profectu. in oībus diuites.

Unica pars.

¶ Dimiſſis primo et ſe cundo articulis: veniendū eſt ad tertium vbi eſt agendū de diuitijs. In oībus diui tes facti eſtis. et iuxta tria beneficiorꝫ ge nera diuitiarum: qm̄ ſunt

Primo diuitie temporales.

Secūdo diuitie ſpūales.

Tertio diuitie eternales.

De iſtis tanq̄ de bn̄ficijs deo: a quo ſunt gratiarū actiones reddende.

¶ Primo ſunt diuitie tēporales: et de nu mero iſtarū diuitiarū ſunt

Primo diuitie que male acquirūtur.

Scd̄o diuitie que male retinentur.

Tertio diuitie que male diſpenſantur.

¶ Primo ſunt diuitie que male acquirun tur. hoc eſt illicit(modis: modo ſimonia co: modo vſurario. per furtū: per rapinā: per fallacias: per fraudes: per pondera

falſa: per menſuras iniuſtas. de quibus
Viere.xvij. Perdix fouit que nō peperit.
Fecit diuitias ⁊ nō in iudicio. ſupple nō
iuſto: immo iniuſto. ⁊ in dimidio dierum
ſuoꝝ derelinquet eas. ¶ Itē ſcđo ſunt di-
uitie q̄ male retinent̄. Grāde malū ſub ſo
le diuitie ꝯſeruate in malū dñi ſui. Eccl'ſ
v. In malū, Eccli.xj. Si diues fueris: nō
eris imunis a delicto. In malū pñtis pe-
ne. vñ ſeqt̄ Eccl'ſ.v. Cūctis dieb' vite ſue
comedit in tenebris: et in curis multis: ⁊
in erūna atq; triſticia. In malū pene eter
ne. q2 mortuus eſt diues ⁊ ſepultus eſt in
inferno. Luc.xvj. Pereunt tales diuitie
in afflictiōe peſſima. hoc eſt affligūt poſ-
ſeſſorē ſuū. afflictio in acq̄rendo: in ꝯſer-
uando: in amittēdo. ¶ Itē tertio ſunt di
uitie que male diſpenſant̄. j. Timoth.vj.
Qui volūt diuites fieri incidūt in tenta-
tionē: et in laqueū diaboli. Notāter dicit
qui volūt. non q̄ ſunt. nō loquit̄ de poſſeſ
ſoribus: ſed de amatoribus q̄ ponunt cor
ſuū in amore diuitiarū. ꝯtra illud pſ.lxj.
Diuitie ſi affluāt nolite cor apponere. Ta
les diuitie multa mala faciunt.
Primo faciunt mentē ſitire.
Scđo faciunt corda ſuperbire.
Tertio ꝑ ipſas lites oriuntur.
Quarto per ipſas labores introducūtur.
Quīto poſſeſſores ꝑuant̄ celi habitatiōe
Sexto fraudant̄ dei dilectione.
¶ Primo faciunt mentē ſitire. accendunt
eñ cor humanū ad plus habēdū/ad mo-
dum hydropici: qui dū plus bibit: plus
ſitit. eſt eñ quoddā venenum qđ generat
latam ſitim quaſi vſq; ad mortē. Sic mo
raliter eſt de amatoribus diuitiarū. ſunt
eñ diuitie illis ſicut venenū: que diuitie
ſitim ⁊ ardorē habendi generāt. tales eñ
amatores de diuitijs acquiſitis nō replē-
tur: ſed vacuant̄: non delectant̄: ſed ma-
gis cruciantur ⁊ moleſtant̄. vñ btūs Au-
guſti. ī quodā ſermone de quadrageſima
ita ad propoſitū loquit̄. Ita quādo ſunt
diuitie quibus creſcētibus creſcit inopia
que amatoribus ſuis quanto fuerint am
pliores non afferunt ſatietatem: ſed inflā
mant cupiditatem. tu putas qui minus
eget: minus egeret ſi minus haberet. Naꝫ
video quoſdā cum paruam haberent pe-
cuniam: paruis lucris fuiſſe letatos. ſed
vbi abundare ceperūt: lucra modica con-
tempſerūt. Credas eos fuiſſe ſatiatos. fal

ſum eſt. nam pecunia fauces auaricie nō
claudit: ſed extendit. non irrigat: ſed īflā-
mat. vnde ſcriptum eſt. pſ.xxxiij. Diuites
eguerunt et eſurierunt ⁊c. ¶ Secundo di
uitie faciunt ⁊c. Pro iſta parte loquitur
beatus Auguſtin' ſermone.xxix. Difficile
(inquit) eſt vt ſuperbus nō ſit qui diues
eſt. tolle ſuperbiā et diuitie nihil tibi no-
cebūt. Sicut eñ mali humores ſimul ag
gregati faciūt apoſtema et inflaturam: ⁊
exinde mors ſequit̄. ſic humores corrupti
diuitiarū preſertim qñ ſunt male acq̄ſite:
generāt inflaturam ſuperbie: et ex hoc ſe-
quitur mors eterne dānationis. Legitur
ꝙ quidā miles percuſſit in facie regē: pa-
rentes militis venientes ad regem veniā
poſtulantes dixerunt ꝙ tūc miles ille tā-
ta ſuperbia erat inflatus: ꝙ niſi hoc feciſ
ſet: crepuiſſet per mediū. Quod rex conſi-
derans: locū illum vbi tūc miles tenebat
pedem: perfodi fecit: et magnus theſau-
rus vbi inuentus eſt. vñ inquit rex pru-
dens. Scio ꝙ nihil facit ita hoīem ſuper
bum ſicut diuitie. Prouer.viij. Opes ſu-
perbe diuitie. ¶ Tertio diuitie ⁊c. Nēpe
diuitie faciunt hoīes litigare. Siquideꝫ
propter iſtas lites hoīes diuites a latro-
nibus occidūtur: a principibus inuadun
tur. qñ a pauperibus nihil querit̄: ſed ꝓ
extorquēdis pecunijs plura diuitib' im-
ponunt̄ ſm beatum Grego. Serpens fu-
git hoīem nudū: ⁊ inuadit veſtitum. Sic
raptores a nudis pauperibus nihil que-
rūt: ſed indutos. ſcꝫ diuites inuadunt: et
illos expoliant quantū poſſunt. propter
qđ dicebat quidaꝫ. ꝙ auarus nihil aliud
eſt ꝙ̄ arca principū: et burſa latronum.
Propter diuitias diuites frequenter liti-
gant: et inter ſe ſepe diſcordias habent.
vnde ſcribitur Gene.xxxvj. ꝙ iacob ⁊ eſau
diuites erāt: et nequibāt habitare ſimul.
¶ Quarto pricipaliter ꝓpter diuitias ⁊c.
diues eñ nunꝙ̄ eſt in quiete: aut laborat
in acquirendo: aut vigilat in cuſtodiēdo:
aut timet in amittendo. Eccl'ſ.v. Saturi
tas diuitis non ſinit eum dormire. Mat.
xiij. Marci.iiij. ⁊ Luc.viij. diuitie ſpinis
comparantur: quia ad modum ſpinarum
pungunt et lacerant. laborem et ſollicitu
dinem inducunt. Petrus de rauen. Auri
ſeruator ſecuritatem non habet: et neſcit
quietes. Eccli.xxxj. Laborauit diues in
congregatione ſubſtantie. Augu. de v̄bis

domini. Aurum eſt materia laborū: peri-
culū poſſidentiū. ¶ Quinto diuites priuā
tur celi habitatione. Diues difficile habi
tabit in regno celorū. Ratio aſſignatur.
Sunt enim quedam arbores que vno an
no copioſe fructificant: in alio v̄o nihil
portant. Hoc apparet de oliua et de amy
gdalo. Item dicit ariſtoteles ꝙ ſunt que-
dam arbores que in iuuentute fructificāt
in ſenectute v̄o deſinunt facere fructum.
Sic moraliter ſunt nonnulli qui in iuuē-
tute. hoc eſt in vita preſenti diuitijs abū-
dant multis: ſed in ſenectute. i. in alia vi
ta carebūt diuitijs paradiſi. Item ī vno
anno. ideſt in hac vita fructificant in diui
tijs: ſed in alio carebunt. Qui amat diui-
tias fructum non capiet ex eis. Eccl'ſ. v.
¶ Sexto diuites ſemper ⁊ frequēter frau
dantur ⁊c. Siquidem amor diuitiarū tol
lit dei timorē et amorē. hoc eſt verū de di
uite epulone: in quo non fuit amor: nec
timor dei. Patet etiā de illo diuite qui co
gitabat horrea ampliare ⁊ maiora facere
Luce.xij. Propter illa que dicta ſunt: ter
rene diuitie contēnende ſunt. Sed quid
dicemus de multis viris iuſtis: qui diui-
tes fuerūt in tēporalibus rebus: ſicut de
patriarchis: de zacheo: de ioſeph ab ari-
mathia: de Joachim viro Suſanne ⁊c.
Rñdeo ꝙ iſti diuitijs bene vſi ſunt: et di
uitie non fuerūt eis ad demeritū: ſed ma-
gis ad merituꝫ: qñ ſi diuitie temporales
mente nō habeant̄: pauperi diſtribuant̄
inique nō acquirantur: auare non cuſto-
diantur: ſunt adiuuamenta ad ſaluādū: ⁊
non impedimenta. Tales diuitie ſolent
aīas redimere. Redēptio aīe viri/diuitie
ſue. Prouer.xiij. Solent gloriā tribuere
Prouerb.xiiij. Corona ſapiētum diuitie
eorū. Amicos acquirere. Prouer.xix. Di-
uitie addunt amicos plurimos ⁊c.
¶ Secūdo principaliter ſunt diuitie ſpi-
rituales. Iſte ſunt v̄tutes maxime. iſte di
uitie ſcientia et ſapientia: quā habemus
de deo vero: de quibus diuitijs beat' Au
guſt. ſuper Matth. Si eas habuerimus
perdere non poſſumus. ⁊ Prouerbi.viij.
Mecum ſunt diuitie et gloria. Per me re
ges regnāt: et legū cōditores iuſta decer-
nunt. Per me principes imperant: et po-
tētes decernūt iuſticiam. Loquit̄ beatus
Auguſtinus in quadā homelia. Sole di-
uitie vere ſunt: que nos virtutibus diui-

tes faciunt. ſi ergo fratres diuites eſſe cu
pitis: veras diuitias amate. ſi culmē veri
honoris cupitꝫ et q̄ritis: ad celeſte regnū
properate al'ſ ſcandite. ſi gloriam digni-
tatis diligitis: in illa ſuperna angelorum
curia aſcribi feſtinate. Et beat' Bernarđ.
ſermone.iiij. ſuper cantica. Vere ergo di-
uitie nō opes ſunt: ſed virtutes: quas ſe
cum conſcientia portat vt in perpetuum
diues fiat.
¶ Tertio ſunt diuitie celeſtes. ⁊ figurātur
per diuitias regine ſaba: de quibus. iij.
Regū.x. vbi legitur ꝙ regina ſaba venit
in hieruſalem cum diuitijs multis. Iſte
ſunt diuitie ſine afflictiōe quacūq;. Pro-
uerbi.x. Benedictio dñi diuites facit. vñ
ſanctus fulgebit vt ſol glorificat': huma
nitas quieta erit ibi: ⁊ concors caro ⁊ ſpi
ritus: angeloꝝ et hominum vnū erit gau
dium: vnum collegium: vnū conuiuium.
Nō lāguebit amor: nec liq̄faciet dulcedo
preſentib' oībus bonis nulla erit dilatio
nis afflictio: qñ bñficia diuine maieſtatꝫ
ꝑſentia erunt oīa: et erit in cōſpectu eoꝝ
potētia et pax: ſapiētia atq; iuſticia. Con
cludo finaliter. ſunt diuitie que exportāt
ſpecial'r. diuitie q̄ magnificāt mirabiliter
diuitie que glorificāt eternaliter. Primis
non debemus inſiſtere feruenter appetē-
do. Secundis debemus adherere bona
opera faciendo. Tertias debemus appe-
tere malis potēter reſiſtēdo. Quarū nos
participes ⁊c.

¶ Dñica.xviij. poſt feſtum trini-
tatis. Sermo.ij.

MAndatū magnū
in lege. Mat.xxij. Teſte ſa-
cro eloquio.
Magnū quod colitur: et a
fidelibus adoratur.
Magnum qđ a deo diligitur: cuius boni
tas augmentatur.
Magnū quod precipitur: et pro merito
obſeruatur.
¶ Primo magnū ⁊c. Iſta magnitudo eſt
in deo qui credit̄: colitur: ⁊ adoratur a no
bis. Deus magnus dñs: et rex magn' ſu-
per oēs deos. in pſ.xciiij. De' noſter ma-
gnus in altitudine preſidentie ad moduꝫ
celi continens omnia. ij. Eſdre.iiij. capi.
Magna eſt terra: et excelſum eſt celum.
ſic deus ſolus. Magnus es tu ⁊ faciens

mirabilia:tu es de⁹ ſolus.pſ.lxxxv. Ma-
gnus in longitudine exiſtentie ſine princi
pio et ſine fine. ab eterno vſq₃ in eternū.
Hiere.xxxij. Ipſe eſt magnus cõſilio:et in
cõprehēſibilis cogitatu. Magnus in lati
tudine clemētie. Mia tua magna eſt ſup
me. pſ.lxxxv. Iſta magnitudo eſt ad mo-
dū maris:de quo ĩ pſ.ciij. Hoc mare ma-
gnū ⁊ ſpacioſum. Sic mĩa dei dicitur ma
gna.pſ.l. Miſerere mei deus ſm magnā
mĩam tuā. Magnus in ꝓfunditate ſapiē
tie ad modū abyſſi ſine fundo. Iob.xxxvj.
Deus magnus vincens ſcientiam noſtrā.
Magnus dñs noſter: et magna virt⁹ ei⁹:
et ſapiētie eius nõ eſt numerus.pſ.cxlvj.
¶ Scđo magnū. vir iuſtus et bonus ma-
gnus reputatur ex multis:non in magni-
tudine quãtitatis/et molis:ſed magis in
magnitudine virtutis. Sic multi magni
in teſtamēto antiquo ⁊ nouo:vtpote abra
am magn⁹ in altitudine credulitatis. Eccĩ
xliiij. Abraã magnus pr̃ multitudinis gē
tiū. Moyſes in ꝓfunditate humilitatis.
mitiſſimus ſuꝑ oẽs hoĩes:q̃ habitabãt in
terra. Nume.xij.et Exodi.xj. Fuit moyſes
vir magn⁹ valde in terra egypti. Eccĩ.xlv.
Dilectus deo ⁊ hoĩbus moyſes.ꝓpter hu
militatē. Iob magnus in longitudine pa
tiētie. Erat vir ille magnus inter oẽs oriē
tales. Iob.j. Ioſue magnus in latitudi-
ne potentie. Eccl'i.xlvj. Fortis in bello ie-
ſus naue ſucceſſor moyſi in ꝓphetis: q̃ fu
it magnus ſm nomē ſuum. Iohãnes ba-
ptiſta magn⁹ in aſperitate penitētie. Hic
erit magnus coram dño. Luc.j. Ubi ſcien
dum ꝙ aliqui ſunt magni

Primo aliqui ſunt magni coram mundo:
et non coram deo.

Secundo quidam ſunt magni corã deo:⁊
non coram mundo.

Tertio quidam ſunt magni coram deo:et
coram mundo.

¶ In primo loco ſunt magni prelati ma-
li:mali ex tyrãni ſocij illi⁹ nabal de quo.j.
Reg.xxv. Hõ ille magnus nimis.et poſt-
ea ſequit̃.ꝙ erat hõ durus ⁊ peſſim⁹⁊ ma
licioſus. Durus per auariciã. peſſim⁹ per
ſuꝑbiã. malicioſus ꝑ inuidiã:quales ſunt
ſupradicti magni corã mũdo. ¶ Secundi
ſunt humiles iuſti deū timētes:qualis fu
it iohannes baptiſta. Erit em̃ magnus co
rã dño. Luc.j. quales fuerunt oẽs apl'i ho
mines magni virtute et prudētia ſua pre-
diti. Eccl'i.xliiij. et Iudith.xvj. Qui timēt
te:magni erunt apud te. de quoꝝ numero
btũs dñicus. Mat.v. Hic magnus voca-
bit̃ in regno celoꝝ. ¶ Tertij ſunt boni pre
lati:boni ꝑncipes: quales fuerũt beatus
martinus: nicolaus:ludouic⁹: eduardus
⁊c̃. Iſti ab initio fuerunt magni.
¶ Tertio magnū diuinum mandatum. et
de iſto loquitur thema. Mandatum ma-
gnum in lege. Ubi tria oſtenduntur.

Primo ponitur vnum quod precipit̃. mã
datum.

Secundo ſubiungitur aliud quod extolli
tur.magnum.

Tertio concluditur reliquum quod ſcribi
tur.in lege.

Prima pars.

¶ Quãtum ad primum

aliq̃ q̃ſtiones introducunt̃ valde vtiles.

Prima queſtio quot ſunt mandata cuſto-
dienda.

Scđa queſtio quare ſunt obſeruanda.

Tertia q̃ſtio quale meritū cuſtodiētibus.

Quarta queſtio quale demeritū tranſgre
dientibus.

¶ Prima queſtio ⁊c̃. Quot ſunt mandata
legis moyſi: Reſpondet̃ ꝙ ſunt quattuor
ideo vocãtur decalogi mãdata:que ſcribū
tur Exo.xx. Nõ habebis deos alienos co-
ram me. preferēdo mihi in cultu latrie in
amore dilectionis aliquam creaturã. Ubi
innuitur in iſto mãdato/ꝙ ſolus ver⁹ de⁹
et vnus eſt ſuper oĩa diligēdus:⁊ ſoli deo
cultus latrie exhibetur. In iſto mandato
multa illicita ꝓhibētur:ſicut ꝓhibet̃ oĩs
idolatria:oĩs ſuperſtitio:omne ſacrilegiū
(al's ſortilegium) que vidētur ꝓcedere ex
quodã pacto inito cum demone tacite vel
expreſſe. In iſto ꝓceſſu toto accipit̃ prece
ptū ꝓ mãdato:et ecõtra. Illud mandatū
vocat̃ primū et maximū. Primū inquã in
ordine mãdatoꝝ. primū etiã in dignitate
rõne obiecti digniſſimi qđ eſt deus. Pri-
mū in intētione:q: primus nõ diligit̃ ni
ſi propter deū. Itē maximū rõne charita-
tis:que implicat̃ in hoc mandato:que eſt
maxima virtutū. vñ ſcriptū eſt.j. Coꝝ.xiij.
Maior aũt hoꝝ eſt charitas. de hoc man
dato Prouerb.vj. Mandatū lucerna eſt:
et lex lux. Scđm mandatū. Non aſſumes
nomē dei tui in vanū. Iurare in vanū eſt
iurare ſine fundamēto:vel fruſtra ſine cã.

Unde iuramentum debet habere tres co
mites:qui ſunt

Primo veritas.

Secundo iudicium.

Tertio iuſticia.

¶ Primo veritas:vt ſciat q̃s firmiter ꝙ il
lud qđ iurat eſt verū: vel credit eſſe verū.
et hoc iurare de ſcientia vel de credulitate
et ſcit: hoc nõ ꝓhibet̃ iurare in iſto mãda
to. Scđs comes iurãdi eſt iudiciū. hoc eſt
deliberata diſcretio:vt non iuret niſi pro-
pter neceſſitatē:vel propter vtilitatē. Ter
tius comes ē iuſticia: vt illud qđ iurat ſit
licitū et honeſtū. et ſi ita nõ fuerit eſt iura
re in vanū:⁊ eſt mãdatū ꝓhibitū. hoc em̃
mãdatū habemus a deo nõ iurare. ſ. in va
nū. Tertiū mãdatū. vt diē ſabbati ſancti-
fices. In lege moyſi celebratū fuit ſabba-
tū:ſicut in lege xp̃ianoꝝ dñica. cultus ille
vocatur ſctĩficatio:in qua die hõ dꝫ diui-
nis rebus vacare. vñ dicebat̃ ſctĩficata di
es illa. hoc eſt deputata ad vacãdū deo:⁊
ceſſandū ab opere ſeruili. figurabat em̃ re
quiē xp̃i in ſepulcro que fuit in ſabbato.
Itē figurabat requiē mentis in deo/et re
quiē fruitionis dei:q̃ erit in patria. Huic
obſeruãtie ſucceſſit in noua lege dñica di-
es:nõ tñ ex vi precepti legis:ſed magis ex
cõſtitutione eccl'ie:et cõſuetudine populi
xp̃iani ꝓpter reuerētiã reſurrectiõis dñi-
ce:in qua die eſt vacandū ab operib⁹ ſerui
libus:que oꝑa ſunt mechanica vt agricul
tura:mercatio:⁊ plantatio:et ſic de alijs.
Quartū mãdatū. Honora patrē tuū ⁊ ma
trē tuã. honora patrē tuū q̃ eſt pr̃ in gene
ratione: qui eſt tui eſſe nature. vel hono-
ra illū patrē qui eſt principiū tui eſſe grē/
ſicut eſt prelat⁹:qui eſt pr̃ ſpũalis. Uel ho
nora patrē tuū:qui eſt pr̃ tu⁹ defenſione ſi
cut eſt rex. Ratio illi⁹ ꝑcepti:qm̃ tenemur
diligere deū ⁊ ꝓximū. inter ꝓximos cõpu
tant̃ primo ⁊ principaliter parētes carna
les. vñ honor parētū ⁊ dilectio oſtēdit̃ in
honore ⁊ ſuſtētatione loco et tp̃e opportu
nis. Quintū mãdatū. Nõ occides. vbi ꝓ-
hibet̃ homicidiū nõ ſolū explicite: ſꝫ etiã
implicite oĩs mot⁹ ire contra ꝓximū:ſiue
ſit cordis ſicut eſt odiū: qm̃ q̃ odit fratrē
ſuū homicida eſt.j. Ioh.iij. ſiue ſit oꝑis ſi
cut ꝑcuſſio cã mortis. ſiue oris ſicut blaſ-
phemia ⁊ cõtumelia. Prohibetur etiã hic
oĩs occiſio ĩiuſta ſicut qñ fit ſine culpa vel
cã. vel qñ fit ꝑ illū q̃ nõ eſt iudex:vt q̃ po-
teſtatē nõ hꝫ. vel qñ fit libidine vindicte:
nõ amore iuſticie ⁊c̃. Sextū mãdatū. Nõ
mechaberis. Nobis prohibetur oĩs illici
tus concubitus: oĩs carnalis copula exce
pto federe matrimoniali. et ſunt octo ſpe
cies que prohibentur.

Prima ſpecies fornicatio:que fit ſolutus
cum ſoluta.

Scđa vocatur meretricium:que fit cū pu
blica venali.

Tertia adulteriū: quando cõiugalis tho-
rus violatur.

Quarta ſtuprū ſiue defloratio qñ virgina
lis integritas corrumpitur.

Quinta ſacrilegium quo continētia ſacra
ta leditur ſicut in religioſis ⁊ in clericis
in ſacris ordinibus conſtitutis:⁊ in his
qui votum continentie emiſerunt.

Sexta inceſtus:quo vinculū cõſanguini-
tatis ⁊ affinitatꝭ ⁊ cõpaternitatꝭ rũpit̃.

Septima pctm̃ cõtra naturã: et ſunt due
ſpecies. ſ. pctm̃ ſodomiticum: maſculus
cū maſculo: et mulier cum muliere. alia
ſpecies quando fit cum brutis.

Septimū mandatū. Nõ furtū facies. vbi
ꝓhibet̃ oĩs ꝯctus ſiue cõtrectatio rei alie
ne inuito dño. Ubi ſciēdū ꝙ ꝯctio ſiue cõ
trectatio rei aliene põt fieri trib⁹ modis
et licite. Uno mõ qñ nõ fit ex cupiditate:
ſed ex mãdato dei:ſicut fecerũt filij iſrl' au
ferētes vaſa argētea ⁊ aurea ab egyptijs.
Exo.iij. Alio mõ ex cautela ſicut ſi auferat̃
gladi⁹ a furioſo: ne ſibi vel alteri noceat.
Tertio mõ ĩ extrema neceſſitate ſi eſuriēs
vſq₃ ad mortē furet̃ panē nõ peccat. qm̃ ĩ
extrema neceſſitate om̃ia ſunt cõia. Octa
uū preceptū. Nõ loqueris cõtra ꝓximum
tuū falſum teſtimoniū. vbi ꝓhibet̃ oẽ ge-
nus mēdacij. Eſt em̃ mēdaciū ꝑnicioſum:
qđ eſt ſummopere cauendū: q: graue pec
catū. ⁊ aliud qđ ꝓdeſt:⁊ vocat̃ officioſuꝫ.
eſt et aliud qđ delectat. ſ. mēdacium ioco
ſum. In hoc etiã mãdato includit̃ tacitur
nitas tp̃e neceſſitatis. Nonū mãdatū eſt
et decimū ſimul. Nõ cõcupiſces vxorē pro
ximi tui. hic ꝓhibētur duo. ſ. cõcupiſcētia
carnis ſicut nõ deſiderabis vxorē proximi
tui:nõ domū:nõ ſeruū:nõ ancillã ⁊c̃. ⁊ ſic
de alijs rebus. Hic ꝓhibētur duo. ſ. cõcu-
piſcētia carnis:ſicut. Nõ deſiderabis vxo
rem proximi tui. Secundo prohibet̃ con-
cupiſcentia oculorum in re aliena.

¶ Scđa queſtio ꝑncipalis fuit quare dei

mādata ſunt obſeruāda? Rñdetur ꝙ ſunt
obſeruāda rōne ꝓcipiētis: q̄ eſt timēdus
et diligēdus. Iſto mō obedit ſeruus man
datis dñi ſui timore ⁊ dilectiōe. Ioh.xiiij.
Si diligitꝫ me: mādata mea ſeruate. Iſto
modo diſcipulꝰ obedit magiſtro ſuo. Eccī
ij. Qui timēt dñm cuſtodiūt mādata. et in
ps̄.cxviij. Tu mādaſti māda. tua: cuſto. ni
mis. ¶ Scđo obſuāda ſūt rōne materie.
Primo q: ſunt dulcia ad delectandum.
Scđo q: ſunt leuia ad faciendum.
Tertio q: ſunt fidelia ad complendū.
¶ Primo ſunt obſeruāda: quia dulcia ⁊c̄.
Eccī.xxiij. Nihil dulciꝰ ꝙ̄ reſpicere in man
datis dñi. Item mādata leuia. Deut.xxx.
Mādatū hoc qđ ego precipio tibi hodie
nō ſupra te eſt. j. Ioh.v. Mādata eiꝰ gra
uia nō ſunt. Tertio ſunt fidelia. in ps̄.cx.
Fidelia oīa mādata eiꝰ. ¶ Tertio ſunt ob
ſeruāda rōne forme. Sūt em̄ mādata no
bilia patentia ⁊ delectabilia: quapropter
cōcludit Eccl'ſ vlti. Deū time ⁊ mandata
eius obſerua. et Prouerb.vj. Mādatū lu
cerna eſt: et lex lux. ¶ Quarto ſunt obſer
uanda rōne finis q̄ eſt vtilis valde. qm̄ dr
Matth.xix. Si vis ad vitā ingredi ſerua
mādata. ⁊ Prouer.xix. Qui cuſtodit man
datū: cuſtodit aīam ſuā. ⁊ Ioh.xiiij. Qui
habet mādata mea ⁊ ſeruat ea ille eſt q̄ di
ligit me. Qui autē diligit me: diliget a pa
tre meo. et Eccl'i.ij. Quis ꝑmāſit in māda
tis eiꝰ ⁊ derelictꝰ eſt? Ubi notant due dile
ctiōes. dei / ⁊ ꝓximi. ī qbꝰ tota lex pēdet ⁊
ꝓphete. ⁊ Eccs.viij. Qui cuſtodit ꝓceptū
nō experiet quicꝙ̄ mali. nec malū pene.
¶ Et ſic ſequit tertia queſtio principalis:
quale bonum reſtat mandata obſeruanti
bus? Et reuera multiplex ſicut in parte di
ctum eſt: qm̄ mandata
Primo vitam conſeruant.
Secundo vitam prolongant.
Tertio poteſtatem conferunt.
Quarto charitatem inducunt.
Quinto pacem procurant.
¶ Primo vitā ⁊c̄. Deut.viij. Omne māda
tū qđ ego precipio tibi hodie: caue diligē
ter vt facias: vt poſſitis viuere. ⁊ Prouer.
vij. Serua mādata mea et viues. intelligi
tur de vita grē. maxime etiā de vita glie.
Si vis ad vitā ingredi ⁊c̄. ¶ Itē ſcđo vitā
ꝓlōgāt. ſicut legit de ſalomone. iij. Reg.
iij. Si ambulaueris in vijs meis: et cuſto
dieris precepta mea ⁊ mandata mea ſicut
ambulauit pater tuus: lōgos facies dies
tuos. ¶ Tertio poteſtatem cōferūt etiā in
tēporalibus. et de hoc hr̄ Deut.xxviij. Si
audieris vocē dei tui vt facias atꝙ cuſto
dias mādata eiꝰ que ego precipio tibi ho
die: faciet te dñs deus tuus excelſiorē cū
ctis gētibus que verſant in terra. ¶ Quar
to pacē ꝓcurāt. mādata em̄ ſecūde tabule
bene ꝑ oīa ordināt hoīem ad ꝓximū: et ꝑ
ꝯñs generāt concordiā ⁊ pacē. Eſa.xlviij.
Utinā attēdiſſes mādata mea. facta fuiſ
ſet ſicut flumē pax tua. et Ioh.xiij. Man
datū nouū do vobis vt diligatis inuicem
⁊c̄. ⁊ ſic intra vos habetis pacē. Iſta quat
tuor mādata figurātur in decē cortinis ta
bernaculi factꝫ de byſſo retorta. Exo.xxxvj
Ex oībus ſupradictis ꝯcludit ꝙ iſta quat
tuor mādata ſunt credēda: ſeruāda: īplen
da: predicāda: et docēda. Et iſtis cōpletis
ingrediemur vitā: ⁊ poſſidebimus gloriā.
ad quam nos perducat ⁊c̄.

¶ Dominica.xiij. vel.xviij. poſt feſtum tri
nitatis. Sermo.iij.

Diliges dñm de
um tuū ex toto corde tuo.
Mat.xxij.c. et in euangelio
hodierno. Honorabiles dñi
q: hoc eſt maximū et primū
mādatū / ſm ꝙ xp̄s ī euāge. hodier. dicit:
idcirco ꝯſidero ꝑ eiꝰ ampliori declaratio
ne / ī meo themate tres ꝑtes et terminos.
Primo diliges.
Secundo dñm deum tuum.
Tertio ex toto corde tuo.
Et ſm iſtos tres terminos volo nr̄m the
ma introducere / ⁊ declarare. Exēplum ad
primū terminū Diliges. introduco et de
claro thema ſic. Duplex eſt vita hoīs. ſcilꝫ
corporalis ſm corpꝰ: ⁊ ſpūalis ſm aīam:
¶ Dixi ſecundo ꝙ nos ſumus in mari huius mũdi / ĩ magno periculo. Et ratio eſt: qꝛ in ſacra ſcriptura iſte mundus vocatur mare et comparatur mari. Ita dicit pš. ciij. Hoc mare magnum et ſpatioſum ⁊c̃. Ideo nos q̃ ſumus in hoc mundo: recte ſumus ſicut nauigantes. et hoc eſt quod dicit beatus Gregorius in quadã homel. Vita noſtra nauigãti ſimilis eſt. Is nãqꝫ qui nauigat: ꝙuis ſtet: iaceat: quo ĩpulſu venti nauis ducitur: illuc vadit. Ita ⁊ nos ſumus. ꝙ ſiue iaceamus ſiue dormiamus: ſiue quodcũqꝫ aliud faciamus: per momenta temporũ et horarum / ad finem ducimur. hec ille. Et ꝙ ĩ hoc mari ſumus in magno periculo: ita dicit beatꝰ Berñ. in quodã ſermone. Mundi periculũ probat tranſeuntiũ raritas: et pereuntium multitudo: In mari marſilie de quattuor nauibus vix perit vna: in mari huiꝰ mũdi de q̃ttuor aĩabꝰ vix euadit vna. h̃ ille.

¶ Qꝛ nos ſimus iter inimicos multos cõtinue dicit pš. xvj. Inimici mei animam meã circũdederunt ⁊c̃. et pš. lv. Conculcauerunt me inimici mei tota die: qm̃ multi bellantes aduerſum me. Et ſpecialiter in mundo iſto / ſumus iter tres inimicos corporales. ſcilꝫ.

Falſos adulatores.

Falſos conſiliatores.

Mendaces detractores.

¶ Primi inimici ſunt falſi adulatores. ab iſtis eſt valde cauendũ: qꝛ dicit Seneca in ſuis epiſtolis. Malũ hominẽ blande loquentẽ: agnoſce tuũ laqueũ eſſe. habet em̃ ſuum venenũ blanda oratio. hec ille. De his etiã loquitur Hierony. ſuper pš. di. Nihil eſt qđ tam facile corrũpat mentes hominũ ſicut adulatio. plus em̃ nocet lingua adulatoris: ꝙ̃ gladius ꝑſecutoris. hec ille. Iõ recitat Sene. ep̃la. xxx. de Alexandro / qui in obſidiõe cuiuſdam

vrbis dūm circuiret muros: percuſſus ſagitta cū vulnus vehementer doleret ait. Omnes (inq̄t) vocant et iurāt me eſſe filiū iouis: ſed vuln⁹ me oſtendit eſſe filiuz hominis. De iſto inimico loquebat̃ deus ſuo populo. Eſa. iij. Popule me⁹ qui beatum te dicūt: ipſi te decipiunt.

¶ Secundi inimici ſunt falſi ↄſiliatores: qui nobis aliud ſuggerūt ꝙ̄ expedit aīabus noſtris. ⁊ iſti ſunt periculoſi maxime in ciuitate: qꝛ dicitur Eccli. xxxvij. A cōſiliario malo ſerua aīam tuam. tales enim deſtruunt cōmunitates. Et per oppoſitū boni conſiliatores exaltāt cōmunitates. et conſeruāt bonū commune. vnde dicit Tullius in de officijs: ꝙ parua ſunt foris arma: niſi conſiliū inſit domi. Quoniam ſicut ibidem narrat: plus profuit ciuitati athenienſiū cōſiliū Solonis philoſophi (quia ab illo fuerunt leges inſtitute) ꝙ̄ victoria Themiſtoclis. qꝛ bellum ↄſilio ſenatus fuit geſtū. De malo cōſiliario dicit̃ Eccli. xij. Nō credas inimico tuo ī eternū.

¶ Tertij inimici ſunt mendaces detractores: q̄ ex ſola ſuſpitione iudicāt et diffamant quēcunqꝫ. de quibus dicit beatus Bernar. in libro de cōſideratione. Detractor et libēs auditor/ vterqꝫ diabolū portat in lingua. Et hec tales faciūt: qꝛ ſicut ipſi ſunt mali: credūt eſſe quēcūqꝫ talem. qꝛ dicit Chryſoſto. ſuper Matthe. Sicut aliquē non ſuſpicat̃ malū qui bonus eſt: ſic nec aliquē ſuſpicatur bonum qui mal⁹ eſt. Iſti ſunt illi q̄ ſtant in plateis: qui iudicant trāſeuntes/ clericos/ religioſos/ et mulieres honeſtas. Iſtos rep̄hendit apoſtolus ad Rom. xiiij. Tu quis es qui iudicas alienum ſeruū? quaſi dicat es tu de⁹. es tu iudex meus ⁊c. Ex antedictis igitur formetur ratio vna. ex maiori ⁊ minori ⁊ concludatur thema. ideo dicit nobis xp̄us. Surge tolle lectū tuum. i. corp⁹ proprium. et vade. In quibus verbis duo nobis oſtēdit euangeliſta.

Primo conſiliū valde proficuū: quod oēs debem⁹ tenere. ſurge.
Scđo ſtatum valde periculoſum: a quo debemus recedere. tolle lectum tuum: ideſt peccatū.

Prima pars.

¶ Quātum ad primum eſt ſciendum/ ꝙ chriſtus admonet nos ac conſulit illud qđ eſt nobis valde vtile. ſcꝫ ꝙ ſurgamus. Debemus autem ſurgere et recedere a tribus. ſcꝫ
A carnis delitijs.
A terrenis concupiſcentijs.
Et a mortalibus vitijs.

¶ Dixi primo ꝙ nos admonet vt ſurgamus a carnis delitijs. Et ratio eſt: qꝛ caro delicate nutrita: ad malū incenditur: et ad bona opera pigritatur: qꝛ illi qui viuunt in delitijs: pigri ſunt ad opera ſpūalia: ſcꝫ ad vigilandū/ orandum/ ieiunandum/ continendū/ et alia huiuſmodi: ſed ad horū oppoſita facile ↄuertunt̃: ꝓpter quod dicit dn̄s cuilibet talium in p̄ſenti euangelio. Surge tolle lectū tuum ⁊ vade ⁊c. et Marci. ij. Surge tolle grabatū tuū et ambula. idem Luce. v. ⁊ Iohan. v. Corpus em̄ eſt lectus aīe paralytice: que non mouet̃ niſi quo corpus eam ducit. i. ad corporales delectationes. dicit ḡ dn̄s vt aīa portet corpus ad ſpūalia opa. Nutriamus ergo carnē noſtrā vt ſeruiat: nō vt laſciuiat: vt obediat: non vt ſup̄biat. quia quantūcunqꝫ delicate nutriatur: et ſollicite cuſtodiatur: propter hoc a morte non ſeruabitur. a vermibus non ſeparabitur. Nec nos decipiat ſpes vana: qꝛ magni et parui pauperis et diuitis vn⁹ erit finis ſcilꝫ mors. nec plus habet corp⁹ diuitis in morte ꝙ̄ pauperis. Propter hec dicit Ambroſius. Surge o homo et delitias carnales fuge: quia mors appropinquat: ⁊ amplius nihil erunt. Ad recedendum em̄ ab his nos alloquitur Auguſti. dic̃. Quando mors venerit: quanta remanebit in corpore pulchritudo. tūc agnoſces ꝙ̄ vanum eſt qđ ante inaniter diligebas. cū videris totum corpus intumeſcere: ⁊ in fetorem conuerſuz eſſe: claudes nares tuas vt non ſuſtineas fetorem fetidiſſimū. Ubi queſo erit tunc vanitas ⁊ ſuauitas/ luxurie/ conuiuioꝝ opulentia. Ubi ineffrenata et inutilis leticia? Iſte finis eſt pulchritudinis carnis. Et cōcludit vlterius. Surge (inquit) ergo et ſeparare a carnis delitijs et vitijs; qꝛ fel ſub melle propināt. hec ille.

¶ Dixi ſecundo ꝙ admonemur vt ſurgamus a terrenis cōcupiſcētijs. Et ratio eſt qꝛ quādo homo aliq̄d multum amat: ſiue appetit laborat pro viribus vt illud habeat. et de alijs licet melioribus nihil curat. propter hoc homines qui multū appetunt diuitias huius mūdi: die ac nocte cogitāt et laborāt vt ipſas acquirāt. ⁊ ita obliuiſcunt̃ eternas: p̄ q̄bus deberēt amplius ac attentius laborare: cū ſint maiores et durabiliores. Talibus em̄ dicit dominus illud Gen̄. xiij. Surge ⁊ p̄ambula terram in longitudine ⁊ in latitudine: qꝛ daturus ſum eam tibi. quaſi dicat. Surge a concupiſcētijs terrenoꝝ: quia modica ſunt et caduca. et perambula terrā celeſtem. ſ. oculis corporis et mentis: quia ad illam factus es: non ad iſtam. Surge ergo dicitur Ioſue. vij. cur iaces pronus in terra? Cur deſideriū tuum ponis ī terrenis: quia talia tecum non venerūt. nec hinc tecū exibūt. hic ea inueniſti: hic etiā ea dimittes. Exemplum de rege Saladino decē regna poſſidēte: qui in hora mortis fecit pannū in quo erat inuoluendus in haſta per ciuitatem circūduci: clamante precone. Audite omnes. hec dicit rex veſter. Tātūmodo aufero de decē regnis que poſſedi iſtū pannū in hac vita. Habe ergo victum et veſtitum ⁊ his contentus eſto. ſm̄ apoſtoli conſiliū. j. Timoth. vj. et tua concupiſcentia ſit in celo. De hoc nos admonet beatus Bernard. ita dicēs Surge: ſurge o hō de terra: ⁊ vade in ciuitatem tuā celeſtē dico. quia in terra peregrina conuerſaris. non te detineat aſpectus ſophiſticarum diuitiarum: qꝛ mors feſtinat: que ſi te detentū preoccupauerit: viam ciuitatis tue non inuenies. hec ille.

¶ Nota quomodo eſt vtile relinquere tēporalia. Legitur ꝙ cū quidam comes ſepultus eſſet in quadam eccleſia: et propter conſecrationē eius deberet exhumari: aperto ſepulcro: apparuit ingēs buffo ſuper faciem eius eam ſibi corrodens: et multi alij vermes et ſerpentes. ad cuius aſpectum omnes horruerunt. filius autē comitis iuuenis hec audiens acceſſit: et viſa ſanie paterne carnis et vniuerſi diuerſitatem abhorrens: cepit cogitare de morte: et ꝙ vana ſunt omnia gaudiola huius mundi. et fugit relictis omnibus et pauper pro chriſto effectus eſt. Poſt requiſitionem autē baronum ſuoꝝ. poſt multos labores/ famē/ ſitim/ frigora et pericula/ romam venit: vbi factus carbonarius ſecretum ſuum cuidam cardinali cui confeſſus eſt: reuelauit. Cum autem poſt plurimos annos in domum ſui confeſſoris veniens carbones portaſſet: arreptus infirmitate: ſuſceptis reuerenter oībus ſacramentis: ſanctam animam deo reddidit creatori. Et mox omnes campane vrbis ſonuerunt. Super quo papa cum plurimum admiraretur: cardinalis confeſſor eius caſuz reuelauit. Homines autem terre ſue ibi exiſtētes: quē viuum querebant: mortuum inuenerunt. Ecce ergo qualiter iſta temporalia relinquens: gloriam adeptus eſt. Sic et nos: ſi celeſtem gloriam cupimus: temporalia relinquam⁹. et de⁹ dabit nobis hic ſuā graꝫ. Ad horū contēptū etiā philoſophoꝝ inuitamur exēplis. vn̄ narrat Iohā. ſareſberieñ: dict⁹ Policratic⁹. lib. ſuo. vij. de nugis curialiū et veſtigijs p̄hoꝝ: ꝙ Democritus cū eſſet valde diues: quo magꝭ vacuo aīo ſtudijs litterarū eſſet opat⁹: p̄ua ſumma retenta: patrimoniū ſuum patrie donauit. Item Crates al's Socrates ille theban⁹ proiecto in mari nō paruo auri pōdere: Abite inq̄t peſſum male cupiditates. ego vos mergā: ne ego mergar a vob. Itē Anaxagoras cū a diutina peregrinatione patriā repetiſſet: poſſeſſioneſqꝫ deſertas vidiſſet: non eſſem inquit ego ſaluus: niſi iſte periſſent.

¶ Dixi tertio ꝙ admonet nos ſurgere a mortalib⁹ vitijs. Et ratio eſt: periculoſuz eſt em̄ valde iacere in peccato mortali: qꝛ per hoc homo omni bono priuatur ſpirituali: et mortalis inimicus dei cōſtituit̃: Et ꝙ̄uis nos peccādo mortalibus dei offenſam multipliciter incurrim⁹: tamē adhuc ipſe miſericorditer nos expectās anteqꝫ iuſticiam exerceat: clamat ad nos p̄ ſe et per ſuos ſanctos: vt de vitijs ſurgamus. ex cuius mandato beatus Paulus dicit Ephe. c. v. Surge qui dormis: ſcꝫ in peccatis/ quaſi ſecurus iacendo. et exurge a mortuis. quia ad mortē ſecūdam te ducunt. ⁊ illuminabit te xp̄us. animā per gratiam illuſtrando. Qđ ſatis fuit figuratum Iob in cap. j. vbi dicitur. ꝙ ſurrexit iob qui interpretatur dolens: et ſcidit veſtimenta ſua. qđ exponēs Greg. in lib. moral. ita dicit. Ille veraciter veſtimēta ſua ſcindit: q̄ in hac vita pctā ſua plāgit.

Ideo dicit btūs Bernar. ſup cañ. Errauimus iuuenes: emendemus ſenes: iūgamꝰ gemitus: ⁊ lachrymas copulemus. dū tēpus opportunū habemus a vitijs per cordis cōtritionē ſurgamus. hec ille. qꝛ deitatis natura clemēs eſt ⁊ pia: magiſqꝫ ad indulgendū ꝙ̄ ad vindictā prona. Nō enim vult mortē pctōris: ſed vt cōuertatur ⁊ viuat. inquit Bern̄. ſ. in preſenti vita grē: et in futuro vita glorie. quam nobis concedat ⁊c̄. Amen. Deo gratias.

¶ Dñica. xix. poſt feſtū trinitatis. Ser. v.

TUrbe timuerūt

et glorificauerunt deum. Matth. ix. caplo. Ut preſens thema cōcludat talis imaginatio formatur

Attenta eccleſie horribili tempeſtate.
Attenta regis francie optata ſanitate.
Attenta populi xpiani mortalitate.
Turbe timuerunt et glorificauerūt deum cum ſolennitate.
Propter primum eſt populus in turbatione, quia turbe.
Propter ſcōm deum cum gratiarū actionibus glorificauerunt.
Propter tertium eſt populus in grādi admiratione, timuerunt.

Prima pars.

¶ Primo introducit tēpeſtas

ſciſmatis diuiſio et turbatio eccl'ie ſacroſancte: que videt̄ regiſtrata in euangelio Mat. viij. vbi legit̄ ꝙ xp̄o ⁊ diſcipulis in mari in quadā nauicula exiſtētibus tempeſtas maxima orta eſt in mari: ita vt nauicula operiret̄ fluctibꝰ. xp̄s v̄o dormiebat: ſed diſcipuli vigilabāt: qui acceſſerūt ad ip̄m vociferantes. Dñe ſalua nos: perimus. Et xp̄s excitatus dixit eis. Quid timidi eſtis modice fidei. Et imperauit vētis ⁊ mari. ⁊ facta eſt trāquillitas magna. Et ſuper iſtis notant̄ ſex queſtiones.

Prima quid per nauiculā intelligitur.
Secūda quid per motum magnum comprehenditur.
Tertia quare operiebatur fluctibus adiungitur.
Quarta quid per hoc ꝙ chriſtus dormiebat concluditur.
Quinta propter quid diſcipuli timuerūt oſtenditur.
Sexta quare ad xp̄i imperium ceſſauit tēpeſtas innuitur.

¶ Prima queſtio ⁊c̄. Per nauiculā intelligit̄ eccleſia militās. Et rō eſt quā aſſignat Chryſ. Nauis in principio ⁊ in fine eſt anguſta: ſꝫ ī medio ampla. Talis eſt ſuo modo militās eccleſia. In p̄ncipio anguſta: qꝛ in principio ⁊ circa principiū pauci fuerūt fideles. etiā in fine mūdi tp̄e antichriſti electi erūt pauci ꝓpter turbationem et tribulationē qualis nō fuit ab initio mūdi. ſicut ſcribit̄ Mat. xxiiij. de qua ꝓphetauerat ſalomon Sap. v. Turbabūtur timore horribili. Erit tūc tribulatio qualis nō fuit. videte ne turbemini. Mat. xxiiij. Gubernator iſtiꝰ nauis xp̄s. arbor in medio crux ſalutifera ieſu xp̄i. velū quattuor coloribus coloratū/doctrina xp̄i ⁊ apl'oꝝ: quā notauerūt quattuor euangeliſte. ventus ducēs nauē ſpūſſctūs. remiges angeli. mare per qd̄ tranſit nauis ⁊ periclitat̄: mundus iſte periculoſus. mercatura quā portat nauis iſta: ſunt fideles xpiani ī tribus ſtatibus. ſ. cōiugali: viduali: et virginali. portus paradiſus celeſtis ad quē applicant finaliter fideles. ¶ Scḋa queſtio de motu magno. Narrat dñs Alber. in cōmēto ſup libris Metheoroꝝ/ ꝙ vētus interdū turbat aerem: interdū turbat mare: interdū terrā. Primo vētus turbat aerem qñ includit ſe intra nubē: et diuidit nubē per mediū: et fit tonitruū. Iſte ventus eſt moraliter vna ꝑcuſſio que diuiſit eccl'iam ſanctā dei: et non fecit tēpeſtatē ⁊ diuiſionē solū in aere. i. in eccleſia: immo etiā in mari. i. in toto mūdo. totum eſt diuiſum. ſpūalitas ⁊ tp̄alitas. ſuſtinuimus pacem: queſiuimus bona et ecce tribulatio ⁊c̄. ¶ Tertia q̄ſtio nauicula operiebat̄ fluctibus. Sic pōt intelligi ꝙ eccleſia pōt periclitari: nō tamē ſubmergi: qm̄ in paſſione xp̄s orauit vt nō periret nec deficeret quātūcūqꝫ periclitet̄. ⁊ durabit vſqꝫ in finem mūdi. ¶ Quarta queſtio q̄d eſt hoc ꝙ xp̄s dormiebat? Rñdeo deꝰ nō dormit: nec angelus: nec aīa: nec ſpūs: ſed videt̄ ꝙ deus dormiat: qm̄ tot ꝓceſſiones: tot orōnes: publice ⁊ occulte facte ſunt: dicte ſūt: nec adhuc excitatur a ſomno: nō audit: nō exaudit. Ratio pōt eſſe: qꝛ nō ſumus digni. qꝛ pctōres deus nō audit. Ioh. ix. nō corrigimus vitā peruerſam: nō petimꝰ vt debemus. Antiquitus etiā gētiles quādo

talia adiutoria poſtulabāt: ieiunabāt: abſtinebāt: ſe humiliabāt. ſicut pꝫ de niniuitis. Ione. iij. q̄ deponebāt veſtimēta ſua a ſe ⁊ īduti ſunt ſaccis a maiore vſqꝫ ad minorē: et exaudiebant̄. Narrat Titus liuiꝰ de origine vrbis: ꝙ mirāda viſa ſunt: ſicut ꝙ celū diuiſum eſt in duas partes: ꝙ ſol pugnauit cum luna: viſum eſt ꝙ ardebat mare: ⁊ de die viſe ſunt due lune. Qñ gētiles talia noua ⁊ inſolita videbāt: ſacrificabāt dijs ſm̄ eoꝝ ſectam. ⁊ romani recurrebāt ad libros ſibylle: et iudei orabāt deū. Fuerūt eñ viſi ſup hierl'm equites armati bellātes ꝑ aera: ⁊ rogabāt iudei mōſtra in bonū cōuerti. ij. Machab. v. ¶ Quinta q̄d eſt hoc ꝙ diſcipuli timuerunt? Rñdeo ad deſignādū ꝙ nos timere debemus valde. qꝛ de maiori malo ſcriptū eſt. Maius his videbitis. Ezech. viij. de extremo iudicio. de morte quā videmꝰ ante oculos noſtros. ¶ Sed ſexto q̄d eſt ꝙ ſtatim ad imperiū xp̄i ceſſauit tempeſtas? Rñdeo. deſignat ꝙ intercedēte adiutorio xp̄i poſt ſciſma. poſt diuiſionē veniet vnio: et poſt tēpeſtatē veniet trāquillitas magna ī eccleſia: poſt aduerſitatē ꝓſperitas: poſt deſolationem veniet cōſolatio: poſt guerrā veniet pax: ⁊ ceſſabit tēpeſtas q̄ magna eſt. Exēplū de multis ſanctis noui ⁊ antiqui teſtamenti vt de tobia: iob patriarcha: de dauid qui fuit perſecutus per ſaul. Et ſic de primo articulo. turbe timuerūt.

Secunda pars.

¶ Secundus articulus

ſup illud. glorificauerūt deū. Deꝰ inuenit̄ glorificatꝰ ⁊ laudatꝰ multipliciter. vt ſcꝫ

Primo per populū liberatum a duro ſeruitio.
Secundo per populum expoſitum graui martyrio.
Tertio per populum tribulatum magno temporis ſpacio.
Quarto propter beneficium acceptum ꝓ magno dono.
Quinto per populum deuotum indigente adiutorio.

¶ Primo fuit glorificatꝰ deꝰ atqꝫ laudatꝰ cū grarū actione ꝑ populū liberatū. Patꝫ hoc ī Exodo ī multis cap̄. de ppl'o hebreorū: q̄ cū ſignis et ꝓdigijs fuit liberatus a grauiſſima ſeruitute. Eapropter cāticū cātauit ppl's ille. Cātemꝰ (inq̄t) dño: glorioſe ⁊c̄. Iſte deꝰ meꝰ glorificabo eū: deus patris mei ⁊ exaltabo eū ⁊c̄. Exoḋ. xv. Scḋo fuit glorificatꝰ deꝰ nr̄ ⁊c̄. de hoc Danie. iij. de tribꝰ pueris in camino ignis ligatis in fornace ardenti. Vbi tres vno ore glorificabant deū in fornace dicētes. Bn̄dictus es dñe ⁊c̄. Tertio glorificatꝰ eſt deꝰ ꝑ populū tribulatū: ſicut patꝫ de Tobia: iob: ⁊ multis alijs. in pſ̄. xc. Cū ipſo ſum in tribulatione: eripiā eū: ⁊ glorificabo eū. Quarto glorificatꝰ eſt deꝰ ꝓpter bn̄ficiū acceptū ⁊c̄. et nos oēs qui accepimus multa beneficia/creationis/redēptionis/⁊ ſaluationis. Propter iſta bn̄ficia deū glorificabat venerabilis Anſel. ſic dicēdo. Te laudo et glorifico qui me de eternis ſupplicijs eruiſti. te laudo ⁊ glorifico q̄ me de multis miſerijs liberaſti. te laudo ⁊ glorifico q̄ ſoſpitatē dediſti. ſctē ſctōꝝ benedico te: glorifico te: adoro te: gratias tibi ago.

Tertia pars.

¶ Tertius articulus de

peſte ac mortalitate ſuper qua timuerūt. Ubi ſciendum ꝙ iſtam peſtem

Primo aliqui eam fugerunt.
Scḋo aliqui eam elegerunt.
Tertio aliqui eam inuaſerunt.
Quarto aliqui eam ſuſtinuerunt.
Quinto aliqui eam preuenerunt.
Sexto aliqui eam timuerunt.

¶ Primo tp̄e preterito aliq̄ peſtē fugerūt. grāde remediū ꝯtra peſtē fuga: fugere aerē infectū: aerē corruptū vn̄ procedit/propter malā influētiā que venit deſuꝑ de cōiūctione aliquoꝝ aſtroꝝ. Iſtud cōſiliū de fuga cōtra peſtē videtur ſcriptū Luc̄. xxj. Erūt per loca ⁊ peſtilētie ⁊ fames ⁊c̄. et ſequit̄. Fugiēt ad mōtes. Itē Ezechiel. vij. Gladius foris: peſtis ⁊ fames intrinſecus ⁊c̄. ſaluabūtur q̄ fugerint ex eis. ¶ Scḋo fuerūt aliq̄ qui eā elegerūt: ſicut ptꝫ de dauid rege: cui fuit dictum. ij. Reg̃. vlti. ⁊. j. Paral. xxj. Triū dat̄ tibi optio. aut ſeptē annis veniet fames in terra tua: aut tribꝰ mēſibus fugies aduerſarios tuos: aut tribus diebꝰ erit peſtilētia in regno tuo. Peſtilētiā elegit rex: qꝛ eſt ꝑcuſſio cōis: q̄ apprehēdit oēs indifferenter. ⁊ mortui ſunt de ppl'o iſrl' de peſte. lxx. milia viroꝝ: exceptis mulieribꝰ ⁊ paruulis q̄ fuerunt plures. ¶ Itē tertio aliq̄ peſtē euaſerūt: ⁊ ab ea liberati ſunt ꝑ merita ſctōꝝ/⁊ per oro-

nes deuotarũ pſonarũ. Pz de peſte q̃ fuit
in roma tpe btĩ Greg. pape multũ graui:
q2 ſubito moriebant̃ valde. ꝓpter qḋ fuit
ordinata letania: ĩ qua inuocat̃ ſctã trini-
tas vn9de9. virgo maria mr̃ xp̃i. inuocant̃
oẽs angeli oẽs ſctĩ ꝛ ſctẽ dei. Itẽ in hiſto
ria lõgobardoꝝ ꝙ in roma ꝛ papia ciuita
te regnauit peſtilẽtia grauis: nec inuenie
bat̃ vnus qui aliũ ſepeliret. Verũ ꝙ a pa
pia ciuitate fuerũt portate reliq̃e ſctĩ ſeba
ſtiani: et ſtatim ceſſauit peſtilẽtia illa. Nã
in tali peſtilẽtia regnãte cõiter inuocatur
ſctũs ſebaſtian9. ¶ Quarto ſunt aliqui q̃
iſtã peſtẽ ſuſtinuerunt: ſicut pharao in re
gno ſuo immiſſam ſibi a deo ꝓpter tyran-
niã quã exercebat in ppl'm dei. ꝛ fuit vna
de plagis: de qua Exo. ix. Percutiam te et
ppl'm tuũ peſte peribiſq3 de terra. et Nu-
meri. xiiij. Feriã eos peſtilentia. loquit̃ de
illis q̃ murmurauerũt cõtra deũ. Peſtilẽ-
tia generat̃ ex aere corrupto. Eſt etiã mor
bus cõtagioſus: qui ſi vnũ apprehẽdit ad
aliũ ſe extẽdit. ¶ Quinto aliqui peſtilẽtiã
preuenerũt ſicut filij iſrl': q̃ dixerũt. Eam9
viam triũ dierũ in ſolitudine: vt ſacrifice
mus deo noſtro: ne forte accidat nobis pe
ſtis. Exodi. v. Narratur ꝙ anno dñi. M.
cccxlviij. fuit de peſte mortalitas gñalis: ꝛ
tũc tpis erat in alemãnia q̃dã ſacerdos q̃
orauit ter deũ quaten9 ſibi oñdere digna
ret̃ quare et ꝓpter q̃ tãta mortalitas erat
in mũdo: ꝛ dũ frequẽter oraſſet: vna die ſe
mel inuenit ſup altare vbi ſecrete celebra-
bat vnã tabulã marmoreã vbi ſcripta erãt
tria ꝓpter q̃ tãta mortalitas ĩualeſcebat.
q2 laici male diẽ dñicã colebãt: ꝛ religioſi
ſextã feriam non ieiunabãt: ꝛ clerici ad ſa
cros ordines aſcẽdebãt nõ ꝓpter deũ nec
ꝓpter amorẽ dei: ſ3 magis vt poſſent bñ-
ficia obtinere. ¶ Sexto aliqui iſtã peſtẽ ti
muerũt. vñ in themate. Turbe timuerũt.
Quare timetur? q2 nimis ſubito ducit ad
mortẽ. ꝛ mors timet̃ a viris ſctĩs: qm̃ xp̃s
timuit mortẽ. ꝛ ꝓpheta helias vt pz. iij.
Reg. xix. Et q̃dã ſctũs pr̃ helias: de q̃ legi
tur/ꝙ timebat de tribus: vtpote de exitu
aĩe a corpore. itẽ de pſentatione corã iudi
ce. itẽ tertio qñ aĩa auditura eẽt ſnĩam iu
dicis. Itẽ de agathone ſancto pr̃e q̃ ſtetit
ante mortẽ p tres dies aptis oculis tota-
liter immobilis. Cui circũſtãtes dixerũt.
O pr̃ vbi es modo? Qui rñdit. Ante iudi-
ciũ dei aſſiſto. Et illi. O pr̃ tu times mor
tẽ cũ bona feceris in vita. Et ille. Bona fe
ci: ſ3 hõ ſum ꝛ ignoro ſi bona accepta deo
fuerint. Qm̃ aliter iudicat deus: aliter iu
dicat mũdus. Põt em̃ q̃libet dicere mor-
te appropinquãte ſeu peſtilẽtia illud pſ.
liiij. Timor ꝛ tremor venerũt ſup me. Ta-
lis timor quo quis timet mortẽ: eſt timor
naturalis: q̃ nec eſt meritori9. iſto timore
aĩalia rõne carẽtia timẽt mortẽ: et fugiũt
eã quãtũ pñt. et xp̃s etiã timuit. Nõ ſolũ
peſtis: ſ3 etiã mors incutit hoĩ timorẽ: im
mo multa alia: ſicut op9 iuſticie dei. ſicut
vindicta luciferi: ſicut expulſio pͥmoꝝ pa-
rẽtũ de paradiſo. nõ remitti. Dicit Bern.
ſup cañ. Qui nõ parcit filio ſuo: nunquid
et parcet nequã ſeruo ſuo. Itẽ debet incu
tere timorẽ omnipotẽtia dei: cui nihil re-
ſiſtere põt. in pſ. lxxix. Quis nouit ptãtẽ
ire tue: ꝛ pre timore irã tuã dinumerare?
Itẽ incutit timorẽ extremũ iudiciũ: ideo
q2 cõditio illius iudicij mĩam nõ recipit/
nec admittit. Chryſ. Tũc nec diuitie diui
tibus: nec parẽtes parẽtib9 intẽdent: nec
angeli ſicut ſolẽt pro hoĩbus faciẽt verbũ
bene ergo dr. Turbe timuerunt et glorifi-
cauerũt deum. Cuius glorificationis nos
participes ꝛc.

¶ Dñica. xx. poſt feſtũ trinitatis. Ser. j.

Videte quõ cau-
te ambuletis. Ephef. v. Te
ſte ſacro eloq̃o: viſio in qua
druplici differẽtia reperit̃:
quoniam eſt
Primo viſio naturalis ꝛ ſcientifica.
Scḋo viſio figuralis ꝛ enigmatica.
Tertio viſio moralis et ſanctifica.
Quarto viſio realis et beatifica.
¶ Prima viſio naturalis ꝛc. Iſto modo vi
dere accipit̃ pro ſcire. ꝛ ſic phĩ ꝛ infideles
viderunt. hoc eſt ſcientes appellati ſunt:
et nihil plus de viſione iſta. ¶ Secũda vi
ſio ꝛc. de iſta viſione. j. Cor. xiij. Videmus
nũc per ſpeculum in enigmate. i. obſcure
et caliginoſe videmus nunc exiſtentes in
via. ſc3 deũ per ſpeculũ. per fidem obſcu-
re videmus: quia per creaturas venimus
in cognitionẽ dei: ſed in patria videbim9
eum ſicuti eſt. Talis viſio eſt ſimilis viſio-
ni noctue: que de die non poteſt videre lu
men ſolis/et per conſequens nõ volat de
die: ſed ſolu3 de nocte. In huius figuram
legim9 Exo. xxxiiij. ꝙ filij iſrael faciẽ moy

ſi videre non poterant propter claritate3
niſi velamine mediãte. Sic nos exiſtẽtes
viatores faciem dei videre nõ poſſumus
immediate niſi per velamen fidei ortho-
doxe. ¶ Tertia viſio moralis ꝛc. Iſta viſio
nõ eſt aliud q̃ꝫ meditatio qua quis cogi-
tat ꝛ meditatur que ſunt fugienda: ꝛ que
ſunt precauenda. de qua Matth. xxiiij. et
Mar. xiij. Videte ne quis vos ſeducat. et
Col'. ij. Videte ne quis vos decipiat. ꝛ de
iſta loquit̃ thema. Videte quomodo cau-
te ambuletis. In q̃b9 v̈bis apl's facit tria.
Primo monet ignorãtiã illuſtrari. videte.
Secundo monet inſolertiã regulari. quo
modo caute.
Tertio monet negligentiam excitari. am-
buletis.

Prima pars.

¶ Sciẽdũ ꝙ multa ſunt
videnda et meditanda atq3 cognoſcẽda.
Primo diuina bonitas.
Secundo humana fragilitas.
Tertio fraterna neceſſitas.
Quarto humana vanitas.
Quinto inferni calamitas.
Sexto malorum prauitas.
Septimo noſtre vite finalitas.
Octauo celi felicitas.
¶ Primo vidẽda eſt dei immẽſa bonitas.
quare hoc? qm̃ tunc deus magis amabit̃:
magis timebitur: deuotius inuocabitur.
Si bñ videat̃ bonitas ſua. Ad te ergo le-
uaui oculos meos: q̃ habitas in celis. pſ.
cxxij. et Gen. xiij. ꝛ Hiere. iij. Leua oculos
tuos in directum. Legitur in lib. de natu
ris rerũ: ꝙ eſt quidam piſcis in mari q̃ nõ
habet niſi vnum oculum: et illũ habet in
ſummitate capitis contra naturam alioꝝ
oculoꝝ: et ille piſcis ſemper videt ſuperi9
et nunq̃ꝫ inferius. Et ſic moraliter hõ qui
fluctuat in mundi amaritudinib9 ſicut pi
ſcis: debet habere vnicum oculũ. i. vnicã
attentionem habere in ſuprema parte ra-
tionis: et ſolum videre ſurſum: deum ſem
per meditari: et inferius ad mundũ nulla
tenus inclinare: dicens illud Job. xlij. Au
ditu auris audiui te: nũc aũt oculus me9
videt te. Simus ergo abraã qui ſedẽs in
oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei:
apparuerũt ei tres viri ſtãtes prope eum.
Gen. xviij. hoc eſt vidit deũ trinũ ꝛ vnũ. et
Eſa. Vidi dñm ſedẽtem ſuper ſoliũ excel-
ſum ꝛc. Eſa. vj. ¶ Scḋo videnda eſt huma
na vilitas ſeu fragilitas. Iſta eſt ꝓpria et
directa viſio qñ hõ cõſiderat ſemetipſum.
ideo in autoritate habet̃ Gen. xiij. et Hie-
re. iij. Leua oculos tuos in directũ. Diffe
rẽtia em̃ eſt inter oculũ corporalẽ/et ſpũa
lẽ. qm̃ oculus corporalis nõ videt ſeipm:
ſed bene videt alia que ſunt: qm̃ ſupra ſe-
ipſum reflectit. Sic moraliter ſunt aliqui
hoĩes carnales et mũdani: et illi vidẽt de
fectus alioꝝ: et nõ vident ſuos. vident fe-
ſtucã in oculo fratris ſui: trabẽ aũt in ocu
lo ſuo nõ cõſiderant. Mat. vij. et Luc. vj.
Vñ Tulli9 moralis phs ſic. Neſcio quõ in
alijs magis ſeruamus qḋ delinquit̃ q̃ꝫ in
nobis. Nõ ſic ſpũales hoĩes et deuoti: q̃
cogitãt videre ſemetipſos et ꝓprios defe
ctus: vt videndo emẽdent et corrigãt. Qꝫ
aũt debeamus videre noſmetipſos: ꝓba-
tur verbis dñicis Marci. xiij. Videte voſ-
metipſos. Itẽ probat̃ verbis propheticis
Hiere. ij. Vide vias tuas in cõualle: ſcito
quid feceris. Itẽ ꝓbatur hoc verbis apl'i
cis. Gal'. vj. Cõſiderãs teipm ne ꝛ tu tẽte-
ris. Sicut Hugo de ſctõ victore lib. de ar
ca noe. loquit̃ p hunc modũ. Meli9 eſt ꝙ
teipm videas: q̃ꝫ ꝙ curſus ſyderũ: cõple-
xiones planetarũ: naturas aĩaliũ cogno-
ſcas. Multi multa ſciũt: ꝛ ſeipos neſciũt
cũ tñ ſumma pfectio ſit ſeipm cognoſcere.
et vltra. Fruſtra videre deũ nitit̃: q̃ ad vi-
dendũ deũ inutilis reperit̃. Sed ſunt nõ-
nulli qui ſeipſos nõ vident nec cõſiderãt:
qm̃ impediũtur p illa que ponit Innocẽ.
de vilitate cõditiõis humane in quibuſ-
dã verſib9 vbi ſic. Forma genus fauor po
puli iuuenilis ꝛ opes. Subripuere tibi vr̃
q̃d ſit hõ. ¶ Tertio vidẽda eſt fraterna ne
ceſſitas: pauptas/ꝛ ĩdigẽtia ꝓximi. Expe
riẽtia docet ꝙ hõ libẽti9 videt mẽbra leſa
q̃ꝫ ſana. Rõ ẽ. qm̃ vt hr̃ Mar. ij. ꝛ Luc. v.
Nõ indigẽt q̃ ſani ſunt medico: ſ3 q̃ male
habẽt. ſ. qui ſunt leſi: q̃ ſunt ĩfirmi. reuera
paupes ĩdigẽtes q̃ ſunt vidẽdi: q̃ ſunt iu
uãdi: ac miſericorditer cõſolãdi. exẽplo ſa
maritani Lu. x. q̃ vidẽs ſauciatũ: mĩa mo
tus eſt. vñ de illo q̃ libẽter pauperes videt
et iuuat: ſcriptũ eſt pſ. x. Oculi ei9 in pau
perẽ reſpiciũt. Nõ ſic vident pauperes
Primo tyranni rapaces.
Secundo auari tenaces.
Tertio iudices fallaces.
Quarto amici nugaces.

Et primo tyranni ⁊c. qui inſidiantᷣ vt rapiant pauperē. pſ̄.ix. Prouerb.xj. Alij rapiunt nō ſua: et ſemper in egeſtate ſunt. alij diuidūt propria: et ditiores fiunt. qm̄ qui dat pauperi non indigebit. Prouerb.xxviij. Item auari cupidi nō vident pauperes. Similiter et leuita Luc̄.x. qui viſo ſauciato pertranſijt. ꝯ illud Tob.iiij Ex ſubſtātia tua fac elemoſynam: et noli auertere faciē tuā ab vllo paupe. Ad quē reſpiciā niſi ad pauperē et cōtritū corde. Eſa.lxvj. Itē nō vidēt pauperem iniq̄ iudices. de quibus Innocen. qui vbi ſupra increpando eos inq̄t. Non attenditis ad merita cauſarū: ſed perſonarum. nō iura ſed murmura. non qȯ ratio dictat: ſed qȯ volūtas affectat. non qȯ cor ſentiat: ſed qȯ mens cupiat. non qȯ liceat: ſed qȯ libeat. pauperū cauſas cū mora ꝓtrahit꜡: cū inſtantia ꝓmouetis: ī illis rigorē oſtēditis: in iſtis cū manſuetudine diſpenſat꜡ illos difficiliter reſpicitis: iſtos cū fauore tractatis. illos negligēter audit꜡: iſtos ſubtiliter auſcultatis. Itē amici ficti nō vident libenter depauperatos. Cum fueris felix multos numerabis amicos ⁊c.

¶ Quarto principaliter vidēda eſt mūdana vanitas. vidēdus eſt iſte mūdus ⁊ vanitas eius. vñ vanitas vanitatū ⁊ oīa vanitas. Eccl's.j. Eſt em̄ mūdus ſicut baſiliſcꝰ: qui ſolo viſu occidit hoīem/ ſi pmo ipſum videat. ſed ſi preuideatᷣ ab homine non nocebit. Conſiliū ſanū: qꝛ ꝓuideatᷣ a nobis iſte mūdus ſerpētinꝰ/ venenoſus/ aīarū occiſor. Naum.iij. Oīs (mundus) qui viderit te/ reſiliet a te. hoc eſt ab amore tuo reſiliet et ſeparabitᷣ. Eccl's.j. Uidi q̄ fiunt cūcta ſub ſole: ⁊ ecce vniuerſa vanitas. Eſt em̄ mundus ſicut meretrix publica: de qua Prouer.xxiij. Fouea profunda eſt meretrix: ⁊ puteus anguſtꝰ aliena. Inſidiatᷣ in via quaſi latro: et quos īcautos inuenerit interficiet. Meretrix ē iſte mūdus: q̄ dantē ad modū meretricis pre diligere dinoſcitur: ſolū ꝓpter lucrū hominē ſequitᷣ. Item dr̄ fouea: qꝛ in mūdo facile caditur: ⁊ puteꝰ anguſtus qm̄ cum q̄s ceciderit: cū difficultate reſurgit. Itē inſidiatᷣ in via quaſi latro. qm̄ fallacijs/ inſidijs/ fraudulētijs/ mūdus totꝰ dr̄ eſſe repletus. quos incautos inuenerit interficiet. Incauti ſunt illi qui non vidēt mūdum: nec vanitatem mūdi: et tales diuerſis vitijs occiduntur.

¶ Quinto videnda eſt inferni calamitas. que magna eſt. de iſta viſione loquitᷣ venerabilis Anſelmꝰ in quadā meditatiōe. Quid eſt (inquit) iſtud qȯ video: qȯ animaduerto in terra miſerie ⁊ tenebrarum: error vbi nullꝰ ordo: ſed ſempiternꝰ horror inhabitat. ibi ꝯfuſio: ibi ignis ſulphureus: ibi flamma tartarea: ibi vermes in igne viuētes: ibi demones corrodentes: ibi ignis inextīguibilis: tenebre palpabiles: flagella cedētiu꜡: horrida viſio demonū: confuſio pctōꝝ: deſperatio oīm bonorum: ibi mors ſine morte: defectꝰ ſine defectu: finis ſine fine. Grego.iiij.li.moralᷣ. Ibi fletus et ſtridor dentiū. Et certe iſta ſunt videnda ꝙdiu ſumꝰ in hac miſera vita. Hiere. fuit interrogatꝰ. Quid tu vides hieremia: et dixit. ollam ſuccenſam ego video: ⁊ faciē eius a facie aquilonis. Hiere.j. Olla ſuccēſa infernꝰ: qm̄ dānati ſemp erūt in igne: ⁊ nō conſumentᷣ. ſemp in dolore: et non morientur. regio inferni aquilo: vbi eſt omne malū: ⁊ penitꝰ nullū bonū. qm̄ ab aquilone pandetᷣ omne malum. vbi ſupra.

¶ Sexto videnda eſt maloꝝ ꝓſ̄pitas ⁊c. ⁊ per ꝯñs puniēda et ꝓuidenda et precauēda: īmo etiā fugiēda. Uide ad meridiem. Geñ.xiij. vbi eſt ꝓuīcia galilee. vbi mare oceanū ſicut olla pre calore feruet. vbi eſt ꝓuīcia theozome q̄ ꝑpetuis incendijs ſꝑ flāmat et ardet. Ubi eſt ꝓuīcia ethiopie q̄ monſtris ⁊ ſerpētibꝰ occupatᷣ: verū ſole plenꝰ illuminatᷣ. Tales ſunt pctōres q̄ a ſerpētibꝰ. hoc eſt vitijs varijs ſunt īfecti: q̄ ardēt ꝑ auariciā: feruēt ꝑ ſuꝑbiā et iracundiā: et tñ pre alijs cōiter ꝓſperitatibꝰ illuſtrantᷣ. qm̄ via impioꝝ ꝓſperatᷣ. Hier. xij. Tales ſunt videndi ꝑbi ⁊c. Tertio videte malos operarios. in pſ̄.xxxvj. Uidi impiū ſuꝑexaltatū: ⁊ eleua. ſic ced. liba.

¶ Septimo vidēda eſt vite nr̄e finalitas vñ ſubditᷣ. Uide ad occidētē. Regio occidētalis eſt illa ad quā ſol ꝯtinue currit: quā ꝯtinue reſpicit: vbi ſolis claritas deficit ⁊ occidit. ⁊ deſignat vltimū finē nr̄ꝫ: ad quē vita nr̄a ꝯtinue labitᷣ: ⁊ tūc ceſſat claritas ꝓſꝑitatis nr̄e. ad iſtū finē debet eſſe cōtinuꝰ aſpectꝰ noſter. In q̄ fine debemus videre.

Primo mortis horrorem.

Scd̄o iudicij timorem.

Tertio purgatorij ardorem.

Quarto inferni dolorem.

Quinto diaboli maliciā et furorem.

De primo Apoc̄.vj. Uidi ⁊ ecce equꝰ pallidus. hoc eſt hō mortuus. et q̄ ſedebat ſuꝑ illū nomē illi mors. De ſcd̄o. ſ. de iudicio Apocalᷣ.xx. Uidi mortuos magnos et puſillos ſtantes in conſpectu throni: et libri aperti ſunt. et iudicati ſunt mortui ex his que ſcripta erant in libris. De tertio. ſ. de purgatorij ardore hr̄ Hiere.j. Ollā ſuccenſam ego video. De quarto. ſ. de vidēdo inferni dolore: Apoc̄.xx. Uidi angelū deſcēdentē de celo habentē clauē abyſſi ⁊ catenam magnā in manu ſua. et apprehendit draconē ⁊ miſit eū in abyſſum. De quinto de diaboli malicia ⁊ furore. Uidebā ſathanā ſicut fulgur de celo cadētem ⁊c̄. Luc̄.x. Proculdubio iſta ſunt vidēda: vt hō caute ambulet: vt hō a pctō reſiliat: vt homo a peccato declinet et faciat bonum.

¶ Octauo et vltimo videnda eſt celi felicitas. ⁊ hoc eſt videre ad oriētem. Geñ.xiij. vbi.s. Pars orientalis mundi eſt luminoſior vbi ſol oritᷣ. per orientē paradiſus deſignatᷣ vbi in lumine videbimꝰ lumen. vbi ſol iuſticie a patre ſemꝑ oritᷣ et naſcitᷣ. Et totū hoc figuratᷣ ī tabernaculo federis de quo Exo.xxvj. qȯ ex oī parte erat clauſu꜡: et ſolū ad oriētem apertū. ad denotādum ꝙ tabernaculū cordis nr̄i ex oī parte debet eſſe clauſum. ſ. ad terrena: ⁊ ſolū ad celeſtia apertū. Octo partes ſuperiꝰ poſite ſunt vidēde: vt tandē videre poſſimꝰ bona hierl'm oībus diebus ⁊c̄. Cuius viſionis nos participes efficiat ⁊c̄.

¶ Dñica.xx. poſt feſtū trinitatis. Ser.ij.

Dies mali ſunt.

ad Ephe.v. ⁊ in epl'a cōcurrētis dñice ſcribitᷣ iſtud thema. Honorabiles dñi/ de ſāctis innumerabilibꝰ martyribus huius glorioſe ciuitatis ciuibꝰ/ celebramus: dies quoꝝ boni ſunt. nos huiꝰ ciuitatis ciues. hic habitamus: hic viuimus: hic conuerſamur: et dies noſtri ſm ꝙ dicit thema: mali ſunt. Ut igitur diuina clemētia noſtros dies velit meliorare: et de ſole gratie illuminare: qꝛ ſm pħm/ dies eſt latio ſolis ſuper terram. virgine꜡ glorioſam/ matrem dei mariam reſplēdentem ⁊ claram diem humilem debemus inuocare. ſcriptum eſt em̄ in pſ̄.xviij. Dies diei eructatᷣ verbum. que verba intelligūtur ſic. dies. i. angelus. diei. i. beate virgini marie eructat verbum. illud verbum. ſ. quod ſcribitur Luc̄.in.c.j. Aue gratia plena dñs tecum. dicendo ergo verbum: ⁊ faciendo archangelo gabrieli bonam ſocietatē: dicamus oēs deuote: Aue maria ⁊c̄. Dies mali ſunt. lib. ⁊. c. ⁊c̄. Pro thematis introductione ⁊ materie proſecutione/ in ſacra ſcriptura reperio duas ſpecies ⁊ modos dierum.

Primi dies ſunt glorie eternalis/ ⁊ perpetue felicitatis.

Secundi dies ſunt iſtius vite temporalis mixte cum penalitate.

De iſtis diebus intelligitur thema. nō de primis gl'ie eterne: qꝛ illi dies boni ſunt.

Prima pars.

¶ Dico primo ꝙ prima ſpecies et modus dierum ſunt glorie eternalis et perpetue felicitatis: ⁊ nō de iſtis intelligitur thema: Dies mali ſunt. qꝛ iſti dies boni ſunt. Quattuor em̄ bona reperiūtur in iſtis diebus glorie et felicitatis: ꝓpter que merito poſſumus dicere ꝙ iſti dies boni ſunt.

Primū bonū quod habēt iſti dies glorie: eſt ꝙ ſunt pleni ⁊ abūdātes ſeu copioſi.

Scd̄m bonū ꝙ ſunt perfecti et cōpleti.

Tertim bonum ꝙ ſunt magni et longi/ et non abbreuiati.

Quartum bonū ꝙ ſunt pacifici et ſecuri.

¶ Primū bonū qȯ habēt dies glorie eternalis et perpetue felicitatis: eſt ꝙ ſunt dies boni: qꝛ pleni ⁊ abundantes ſeu copioſi. Ibi nullus eſt defectus: nec famis: nec ſitis. nulla ſterilitas: ſꝫ maxima felicitas. nec ibi labor: nec dolor: nec frigus: nec calor. ibi pleniſſima ſanitas: nulla infirmitas. ibi vita que mortē perpetuo exilio relegauit. Iſti dies ſunt pleni omni virtute et oī bono: qꝛ ſm ꝙ dicit Boe.li.iij. de cōſo. ꝓſa.ij. Beatitudo eſt ſtatus oīm bonorum aggregatione perfectus. Sic ſunt dies pleni et copioſi. de quo dicit pſ̄.lxxij. Conuertetᷣ populus meus hic: ⁊ dies pleni inuenientur in eis.

¶ Scd̄o dies gl'ie ſunt dies boni: qꝛ ſunt perfecti ⁊ completi. Iuſti in preſenti vita viuūt in diebꝰ gratie. iſti dies boni ſunt: ſed nō perfecti; qꝛ deeſt eis gloria: que fa

eit complemētum et perfectionem dierū. Sunt dies gratie iuſtorum in preſenti vita ſicut in via: nō ſicut in termino. ſolum qui ſunt dies glorie: perfectionem termini attingunt. vnde Prouerb.iiij. Iuſtorū ſemita quaſi lux ſplendens procedit: ⁊ creſcit vſqꝫ ad perfectum diem. quis eſt perfectus dies? eſt dies glorie.

¶ Tertio dies gl'ie boni ſunt: qꝛ ſunt grandes longi et non abbreuiati. Et nō mirū: quia iſti dies ſunt in tali hemiſpherio/ ꝙ nunꝙ ibi deficit ſol: qui facit diem. Semper illud hemiſpherium illuminat ſol iuſticie xp̄s deus noſter: per cōſequens ſemper ibi eſt dies: ꝑ conſequens ſunt magni dies ⁊ longi dies: immo perpetui dies: qꝛ nūꝙ eſt ibi nox. de iſtis diebus dicit pſ̄. xx. Vitam petijt a te: et tribuiſti ei: longitudinem dierum ⁊c̄.

¶ Quarto ⁊ vltimo dies glorie boni ſunt: quia ſunt pacifici ⁊ ſecurati. non mirum: quia ibi regnat ſalomō rex pacificis ieſus xp̄s. de quo ſcribitur Eccl'i.xlvij. ꝙ imperauit in diebus pacis. Ibi quilibet viuēs in iſtis diebus tradit ſupplicationem regi; dicens cum Ezechia illud Eſa.xxxix. Fiat pax ⁊ veritas in diebus meis. Quia igitur iſti dies glorie eternalis/ et perpetue felicitatis ſunt

Pleni et copioſi.
Perfecti et completi.
Grandes et longi.
Pacifici et ſecuri.

B ¶ De iſtis diebus merito intelligitur thema noſtrū: Dies mali ſunt. qꝛ iſti dies boni ſunt: in iſtis dieb⁹ viuūt ſancti: de quibus hodie ſolenniʒamus: et ꝑ cōſequens non loquitur thema de diebus eoꝝ dicendo: Dies mali ſunt. qꝛ dies eoꝝ boni ſunt. Et placeat notare quomodo ī gloria eterna ſancti habent dies bonos propter bonas virtutes quas hic habuerūt: quibus pro premio illi boni dies in gloria correſpondent.

¶ Primo habēt bonam diem dominicam propter virtutem quā hic habuerūt de fide et credētia. Dies dominica eſt dies luminis: per quā intelligitur fides. Lux fuit in creatione ꝑma: et fides in ordine virtutū eſt prima. quia ſm̄ Augu. de fide ad petrum/ fides eſt prima illuminatio mentis ad deum cognoſcendum. Iſtam diem habent valde bonam; quia vidit deus in eis lucem. i. fidem ꝙ eſſet bona.

¶ Secundo habēt bonam diem lune propter virtutem quam poſſederunt de pietate ⁊ clementia. In iſta die regnat luna: que eſt humida et mater roris: qđ ſignat in iſtis virtutem pietatis ⁊ clemētie. Fuerunt quaſi luna plena in diebus ſuis. Eccleſiaſtici. l.

¶ Tertio habēt bonam diem martis propter aduerſarios quos deuicerūt cum patientia. In iſta die regnat mars: qui ſm̄ poetas eſt deus belli et victorie. et patientia ſola virtus eſt que vincit aduerſa ſuſtinendo. Sancti iſti martyres per patientiam habuerunt de Datiano victoriam. Nobile genus vincendi eſt patientia. vnde verſus. Si vis vincere diſce pati. et poeta. Maxima virtutū patiētia pugnat iermis: Armatoſqꝫ ſolet vincere ſepe viros.

¶ Quarto habent bonam diem mercurij propter virtutem quam manutenuerunt de obedientia. In iſta die regnat mercurius: qui quibus planetis coniungitur: illis conformatur: et ſignat in iſtis ſanctis obediētiam: per quam ſemper fuerūt deo concordes: et nunꝙ diſcordes.

¶ Quinto habent bonam diem iouis propter charitatem paternalem. In iſta die regnat iuppiter: quia dicitur iuuans pater. ipſi hic ſemper iuuerunt nos: ⁊ hodie et ſemper in ſtatu glorie: in quo ſunt: nos iuuāt: ſicut boni patres in neceſſitatibus pro nobis deum exorando quod in cōmodum noſtrū redundat. vnde Prouer.xvij. Gloria filiorum patres eorum.

¶ Sexto habēt bonam diem veneris propter amorem diuinum. In iſta die regnat venus: que eſt dea amoris. et ipſi fuerunt conſtantes in amore dei et proximi: ſcientes ꝙ in his duobus mandatis vniuerſa lex pendet et prophete. Matth.xxij.

¶ Septimo habent bonam diem ſabbati propter elemoſynam liberalē. In iſta die regnat ſaturnus qui dicit̄ a ſaturādo. ipſi hic impleuerunt illud Eſaie.lviij. Frange eſurienti panem tuum. pauperes ſaturādo. ideo in gloria deus eos ſaturat implēdo in eis illud pſ̄.lxxx. Cibauit eos ex adipe frumenti ⁊c̄. Sic iſti ſancti ⁊ glorioſi martyres habent in gloria dies bonos: et non malos. non thema de diebus eorū dicitur: Dies mali ſunt. quia dies eorū in gloria boni ſunt. et impletur in eis illud

Iob.xxxvj. Complebunt dies ſuos in bono: et annos ſuos in gloria. Et hoc de prima parte ſermonis: ⁊ de laudibus ſanctorum de quibus feſtiuamus.

Secunda pars.

C ¶ Dixi ſecūdo principaliter in ſecunda parte noſtri ſermonis: in qua dixi ꝙ de nobis qui ī iſta ciuitate habitamus viuimus et conuerſamur: verificatur thema noſtrum inceptum: Dies mali ſunt. Eſt ſenſus thematis/ ꝙ dies in q̄bus nos viuimus in hac vita preſenti: mali ſunt. Hoc poſſumus deducere et declarare dupliciter.

Primo per argumentum de contrario logicale.
Secundo per documētum autenticū doctorale.

¶ Dico primo ꝙ dies vite preſentis ī quibus nos viuimus: mali ſunt: quod poſſumus deducere per argumentum de cōtrario logicali. per locum a contrarijs eſt bonum argumētum ſm̄ Ariſto. in elenchis. vnde arguendo per locum a cōtrario ego reperio ꝙ per contrarium ad dies vite future ſunt dies vite preſentis.

Primo dies vacui et defectuoſi.
Scđo imperfecti et non completi.
Tertio breues et diminuti.
Quarto brigoſi et paucoꝝ amicorum.

¶ Dico primo ꝙ dies vite preſentis mali ſunt per oppoſitum et cōtrarium ad dies glorie vite future qui boni ſunt: quia ſunt vacui et defectuoſi. In illis eſt omnis boni plenitudo et abundātia: in iſtis eſt omnis boni defectus et penuria. Hic habemus ſterilitates/ ſiccitates/ carētiam pluuiarum/ mortalitates/ peſtilentias/ et infirmitates/ dolores/ labores/ afflictiōes/ tribulationes/ et anguſtias. ſic ſunt dies vacui: et a plenitudine boni deficientes: ꝓpter quod de eis dicit Iob.ix. Dies mei velociores fuerunt curſore: fugerunt ⁊ nō viderunt bonum. quia ſunt dies vacui et defectuoſi. dies mali ſunt et nō boni: propter qđ dicit de eis Iob in cap̄. allegato. Dies mei ⁊c̄.

¶ Dico ſecundo ꝙ dies vite preſentis mali ſunt propter oppoſitum et contrarium ad dies glorie vite future qui boni ſunt: quia ſunt imperfecti ⁊ non cōpleti. Quis modo in vita preſenti viuit per dies completos? de quo dicitur modo illud qđ ſcribitur de adam/ abraam/ yſaac/ ⁊ dauid. et de multis alijs ſanctis patribus. Mortuus eſt in ſenectute bona ꝓuecteqꝫ etatis et plenus dierum. Gen̄.xxv. Conſueuerūt hoīes antiquitus viuere per magna tempora per nōgentos octingētos ſeptingētos annos ſicut habet̄ Gen̄.v. ⁊ vſqꝫ in ſenectutem et decrepitatem peruenire: modo nullus attingit ad dies predeceſſoruʒ. Iacob pater ioſeph interrogatus ꝑ Pharaonem Gen̄.xlvij. Quot ſunt dies annorum vite tue? Reſpondit. dies peregrinationis vite mee. cxxx. annoꝝ ſunt parui et mali: ⁊ non peruenerunt vſqꝫ ad dies patrum meorū. Iam in diebus dauid iſti dies ad magnum decrementū deuenerunt: quādo dixit pſ̄.lxxxix. Dies annoꝝ noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. Mō ſunt magis imperfecti ⁊ non cōpleti: qꝛ pauci ſunt qui modo viuāt per.lx. annos. ⁊ pauciores qui per.l. Sic iſti dies: qꝛ nō veniunt ad complementū: mali ſunt: de quib⁹ dauid pſ̄.liiij. di. Viri ſanguinum et doloſi non dimidiabunt dies ſuos.

D ¶ Dixi tertio ꝙ dies vite preſentis mali ſunt per oppoſitum et cōtrarium ad dies vite future q̄ boni ſunt: quia ſunt breues et diminuti. Querit Iob.x. Nunquid nō paucitas dierum meorum finietur breui? Reſpondit ſic: quia breues dies hominis ſunt. Nos habemus dies breues: et dies longos: per maiorem acceſſum ⁊ receſſum ſolis a nobis. quia quādo appropinquat ſol ad nos: vt quādo aſcendit ad ſolſtitiū eſtiuale: habemus dies lōgos ⁊ magnos. quando recedit a nobis: vt quando deſcēdit ad ſolſtitium hyemale: habemus dies breues et noctes longas: vt patet in preſenti tp̄e. Moraliter modo ſumus in diebus in q̄bus ſol iuſticie xp̄s recedit a nobis: nō infundēdo nobis lumē ſue gratie habemus dies breues: ⁊ noctes lōgas ꝓpter pctā nr̄a. poſſumus dicere cū veritate illud Sap̄.v. Iuſticie lumē nō luxit nobis. ⁊ ſol ītelligētie nō eſt ort⁹ nobis. Propter iſtā igit̄ breuitatē ⁊ diminutionē dierū ꝑſentiū/ in q̄bus viuimus: cū veritate dicere poſſumus: Dies iſti mali ſunt.

¶ Dixi quarto ⁊ vltimo ꝙ dies vite preſentis mali ſunt per oppoſitū et contrarium ad dies glorie vite future qui boni ſunt: quia ſunt brigoſi ⁊ paucorum amicorum.

Modo inter hoĩes eſt guerra: nulla amicitia: ĩmo ĩfecta malicia calliditas ⁊ verſutia. Modo in iſtis diebꝰ nõ eſt veritas non eſt mĩa: ⁊ nõ eſt ſcientia dei in terra. Maledictũ et mendacium et homicidiũ et furtũ et adulteriũ inundauerũt ſuꝑ terram: et ſanguis ſanguinem tetigit. Oſee iiij. Dic hic. ꝓpter hoc igitur iſti dies nr̃i in quibus viuimus: mali ſunt: quia ſunt dies pugne ⁊ dies belli. Job. xxxviij. ⁊ idẽ cap̃. vij. Militia eſt vita hoĩs ſuper terrã. Ptꝫ igiꝉ ꝙ per locum a ꝯtrarijs arguendo dies vite preſentis in quibus viuimus: mali ſunt.

E ¶ Secũdo dixi ꝙ deducerem ꝙ̃ dies preſentis vite in quibus viuimus: mali ſunt per documentũ autenticũ doctorale. Beatus Aug. in lib. de ỽbis dñi. ſermo. xvij. et libro de ciuita. dei inuehit ꝯ gentiles et paganos: qui dicebãt dies eſſe malos ꝓpter infortunia mala que in eis accidebant: ꝓpter quod dicebant ꝙ in illis diebus non erant certa oꝑa faciẽda: vt equitare/ venari/ incipere iter. quod et adhuc multi augures ⁊ ſuperſtitioſi obſeruãt. ⁊ heretici complures cõfirmarũt dicta iſtorum: allegãtes dictũ apoſtoli vbi thema: Redimẽtes tẽpꝰ: quoniã dies mali ſunt. Sed iſtis reſpondet Auguſt. ꝙ dies oẽs accipiẽdo diem pro motu ſolis: quem facit illuminãdo terre hemiſpherium: boni ſunt: qꝛ ſolus deꝰ et ſol faciunt illos dies qui boni ſunt. Sed declarando Auguſti. quomodo intelligiꝉ dictuꝫ apoſtoli: dies mali ſunt. dicit ſic. Ex quo adã peccauit: dies inceperunt eſſe mali. malicia hoĩm malicia dierũ eſt. modo certũ eſt ꝙ nũꝙ̃ hoĩes fuerunt ita mali ſicut modo ſunt. vnde apoſtolus. ij. ad Timoth. iij. In nouiſſimis diebus inſtabunt tẽpora periculoſa: ⁊ erũt hoĩes ſeipſos amantes: cupidi: elati: ſuperbi: blaſphemi: parentibus non obedientes: ingrati: ſceleſti: ſine affectione: ſine pace: criminatores: incõtinentes: immites: ſine benignitate: proditores: proterui: tumidi: ⁊ voluptatum amatores magis ꝙ̃ dei: habẽtes ſpeciẽ pietatis: virtutem autẽ eius abnegantes. Iſte malicie hoĩm qui tot ⁊ tam multiplicate in iſtis diebꝰ regnant: faciunt dies malos. vñ dñs Mat. vj. Sufficit diei malicia ſua. Nunc videꝉ mihi ꝙ ſimꝰ in diebꝰ noe: de quibus ſcribiꝉ Geñ. vj. ꝙ multa malicia hominũ eſſꝫ in terra: et cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malũ omĩ tẽpore: penituit eum quia hoĩem feciſſet in terra. ⁊ ait. Delebo inquit hominẽ quẽ creaui a facie terre. ab hoĩe vſqꝫ ad aĩantia: a reptili vſqꝫ ad volucres celi. Penitet em̃ me feciſſe eos. Tunc deleuit hoĩeꝫ ꝑ diluuium: nũc per peſtilẽtias/ mortalitates/ guerras/ ⁊ continuũ excidiũ: multiplex periculũ. qδ ptꝫ: qꝛ de mille hoĩbus qui erãt ante annos decẽ: modo vix ſunt quĩquagĩta: ⁊ plures moriunꝉ: ꝙ̃ naſcũꝉ. Et ſic propter pctã noſtra deuenimus ad dies de ꝗbus dicit pš. cxxxviij. Dies formabunꝉ: ⁊ nemo in eis. Propter maliciã ergo hoĩm dies mali ſunt. Nũc habemꝰ

F Primo malã diem dñicam ꝓpter modicam credentiã ⁊ fidelitatẽ. Dies dñica eſt dies ſolis et luminis: q̃ ſignificat fidẽ: ſꝫ nunc ꝓpter modicam fidẽ quã habemus poſſumus dicere illud Amos. viij. Teneb reſcere faciam terram in die luminis.

Scđo habemus malã diem lune propter paucam clementiã et pietatẽ. Nunc non regnat lumen clementie et pietatꝫ. et impletur illud Eſaie. xxiiij. Erubeſcet luna: et confundetur ſol.

Tertio habemꝰ malã diem martis ꝓpter paucam patiẽtiã in aduerſitate. Nullus eſt patiens: nec vult ſuſtinere aliquid ꝓpter deum: cum ſcriptum ſit Jacobi. j. Patientia opus perfectum habet.

Quarto habemus malam diem mercurij ꝓpꝉ paucã obediẽtiã ⁊ cõformitatẽ. Dic de religioſis quõ cõformãt ſe ꝑlatis ſuis ſicut cecus: cui xp̃s dixit: Quid tibi vis faciam? Mar. x. Non ſicut paulꝰ qui dixit xp̃o: Dñe ꝗd me vis facere? Act. ix. vt dic̃ Berñ. in ſermone ꝯuerſiõis ſancti pauli. vnde ph̃s. viij. Ethico. Rex principatur ſubditis principatu paterno.

Quinto habemus malã diẽ iouis ꝓpter paucã charitatẽ paternalẽ. Nullꝰ modo dñs vel prelatus ſe hꝫ ad ſubditos ſicut pater: ſed ſicut tyrãnus. nullus modo eſt iuppiter. i. iuuãs pater. mõ impleꝉ illud dictum xp̃i Mat. x. Tradet frater fratreꝫ in mortẽ: et pater filium: et inſurgẽt filij in parentes: ⁊ morte afficient eos.

Sexto habemus malã diẽ veneris ꝓpter paucũ amorẽ diuinalẽ. Venꝰ amorꝫ diuinalis mõ nõ regnat: ſed amoris carnalis que dicit cum impijs Sapi. ij. Fruamur

bonis que in terra ſunt. ⁊ vtamur creatura tanꝙ̃ in iuuẽtute celeriter. Vino ꝓcioſo et vnguentis nos impleamꝰ: et nõ pretereat nos flos tẽporis. Coronemus nos roſis anteꝙ̃ marceſcant: nullũ pratuꝫ ſit quod non pertranſeat luxuria noſtra.

Septimo et vltimo habemꝰ malã diem ſabbati ꝓpter paucam compaſſionẽ eoꝝ qui patiuntur malum. Sufficit hoĩbus huius ſeculi qui obtinuerũt diuitias: ꝙ habeant abundantiã: et ꝙ pauꝑes fame moriant. non curant niſi ꝙ in eis regnet ſaturnus: ⁊ ꝙ ſint bene ſaturati: ⁊ ꝙ pauperes eſuriant. Debent attendere ꝙ quãdo dicet eis xp̃us. Eſuriui ⁊ non dediſtis mihi mãducare. tũc implebiꝉ qδ dixit ꝑ ꝓphetã Eſaiã. lxv. Ecce ſerui mei comedẽt ⁊ vos eſurietis. Ecce ſerui mei bibẽt: et vos ſitietis. Etiã tũc illi habebũt malã diẽ ſabbati: et pauꝑes ſerui xp̃i habebũt bonam. Ecce ergo declaratum quomodo dies preſentes in quibus viuimus: mali ſunt ꝓpter maliciam hoĩm: quia maliciam dierũ facit malicia hoĩm. Sed quia naturaliter oẽs homines deſiderãt bonũ et non malũ. vñ in. j. Ethicoꝝ. Oĩa bonũ appetunt. orat ad deum in perſona nr̃i Hieremias in planctu Threnoꝝ in ca. v. di. Innoua dies nr̃os ſicut a prĩcipio. hoc ẽ ꝙ ꝑ iſta verba nos deo dicamus. A ꝓncipio dñe deus et ab ãtiquo habuimꝰ bonos. ſ. valeriũ/ branlium/ vincentiuꝫ/ laurentium/ engratiã/ et alios ſenctos martyres iſtiꝰ ciuitatis: et ꝑ ꝯñs habuimꝰ bonos dies: qꝛ ſicut modo malicia hominũ facit malos dies: ita ab antiquo bonitas hoĩm faciebat bonos dies. Innoua ergo dñe dies nr̃os ſicut a prĩcipio: vt ſicut habemus malos dies: habeamꝰ bonos: ⁊ tibi dñe regratiando cũ pš. lxxxix. dicamꝰ. Letati ſumus ꝓ diebus ꝗbus nos humiliaſti: annis quibꝰ vidimus mala. Iſta ẽ bona orõ. et certe deus exaudiet eam: ſi faciamus qδ conſulit nobis dauid. ĩ pš. xxxiij. Quis eſt homo qui vult vitã: diligit dies videre bonos: prohibe lĩguã ⁊c. vſqꝫ: Perſequere eã. Interrogat nos dδ in iſtis verbis: ꝗs eſt homo in iſta ciuitate ceſarauguſt: qui vult vitã: diligit dies videre bonos? Rñdet quilibet nrm. ego ſum ille. qꝛ quilibet naturaliter diligit vitam: ⁊ tẽpus bonũ: et dies bonos. Replicat tibi dauid: ⁊ placeat notare: ad hoc ꝙ habeas vitam bonam: et dies bonos quattuor te opꝫ facere.

Primũ tuam linguam refrenare cũ locutione honeſta. prohibe linguã tuã a malo. Dic hic moralizando/ ꝙ nullus facit hoc: ſed quilibet loquiꝉ malũ et inhoneſtum: diffamando alios. dic de diffamatoribus quõ ſunt homicide vite politice: et ꝙ tribus indigemus. ſcilꝫ grã propter deum: conſciẽtia ꝓpter nos: fama ꝓpter homines et vitam politicã. Curam habe de bono noĩe. Eccli. xlj. et qui aufert iſta homicida eſt auferẽdo vitã politicam. B

Secundũ dicit dauid qδ opꝫ te facere ad hoc ꝙ habeas vitam bonã et dies bonos eſt falſitatem non cogitare: nec tractum inhoneſtũ: ibi. Labia tua ne loquãtur dolum. O quot ſunt qui contrariũ faciunt: qui loquũtur pacẽ cum ꝓximo ſuo: mala autẽ ⁊c. Dic de malis tractibus qui fiũt per multos. et non ſolũ loquuntur in dolo: ſed et iurãt in dolo ꝓximo ſuo: et accipiunt in vanum aĩam ſuam.

Tertium dicit dauid qδ te opꝫ facere ad hoc ꝙ habeas vitã bonã et dies bonos: eſt bene operari relinquendo ſuũ contrariuꝫ: ibi. Diuerte a malo et fac bonũ. Sic homo facit mutationem et quandã conuerſionem de extremo in extremũ: et de contrario in contrariũ. Sed nullꝰ modo facit iſtã mutationem ſpiritualẽ. couerſi nouiter ad fidẽ: qui mutauerũt ſe de ſtatu veteris teſtamenti ad ſtatum nouum: quoad characterẽ baptiſmalem: ſed non exuerunt veterẽ hoĩem cum actibꝰ ſuis ⁊ induerunt nouũ. ad Eph. iiij. et Colo. iij.

Quartum et vltimũ qδ dicit dauid qδ te opꝫ facere ad hoc ꝙ habeas vitam bonã et dies bonos: eſt voluntatem tuã cõformare cũ ĩimico aduerſario. ibi. Inquire pacem et perſequere eã. inquire. i. intus eam in corde quere: ⁊ perſequere eã extra in opere. ſic perſequebatur pacem dauid pš. cxix. quando dicebat. Cum his qui oderunt pacẽ eram pacificus ⁊c. Hic habemus contrariũ: quia nullus inꝗrit pacem: ſed guerram: et hec eſt cauſa quare dies nr̃i mali ſunt. Pro fine ſermonis dico pro oĩbus nobis exorando: et dño humiliter ſupplicando vt innouet dies noſtros ſicut a principio: dicẽdo illud quod ſcribiꝉ. ij. Machab. in cap. j. Adaperiat dominus coꝝ veſtrũ in lege ſua: et in pre-

ceptis ſuis: ⁊ faciat pacem in diebus veſtris. concedat vobis ſalutem: et redimat vos a malis meritꝫ beatiſſime engratie/ et ſanctoꝝ martyꝝ: dando vobis in preſenti gratiā: et in futuro gloriā: quam nobis concedat xp̄s dei filius: qui cū patre et ſp̄ūſancto viuit et regnat per infinita ſeculoꝝ ſecula bn̄dictus deus. Amen.

¶ Dominica. xx. poſt feſtum trinitatis. Sermo. iij.

Simile ē regnū celorū homini regi qui fecit nuptias filio ſuo. mat. xxij. cap. ⁊ in euāgelio hodierno. Honorabiles dn̄i/ euangeliū hodiernū magnū eſt in ſententia litterali: maius et maximū in ſentētia morali ⁊ ſp̄ūali. vn̄ de duobus ſpecialiter fit mentio et tractat̄ in euangelio: de quibus poterimus colligere ſanctas ⁊ bonas inſtructiones. et ſm̄ hoc iuxta ſententiaꝫ ſancti euāgelij erunt in preſenti ſermone duo tractatus.

Primus erit de vnis nuptijs honorabilibus celebratis ſanctiſſime. in p̄ma parte euangelij. Simile eſt regnū celoꝝ homini regi qui fecit nuptias ⁊c.

Scd̄us erit de ſuis cibis preparatis cum ſuis condimentis aptiſſime. in ſcd̄a p̄te euāgelij ibi. Ecce prandium meū paraui: tauri mei ⁊c.

Prima pars.

¶ Primus igitur tractatus nr̄i ſermonis erit de vnis nuptijs ⁊c. Ubi notandū q̄ nuptie de quibus agit̄ in iſto euāgelio: non ſunt carnales: ſꝫ ſpirituales: vnde aliquā ſimilitudinē habēt cū carnalibus: q: ad ſignandū q̄ nuptie de quibus tractatur in preſenti: ſunt ſpirituales: nō carnales ſm̄ eius ſimilitudinem: ideo incipit xp̄s dicere in euāgelio. Simile eſt regnū celoꝝ. et ꝓpter h̄ euangeliſta p̄mittit in textu. q̄ loq̄bat̄ dn̄s in parabolis ⁊ ſimilitudinib⁹. Iſtud in pſona xp̄i ꝓphauit dauid di. ps. lxxvij. Aperiam in parabolis os meū. Simile (inq̄t xp̄s) eſt regnū celoꝝ hoī regi ⁊c. Sed dices tu: q̄re xp̄s loq̄batur in parabolis ⁊ ſimilitudinib⁹? Pro rn̄ſione dico q̄ ſimilitudo dr̄ a ſenſu et habitu. do q̄ igit̄ nos ſum⁹ aſſueti: q: p ſenſum homo aſſueſcit ab intellectu: cum oīs nr̄a cognitio intellectiua ortū habeat a ſenſu. vt dr̄. j. poſterioꝝ. ⁊ iō dn̄s loquit̄ per ſimilitudines et ſenſibilia: vt nos ducat ad intellectualia: et per intellectualia ad diuina. exēplum ī ſctīs regibus magis: quos p ſenſibilē ſtellam induxit ad intelligibilē ꝓphetiā: et p intellectualē ꝓphetiā ad xp̄i viſionē immediatā. Sed videamus q̄s eſt iſte rex q̄ fecit nuptias filio ſuo. ⁊ q̄s eſt iſte filius. Certe p iſtum regē intelligim⁹ deū patrē: per iſtū filium/ dn̄m nr̄m ieſum xp̄m. de q̄ rege et filio ſuo xp̄o ſic dicit dd̄. Ps. lxxj. Deus iudiciū tuū regi da: et iuſticiā tuā filio reḡ. Sed q̄d p regnū celoꝝ? Ro. q̄ p regnū celoꝝ in propoſito intelligitur ſm̄ Grego. ⁊ alios doctores/ eccl'ia militans: non triūphans propter tria.

Primo q: conuiuiū nuptiarū hic factum vocat̄ prādiū: reſtat cena. i. gl'ia: ⁊ poſt cōuiuiū nullū aliđ reſtat. Et iō dicūt doctores q̄ illa parabola quam dixit chriſtus Luc. xiiij. Homo quidā fecit cenam magnam. intelligit̄ de gloria celeſti.

Scd̄o regnū celoꝝ hic pro eccl'ia militanti: nō triūphanti ſumit̄. q: hic eſt inuent⁹ q̄dam non h̄n̄s veſtem nuptialē: et p ꝯn̄s eiectus. In triūphanti eccl'ia null⁹ eijcit̄.

Tertio q: hic in iſto conuiuio fuerunt boni et mali congregati: vt dr̄ in iſto euāgelio. in eccl'ia ꝟo triumphanti nō niſi boni vnde merito concludit̄ q̄ in preſenti euāgelio regnū celoꝝ ꝓ eccl'ia militanti dicit̄ in q̄ quidā intrant: et quidā exeūt: quidā ſunt boni: ⁊ quidam mali. vbi zizania eſt mixta cū tritico. palea cū grano: et iō de preſenti militāti eccl'ia ſcribit̄ Mat. xiij. Simile eſt regnū celoꝝ ſagene miſſe ī mare et ex omni genere piſciū cōgregāti ⁊c. vbi. foras miſerūt ⁊c. declarans ſimilitudinē et parabolā xp̄s dicit ſic. Sic erit in ꝯſummatiōe ſeculi. Exibūt angeli ⁊c. In iſta nāq̄ eccl'ia rex de⁹ pr̄ ſuo filio ſaluatori nr̄o celebrauit tres nuptias.

Primas cū noſtra natura humanali.

Secūdas cum aīa rationali.

Tertias cū ipſamet eccl'ia apoſtolicali.

¶ Primas igit̄ celebrauit deus pater xp̄o filio ſuo cū noſtra natura humanali: quādo ſimul fuerūt ꝯiuncte in vno fundamēto natura hūana ⁊ diuina. qn̄ verbū caro factum eſt et habitauit in nobis. Iohā. j. He nuptie figurant̄ ī illis que facte ſunt

in chana galilee. Ioh. ij. Et die tertia nuptie facte ſunt in chana galilee: et erat mater ieſu ibi. Prima dies lex nature. ſecunda lex ſcripture. tertia lex gr̄e/ in qua die facte ſunt iſte nuptie. Item q̄ facte ſunt in chana. Chana interp̄tat̄ zelus: q: ex maximo et feruenti zelo et amore ſe humiliauit iſte filius regis ad cōiungenduꝫ ſibi in matrimoniū nr̄am naturā fragilē: de limo terre formataꝫ. ſequit̄. In chana galilee. galilea interpretat̄ trāſmigratio: q: ab infimo gradu nature ītellectualis vſq̄ ad ſummū naturā noſtrā exaltauit. Sequit̄ q̄ erat ibi mater ieſu. Certe verū eſt q̄ thalamus iſtarū nuptiarum fuit in vtero ſuo paratus. ipſa fuit thalam⁹. ip̄e xp̄us ex vtero ſuo proceſſit ſicut ſponſus de thalamo ſuo. vt ait ps. xviij. O glorioſus thalamus. bn̄ preparat⁹ et decoratus fuit iſte thalam⁹ de trib⁹ pānis precioſis parat⁹ ⁊ incortinat⁹. ſ. de nigro: de albo: et de rubeo. De nigro per ꝓfundam hūilitatē. vn̄ dr̄ Canticoꝝ. j. Nigra ſum: ſed formoſa. De albo virginitatꝫ et puritatꝫ. vn̄ ibidē. Pulchra ſum et formoſa. ratiōe virginitatis. De rubeo magne charitatis vn̄ ſequit̄. ſicut pellis ſalomonis q̄ erat rubricata. Hoc mr̄imoniū et nuptie fuerunt initiata: ratificata: ⁊ conſummata: initiant̄ in ſalutatiōe honoroſa. Aue gratia plena ⁊c. Ratificant̄ in declaratione dubioſa di. Quō fiet iſtud ⁊c. Cōſummātur in cōceptione humilioſa di. Ecce ancilla dn̄i ⁊c. Scd̄m Grego. mox verbum ī vtero: mox intra vterū ꝟbū caro. Iſte nuptie fuerūt p̄ſignate et ſignificant̄ Gene. xxviij. vbi yſaac ad iacob. i. pr̄ ad filium. Noli accipere coniugē de genere chanaā ſed vade et ꝓficiſcere in meſopotamiam ſyrie. Chanaā interp̄tatur poſſidēs donū et ſignificat angelos in gr̄a cōfirmatos: qui poſſident donū paradiſi. Meſopotamia interpretat̄ eleuatio vocationis: ⁊ ſignificat naturā humanā: q̄ eleuata eſt et adorata: vt in vnitate pſone filij dei vniretur. Pro applicatione autoritatis/ eſt imaginandū q̄ erat quedā diſputatio in ꝯſiſtorio trinitatꝫ q̄ natura debebat ſublimari: ⁊ regis filio vniri: et in mr̄imonio copulari. et finaliter repertū eſt q̄ natura humana: nō angelica. ⁊ ſic factū eſt. nā ſm̄ apl'm/ nuſq̄ angelos app̄hendit: ſed ſemen abrae. Hebre. ij. Et iſtā ſententiā dat deus pater filio dicēs. Noli accipere cōiugē de genere chanaā. i. de natura angelica: ſed proficiſcere in meſopotamiam idest accipe naturam humanam.

¶ Secūdas nuptias deus pater rex celebrat filio ſuo xp̄o cuꝫ aīa rationali. Iſtud matrimoniū celebrat̄ per gratiā qn̄cūq̄ aīa rationalis exit de ſtatu pctī: et redit ad ſtatum gr̄e per pn̄iam. Iſte nuptie nō ſunt paruipendēde: cū tota curia celeſtꝫ letificet̄ in eis. Luce. xv. Gaudiū erit corā angelis dei ⁊c. Iſte nuptie nō ſunt corporales: ſed ſp̄ūales: h̄nt tn̄ ſimilitudinē cū corporalibus in hoc: q̄ ſicut duo ſunt ibi in carne vna: ita ibi ſunt duo in ſp̄ū vno. j. Corin. vj. Qui adheret dn̄o: vnus ſp̄ūs eſt. Iſtud matrimoniū initiatur in fide. fides eſt anulus verbi ⁊ fidelis anime. vn̄ dicit verbum tanq̄ ſponſus. date anulum in manu. et fidelis anima tanq̄ ſpōſa dicit. Anulo ſuo ſubarrauit me. Secūdo hoc matrimonium ratificat̄ in gr̄a et mīa: quando anima deuota perſeuerat ī bono tenendo ſponſo fidelitatem. Tertio conſummatur in gloria: quia tunc vinculum matrimoniale efficietur perpetuum et indiſſolubile. de hoc matrimonio ⁊ nuptijs quantū ad initiationem et ratificationem et conſummationē ſcribit̄ Oſee in cap̄. ij. Sponſabo te mihi in fide. ecce initiū matrimonij. In iudicio ⁊ ī iuſticia et in miſericordia et in miſerationibus. vbi corp⁹ iudicij iuſticie et mīe et miſerationis conferendo gratiā. ecce matrimonium ratificatum. Sponſabo te mihi in ſempiternum. conferendo gloriā. ecce matrimonium conſummatū.

¶ Tertias nuptias de⁹ pater rex filio ſuo xp̄o celebrauit cum eccl'ia apoſtolica: de quib⁹ thema. Simile eſt regnū celoꝝ ⁊c. Iſte ſimilitudinem habent cum corporalibus: q̄ ſicut ibi duo in carne vna: ita ibi duo ſcilicet caput et mēbra ī corpore vno Chriſtus tanq̄ caput: et tota fideliū eccleſia tanq̄ membra faciunt vnū corpus myſticum. vn̄ ad Romaū. xij. Multi vnū corpus ſumus in xp̄o. Iſte nuptie fuerūt initiate et ratificate et conſummate ī paradiſo terreſtri: qn̄ immiſit dn̄s ſoporem in adam: et de eius latere euam formauit per quam intelligitur eccleſia. Un̄ apl'us Ephe. v. Sacrm̄ hoc magnū eſt. Ego aūt dico in xp̄o ⁊ in eccl'ia. Scd̄o ratificauit

in paſſione qñ ſponſus pro ſpōſa mori vo
luit: et de latere ſuo dedit duo iocalia ſpō
ſe.ſ.aquā ⁊ ſanguinē. Primū vt lauaret ⁊
mundaret. ſcd̄m vt purpuraret ſicut regi
na. Solēt magne dn̄e habere aquas pre-
cioſas ad lauandū: et veſtes ad induēdū.
Tertio fuerūt cōſummate qñ ſponſus di-
xit in cruce. Conſummatū eſt. et inclinato
capite tradidit ſpm̄. Joh.xix. Hoc matri-
moniū fuit figuratū Judicū.xiiij. vbi dr̄.
Deſcēdit itaqʒ ſamſon cū patre ⁊ matre.i.
xp̄s in hūc mūdum. videnſqʒ ibi mulierē
de filiabus philiſtijm.i. eccleſiā de genti-
bus congregatā. aſcendit et nūciauit pa-
tri ſuo.et matri.i.ſynagoge vt acciperent
ſibi in vxorē eam. Qz ſimilitudinē habeat
xp̄s cū ſamſone pulchre hoc dicit Aug.ſu
per illud Mat.ij. Qm̄ nazareus vocabi-
tur. inuenies in catholicon in termino na
zarenus. Et ſic facio finē prime parti ſer-
monis: i q̄ dixi ꝙ eſſet de vnis nuptijs ⁊c̄.
¶ Secūda pars principalis nr̄i ſermonis
eſt de cibis ⁊ ferculis ⁊c̄. ibi. Dicite inuita
tis. ecce prandium meū ⁊c̄. Et nota ꝑ de-
claratiōe iſtiꝰ partis: ꝙ i ꝯuiuio iſtarū nu
ptiaꝝ ponunt ꝑ ordinē quattuor fercula.
Primo panis.
Secundo vinum.
Tertio carnes.
Quarto ſalſamentum.
Hoc figuratur per illud cōuiuiū Prouer.
ix. vbi habetur/ ꝙ ſapiētia immolauit vi-
ctimas: miſcuit vinū et poſuit menſam. ⁊
vocādo inuitatos dixit. Uenite comedite
panem meum: et bibite vinum quod mi-
ſcui vobis.
¶ Primo igit in iſtis nuptijs filij dei ⁊ na
ture humane preponit nobis panis: q̄ eſt
ipſe xp̄s filiꝰ dei q̄ de ſe dicit. Ego ſum pa
nis viuus: q̄ de celo deſcēdi. Joh.vj. Hic
panis eſt triticeꝰ nō ordeaceꝰ ꝓpter duo.
Primo qꝛ eſt panis dn̄oꝝ: non ſeruoꝝ: vn̄
dat regibꝰ. Pinguis panis eius: ⁊ prebet
delitias regibꝰ. Gen̄.xlix. Scd̄o qꝛ iſte pa
nis eſt valde dulcis et ſapidus. Sap.xvj.
Panē de celo p̄ſtitiſti illis ſine labore om
ne delectamētū in ſe habētem: ⁊ oīs ſapo
ris ſuauitatē. Panis ordeaceus eſt aſper
rimus ⁊ plenꝰ paleis: quē panē dedit dn̄s
eis in mōte tam̄ ſeruis: vbi fuit puer q̄ ha
bebat q̄nqʒ panes ordeaceos. Mat.xiiij.
Mar.vj. Luc.ix. ⁊ Joh.vj. Jſtum panem
etiā moyſes dedit iudeis in q̄nqʒ libris le
gis. paleā exterius nō granū. ſpūs īterior
nobilior igit nr̄ eſt panis. propter qd̄ xp̄s
Joh.vj. ait iudeis. Non moyſes dedit vo
bis panem de celo: ſed pater meus dat vo
bis panem de celo verum.
¶ Scd̄o ꝑponit nobis in iſtis nuptijs vi
nū grē: qd̄ biberūt apl̄i in die pētecoſtes:
qñ iudei crediderunt eos fore ebrios. vn̄.
Muſto madere deputant: quos ſpūs re-
pleuerat. Erat vinū: ſʒ nō illud qd̄ ipi cre-
debant. vn̄ dixit petrꝰ Act.ij. Nō em̄ ſicut
vos eſtimatis hi ebrij ſunt. Tūc fuit clariſ
ſimū ⁊ aptū oībꝰ volētibꝰ eū bibere. Tūc
dixit ſpōſa. Jntroduxit me rex ī cellā vina
riā. Can̄.ij. Et videte quō iſtud fuit bonū
et optimū vinū. ante apl̄i et fideles bibe-
bāt: imo limphatū ⁊ totū plenū aqua. Sʒ
tūc aqua verſa eſt in vinū. ⁊ dictū ē ꝑ eos
architriclino.i. deo prī. Oīs hō primū bo
nū vinū ponit ⁊c̄. Tu aūt ſeruaſti bonum
vinum vſqʒ adhuc. Joh.ij.
¶ Tertio ꝑponunt ī iſtis nuptijs carnes:
de q̄bꝰ. Tauri mei ⁊c̄. Tauri ſunt prēs ve
teris teſtamēti: q̄ duplici cornu.ſ. tp̄ali et
ſpūali vitia ⁊ pctōres vētilabāt: ⁊ ꝯ eos in
crepabāt ⁊ clamabāt: ꝓpter qd̄ occiſi ſūt
vt Hieremias lapidatus: Eſaias ſectus:
Amos ꝑ tp̄a ꝑforatꝰ: Ezechiel excerebratꝰ
de q̄bꝰ dic̄ xp̄s Mat.xxiij. Hierl̄m hierl̄m
q̄ occidis ꝓphetas ⁊ lapidas eos q̄ ad te
miſſi ſunt ⁊c̄. Jdē Lu.xiij. Altilia ſunt pa
tres noui teſtamēti adipe charitatis pin-
gues. q̄ dicūt cū dauid pſ̄.lxij. Sicut adi
pe ⁊ pin. reple. aīa mea ⁊c̄. Jtē ꝑ pēnā cō-
tēplatiōis alta petēs. vn̄ altile dr̄ ab alen
do ⁊ alte volādo. Bonꝰ capo vel altile lau
rētiꝰ ⁊ valde pinguis: q̄ deplumatꝰ ⁊ denu
datꝰ ī veru craticule ad vrendū ⁊ aſſandū
poſitꝰ: ꝑ multas gyrationes multū adipē
amoris diuini emittēs nō decreuit: ſʒ ac-
creuit dicēdo ad īpijſſimū tyrānū. Aſſatū
eſt iā verſa ⁊ mūduca ⁊c̄. Tot eccl̄ia ī iſtis
nuptijs q̄ nobis ꝓponunt fercula: quot
ſanctos martyres habuiſſe legimus.
¶ Quarto ꝑponunt nobis ſalſamēta pre
cioſa cōfecta de precioſiſſimis ſpeciebꝰ.ſ.
clauibꝰ/ gariofilis granis paradiſi: q̄ ſunt
claues paſſionis xp̄i. Jtē de ligno crucis
tam̄ de zinzibere ⁊ cinamomo. Jtē de ſan
guine xp̄i tam̄ de bono liquore ⁊ ad meliꝰ
acuēdū pigmētū deuotionis ponit ibi ſi-
cut in omni bono ſalſamento quod ibi bi
bit in paſſione. et cū iſto ſalſamento bene

comedūtur tauri et altilia ſupradicta. qꝛ
quicquid aſperū videt in occiſione illoꝝ
cū iſto ſalſamento totū dulce efficit: et h̄
ſi paſſio xp̄i ad memoriā reuocetur. ideo
ſcribitur Job.vj. Que prius nolebat tan
gere aīa mea: nunc pre anguſtia cibi mei
ſunt. Et ſic finitur ſcd̄a pars: et per ꝯn̄s
totus ſermo. Placeat altiſſimo ⁊c.

¶ Dominica.xx.poſt feſtum trinita-
tis. Sermo.iiij.

Ecce prandium
meū paraui. Mat.xxij. Rex
regum cuius ſedes parata
eſt in eternū: diuerſis gene-
ribus gentium varia pran-
dia parauit: vtpote
Primo ſcholaribus prandium doctrina-
lis ſcientie.
Secundo pctōribus prandiū infernalis
miſerie.
Tertio penitentibus p̄rādium eternalis
glorie.
¶ Primū prandiū paratū ſcholaribus in
ſacra theologia ⁊ ſacra ſcriptura. Jn iſto
prandio tā ſolēni ſunt tauri pingues/ et
altilia occiſa. Per tauros intelligunt pa
tres veteris teſtamēti: q̄ ſcripſerūt libros
antiq̄ teſtamēti ſicut moyſes qui ſcripſit
q̄nqʒ libros legales. ſicut ſamuel libros
regū. ſicut ꝓphe ⁊c. Jſti ſcti fuerūt tauri
pingues: q̄ fuerūt ſub iugo legis ſcripte.
et fuerunt pingues repleti pinguedine
charitatis et grē. Per altilia deſignātur
ſancti noui teſtamēti. apl̄i: martyres: do-
ctores: ꝯfeſſores: v̾gines: q̄ fuerūt pēnati
per contēplationē ad deū: occiſi: cōbuſti:
aſſati: ⁊ ſic de paſſionibus multis. Uel ꝑ
tauros ītelligunt precepta. per altilia cō
ſilia: in quibus quaſi ꝯtinetur tota ſacra
ſcriptura: vt dicat ſcholarꝭ auditor ſacre
ſcripture. Paraſti in ꝯſpectu meo mēſaʒ.
pſ̄.xxij. Jſta eſt illa prandij menſa de qua
Prouerb.ix. Sapiētia edificauit ſibi do-
mū. eccleſiam ſacroſanctaʒ in qua poſuit
menſam ſacre ſcripture. Et pronunc ſuf-
ficiat de iſto prandio.
¶ Scd̄m prandiū paratū pctōribꝰ in in-
ferno. ⁊ circa iſtud prandium aliqua ſunt
videnda.
Primo de pane.
Scd̄o de vino.
Tertio de ferculis.
Quarto de miniſtris.
Quinto de muſicalibus inſtrumentis q̄
ſunt cōmuniter in prandijs nuptiarū.
¶ Quantū ad primū. ibi eſt panis dolo-
ris triſticie: panis amarꝰ atqʒ duriſſimꝰ
qui nunq̄ pōt digeri. ſcilʒ mors ꝑpetua.
Nā mors depaſcet eos. ſcilʒ dānatos. pſ̄.
xlviij. de iſto pane Job.xxxiij. Abomīabi
lis ei fit ī vita ſua panis. Sed quid de vi
no? in tali prandio īferni miniſtratur du
plex vinū. videlʒ albū et rubeū. vinum al
bum: venenū aſpidū. vinū rubeū: fel dra-
conum. Deuter.xxxij. Fel draconum vinū
eoꝝ: et venenū aſpidū inſanabile. Sʒ q̄d
de ferculis in prandio iſto. Duo ſunt fer-
cula: qm̄ ibi miniſtrant carnes lixate et
aſſate. Siquidē dānati manducabūt lin-
guas ſuas pre dolore. Apoc.xvj. et inter-
dum erūt in aqua frigidiſſima: ⁊ tūc mā-
ducabunt linguas lixatas. Jnterdū erūt
in calore nimio: et tunc manducabūt lin-
guas aſſatas. Scriptū eſt Job.xxiiij. qm̄
ab aquis niuium tranſibunt ad calorem
nimiū. Jnſtrumēta muſicalia in prandio
iſto erunt in triplici differētia. qm̄ ibi erit
vlulatus demonū ad modū lupoꝝ. vel ſi-
bilus ſerpētū. ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridor dētiū
in euāgelio vbi thema. Jbi erit fletꝰ ⁊ ſtri
dor dētiū. Miniſtri in prādio erūt demo
nes: q̄ crudel'r miniſtrabūt penas dāna
tis. Preter iſta que diximus: multa alia
ſunt parata: ſicut ignis qui nunq̄ extin-
guetur. Eſaie vlti. Mat.xxv. Diſcedite a
me maledicti in ignē eternum: qui para-
tus eſt diabolo ⁊c. Jtem parati ſunt ibi
mallei. Prouer.xix. Parata ſunt deriſori
bus iudicia: et mallei percutientes ſtul-
torum corporibus.
¶ Tertium prandiū eternalis glorie in ce
leſti paradiſo figuratū per prandiuʒ miſ-
ſum danieli ꝓphete ī babylone. Daniel.
xiiij. Jſtud prandiū fuit paratum electis
dei ab origine mūdi. Uenite bn̄dicti pa-
tris mei poſſidete regnū qd̄ vobis para-
tum eſt ab origine mūdi. Mat.xxv. Oīa
ſunt parata vbi thema ⁊ Luc.xiiij. Nam
paratꝰ eſt locꝰ. Uado vobis parare locū.
Jo.xiiij. Parata eſt mēſa. Paraſti in con
ſpectu meo mēſam. ī pſ̄.xxij. Paratꝰ pa-
nis. Sapi.xvj. Paratū panē de celo p̄ſti-
tiſti. Parata ſunt cibaria multa. qm̄ que
oculus non vidit nec auris audiuit ⁊c.
Eſa.lxiiij. ⁊ .j. Cor.ij. que parauit deꝰ his

qui diligūt eum. Non reſtat aliud niſi ꝙ
ſimus parati.q̄ꝛ qua hoꝛa nō putatis ⁊c.
Matthe.xxiiij.⁊ Luc.xij. Nā virgines q̄
parate ſunt intrauerūt ad nuptias: ⁊ nō
parate non intrauerūt. Mat.xxv. De iſto
pꝛandio Bern̄.ſuper cantica ſic loquitur.
O felix ⁊ felix et gl'ioſa ſocietas. o ſanctū
cōuiuiū.o deſiderabiles epule:vbi anxie
tas nulla: vbi nullū poterit eſſe faſtidiū:
ſatietas ſumma: ⁊ ſummū erit daſideriū.
De iſto tam ineffabili conuiuio loquitur
thema. Ecce pꝛandium meū paraui. Ubi
tria regiſtrantur.

Pꝛimo vna euidens demōſtratio perno-
ſcatur.ecce.

Secundo vna excellens refectio ꝓpina-
tur.pꝛandium.

Tertio vna expediens diſpoſitio nobis
datur.paraui.

Unica pars.

¶ Omiſſis duobus pꝛi-
mis: ꝓſequendū eſt de vltimo. Ūn̄ nō ſo
lum creatoꝛ mūdi ꝑparauit hoīb⁹ que ſu
pꝛadicta ſunt: imo alia multa. Nam

Pꝛimo parauit mundū iſtum omnibus
generaliter.

Scd̄o parauit clauſtrū religiōis ſpecial'r

Tertio parauit xp̄m pꝛo noſtra redēptio-
ne ſupernaturaliter.

Quarto parauit ſacr̄m altaris mirabil'r.

Quinto parauit penitentiā ſalubꝛiter.

¶ Pꝛimo parauit ⁊c. qualē parauit mun
dū cū tantis contētis muneribus. cū tan
tis bn̄ficijs deſcendētib⁹ a celo: ab aere: a
terra: ab igne: a luce: a tenebꝛis: a caloꝛe:
a pꝛuina: a roꝛe: ab imbꝛe: a vētis: a plu-
uijs: a volucrib⁹: a piſcib⁹: a beſtijs: ab ar
boꝛibus: a multitudine herbarū: a germi
nū terre: et cūctarū creaturarū. et totum
ad ſeruitiū hoīs. Qualia poterūt eſſe ī ce
leſti patria q̄ pꝛeparauit diligētibus ſe?
Si tanta parat nobis in carcere de⁹: quā
ta erunt que parauit in palatio ſancto?
Si ſolacia tanta in hac die (al's valle) la
chꝛymarū parauit de⁹: quāta erūt q̄ para
uit ī die nuptiarū? Si ſtanta delectabilia
ꝯtinet carcer: quanta q̄ſo ꝯtinet patria?
Oculus non vidit: nec auris audiuit ⁊c.
Hiere.lj. Fecit terrā in foꝛtitudine ſua: et
ꝑparauit oꝛbē in ſapiētia ſua. Hic locus
merēdi. loc⁹ negociādi. g̃ quodcūq; face-
re pōt manus tua: inſtāter opare: q̄ꝛ nec
opus: nec ratio: nec ſapiētia. nec ſcientia
erunt apud inferos. Eccl's.ix. Nam mun-
dus iſte eſt locus operandi. infernus lo-
cus puniendi. paradiſus loc⁹ pꝛemiādi.

¶ Scd̄o parauit clauſtrū ⁊c. ad q̄d para-
uit? R̄ndet ad multa: vtpote ad deuote
oꝛandū: ad deo ſeruiendū: ad obediēdū:
ad caſte viuendū: ad regulare conſeruan
dū: ad deum laudādū: ad viriliter pugnā
dum: ad mundū relinquēdū. De iſto clau
ſtro ſic ꝑparato loquit̃ btūs Bern̄. in q̄dā
ep'la per hunc modū. Clauſtralis paradi-
ſus quaſi tot floꝛib⁹ vernat: quot ꝟtutib⁹
abundat. Dū em̄ diabol⁹ officinas fratrū
circūit: debet eū fugare ab oꝛatoꝛio deuo
tio. a refectoꝛio lectio. a doꝛmitoꝛio ſtra-
menta vilia. In tali clauſtrali loco ſepato
ſecurius ⁊ tutius viuit̃: ſecreti⁹ habitat̃:
hoſtes nr̄i caro mūdus diabolus foꝛtius
impugnātur: alōge limpidi⁹ ſpeculantur.
Siquidē deuotꝫ religioſis dirigit̃ verbū
ſcriptū.j. Mach.iij. Accingimini ⁊ eſtote
filij potentes: ⁊ eſtote parati in mane vt
pugnetis. ⁊ ad Titū.iij. Admone illos.ſ.
religioſos/ad om̄e op⁹ bonū eſſe patos.

¶ Tertio parauit xp̄m filiū ſuū ꝓ nr̄a re-
dēptione. ꝑciū magnū paratū in incarna
tiōe: manifeſtatū in natiuitate: oblatū in
paſſiōe. Oſee.vj. Quaſi diluculū ꝑparat⁹
eſt egreſſus ei⁹: ⁊ veniet q̄ſi imber nobis
tēpoꝛane⁹ et ſerotin⁹ terre. Diluculo ī oꝛ-
tu ſolis fugant̃ tenebꝛe pcti. poſtmodum
lux.ſ.fidei. poſtmodū caloꝛ.ſ. charitatis.
poſtmodū fruct⁹ boni opis. Imber tem-
poꝛane⁹ ſm glo. eſt ille q̄ ſeminata facit
creſcere. ſerotinus eſt ille q̄ fructū ad ma-
turitatē ꝑducit. Iſte imber nobis eſt xp̄s
tēpaneus q̄n ſpirat fidē credētibus. ſeroti
nus q̄n poſt bona opa nos ponit in hoꝛ-
reo paradiſi. De iſto xp̄o ꝑparato ꝓpheta
uerat Eſa. ſui lib.ij.ca. Erit in nouiſſimis
dieb⁹ pꝛeparat⁹ mons dom⁹ dn̄i in verti
ce montiū: et eleuabit̃ ſup colles: et fluēt
ad eū oēs gentes. Iſte mons ſm Amb.
pōt dici xp̄s: mons coagulat⁹/ mōs pin-
guis. Iſte mōs parat⁹ eſt vt aſcēdamus
ad eū. Uenite aſcēdam⁹ ad mōtē dn̄i. qui
eſt xp̄s. Eſa. vbi.s. Parat⁹ eſt mōs iſte in
ꝟtice mōtiū ſup oēm creaturā in celo: q̄ꝛ
ad dexterā pr̄is. et fluēt ad eū oēs gētes.
ꝑ verā fidem in fine mundi q̄n fiet vnum
ouile et vnus paſtoꝛ. Iohan.x. ¶ Quarto
parauit ſacramentū altaris quotidianū

contra quotidiana pctā. in lib. pſalmoꝝ
pſ.lxxiij. Paraſti cibū illoꝝ: q̄n ita ē pꝛe-
paratio ei⁹. Et nō ſolū tale ſacramētū pa
ratū eſt: imo oībus fidelib⁹ viatoꝛib⁹ pꝛe
parauit dn̄s hoſtiā: et ſanctificauit voca-
tos ſuos. Sopho.j. ¶ Quinto ⁊ vltimo
ꝑparauit pn̄iam et remediū ꝓ peccatis.
teneat ergo q̄ vult obtinere paratū regnū
cōſiliū ſapientis ſcriptū Pꝛouerb.xxiiij.
Pꝛepara foꝛis opus tuum: et diligenter
exerce agrū tuū.i. coꝛp⁹ tuū et aīam tuā:
vrticas vitioꝝ carnaliū/et ſpinas pctōꝝ
ſpūalium eijciēdo extra in confeſſione et
ꝯtritiōe: in cōburēdo in ſatiſfactione. Itē
accipiamus cōſiliū ſamuelis ꝓphete ſcri
ptum.j. Reg.vij. Pꝛeparate coꝛda vr̄a
dn̄o: et ſeruite ei ſoli. Non placēt domīo
ſerui rebelles/ceci/cōtentioſi/ infideles/
ſomnolenti/ lepꝛoſi / fetidi. ergo ſpūal'r
pꝛeparate ſic coꝛda vr̄a dn̄o: ne ſitis rebel
les ꝑ ſuperbiaꝫ: ceci per īuidiā: infideles
ꝑ auariciam qui abſcōdunt dn̄o ſuo pecu
niam: contētioſi per iracundiā: ſomnolē-
ti per accidiā: lepꝛoſi per luxuriā: fetidi ꝑ
gulā. iſta eſt optima ꝑparatio. Itē tenea
mus conſiliū ſcriptū Mat.xxiiij. ⁊ Luce
xij. Et vos eſtote parati: q̄ꝛ qua hoꝛa non
putatis ⁊c. Sed quare dicit ꝑparate coꝛ-
da veſtra: plus ꝙ de alijs mēbꝛis? R̄ndet̃
q̄m coꝛ eſt hoſpitiū/ templū/ et clauſtrū.
Coꝛ eſt hoſpitiū: iō debet ſollicite ꝑpara-
ri a quolibꝫ xp̄iano: ſicut hoſpitiū in quo
chꝛiſtus munde recipiat̃. ſicut caſtrū an-
teq̄ꝫ pꝛinceps ingrediat̃. ſicut templū vt
digne xp̄o ſeruiatur. ſicut vas anteq̄ꝫ li-
quoꝛ gr̄e infundatur. Amos.iiij. Pꝛepa-
rare in occurſum dei tui. Pꝛeparate do-
mos oēs: vt dom⁹ non ſit puluere plena
per vanitatem. vt domus non ſit fumoſa
per loquacitatē. vt domus nō ſit penoſa
per malā voluntatem. vt domus non ſit
diſcooperta per infamiam. Pꝛo oībus ta
men accedat illud.j. Paralipo.xxix. Op⁹
em̄ grande eſt: nec homini pꝛeparat̃ ha-
bitatio: ſed magꝫ deo: qui pꝛeparauit ge-
nitrici ſue immoꝛtalitatis locū. Cuius lo
ci incole et habitatoꝛes ſimus per illum:
Cuius regnum ⁊c. Deo gratias.

¶ Dominica.j. aduentus. Induamur ar-
ma lucis.

¶ Dominica.iiij. poſt octa. Epiphanie.
Induite vos ſicut electi dei.

¶ Dominica.j. in quadrageſima. Per ar-
ma iuſticie a dextris et a ſiniſtris.

¶ Dominica.xxj. poſt feſtum trini-
tatis. Sermo.j.

INduite vos ar-
maturā dei: vt poſſitis ſta-
re aduerſus īſidias diabo-
li. ad Ephe.vj. Iuxta ſcri-
pture veritatē pono talem
pꝛopoſitionem. Ille q̄ hꝫ inimicū

Foꝛtem et potentem.

Crudelem et ſeuientem.

Fallacē et decipientem.

Talis debet ſumere arma: vt habeat de-
fenſionē congruentem.

Ratio hoꝛū pōt eſſe. dicit Uegeti⁹ de re
militari: ꝙ militi eunti ad bellum neceſ-
ſariū eſt ſumme muniri armis defenſiuis
maxīe vt poſſit reſiſtere īimicis. Cui⁹ rō
eſt. ad pugnādū em̄ ⁊ inimicis reſiſtēdū:
multū ꝯfert habere bonū coꝛ ⁊ audax. ⁊ ꝑ
oppoſitū habere coꝛ timidū: eſt nociuū ⁊
ſumme ꝑiculoſuꝫ. Nā vt dic̄ gl. ſup Deut.
xx. Deficiēte coꝛde per timoꝛē deſtituun-
tur oīa mēbꝛa exterioꝛa ab actibus ſuis.
Et inde eſt: vt ſcribit̃ Deut.xx.cap̄. ſm le
gem ſacerdos debebat roboꝛare et aīare
coꝛda pugnatoꝝ appꝛopinquante ꝑlio:
ne ꝑtimeſcerēt et deſtituerent̃ ꝑ timoꝛē.
Appꝛopinquāte ꝑlio ſtabit ſacerdos an̄
aciem: et ſic loq̄tur ad ppl'm. Audi iſrael
Uos hodie ꝯ īimicos vr̄os pugnā cōmit
titis: nō ꝑtimeſcat coꝛ vr̄m. nolite metue
re. nolite cedere. nec foꝛmidetis eos. Ex
his oīb⁹ pꝫ ꝙ habere bonū coꝛ ⁊ audax:
ac deponere timoꝛē ad pugnādū ſumme
eſt vtile ⁊ neceſſariū. Sꝫ nihil eſt q̄d tātū
reddat hoīeꝫ audacē: ac deponere faciat
puſillanimitatē ſicut armatura. et ꝑ op-
poſitū defect⁹ armature facit hoīeꝫ ⁊ red
dit timidū. Ita dic̄ Uege. li. de re milita.
Fit plerūq; vt nō de pugna: ſꝫ de fuga co
gitēt q̄ in acie nudi ad vulnera ponunt̃.
hec ille. Expedit g̃ ꝙ q̄ vult inimicū ſuuꝫ
crudelē ⁊ foꝛtē ac callidū vīcere et ſupare
ꝙ ſit bn̄ armat⁹ ꝯtinue. De h̄ habem⁹ exē
plū in ſacra ſcriptura.j. mach.iij. vbi le-
git̃ ꝙ iudas machabe⁹ habebat quendā
inimicū valde foꝛtē et audacē.ſ. appollo-
niū: q̄ ꝯgregauerit gētes a ſamaria ⁊ ꝟtu
tē multā: Et vt cognouit iudas; lꝫ ipſe eſſet
foꝛtꝫ ⁊ audax; tn̄ induit ſe loꝛica ſic gigas

et ſuccinxit ſe arma bellica in ꝑlio:et exijt
obuiã illi:⁊ percuſſit et occidit illũ.et ceci⸗
derũt vulnerati multi: et reliqui fugerũt:
et accepit ſpolia eoꝝ: et gladiũ apollonij
abſtulit iudas:⁊ erat pugnãs in eo oĩbus
diebus.De ſcđo habemus exẽplũ.j.Reg.
xvij. vbi legit̃/ꝙ populus iſrael habebat
quẽdã inimicũ ita crudelẽ ꝙ viri iſrael fu⸗
giebãt a facie eiꝰ:timẽtes eũ.ſ. goliã phi⸗
liſteũ.et cũ dauid vellet habere duellũ cũ
eo:rex ſaul induit eũ armis ſuis: et cũ nõ
haberet in vſu noluit portare:ſ; portauit
illa arma q̃bus ſemper vſus erat.et ſic eũ
ſuperauit.De tertio habemus exemplum
Exo.xiij.vbi legitur/ꝙ filij iſrael cũ eſſent
ſub captiuitate pharaonis q̃ erat eoꝝ ini⸗
micus ita callidus⁊ falſus inverbis ſuis:
ꝙ qñ deus eũ flagellabat promittebat ꝙ
populũ dimitteret: ſ; qñ deus amouebat
eius plagam: tũc nolebat eum dimittere.
Tuncq; eos propter multas plagas quas
deus ei intulerat dimiſiſſet: moyſes circũ
duxit eos per viã deſerti qui eſt iuxta ma
re rubrũ:et nõ cõfidẽtes adhuc in verbis
pharaonis: et timẽtes ne eos inſequeren
tur.dicit tex. Armati aſcẽderũt filij iſrl' de
terra egypti.vt poſſent ſe a pharaone de⸗
fendere.Apparet igit̃ tertia clauſula:et ꝑ
ꝯñs tota regula preaſſumpta. Modo pre
dicta noſtro propoſito applicando. repe⸗
rio ꝙ nos ſumus in continuo bello cum
quodã inimico noſtro.ſ. diabolo/ qui ta⸗
lis eſt. Nam ipſe eſt

B Tam fortis et potens:ꝙ vir poteſt eũ ali⸗
quis ſuperare.

Tam crudelis et malicioſus:ꝙ non miſe⸗
retur:nec vult vlli parcere.

Tam falſus et ingenioſus: ꝙ non põt ho
mo ſe ab eo cuſtodire.

¶ Primo dixi ꝙ diabolus eſt adeo fortis
ꝙ oẽm ſuperat poteſtatẽ. Ita declaratur
Iob.xl.vbi ꝓpter ſuã fortitudinẽ/duobꝰ
aĩalibus maximis cõparatur:quibus nul
lũ eſt ſimile vel equale. Primũ vocatur be
hemoth.i.elephas. Scđm qđ eſt aquati⸗
cũ: qđ vocatur leuiathan. Et dicit ſanctꝰ
Tho.ĩ poſtilla:ꝙ eſt balena.Et in iſto ca⸗
pitu. poſita iſta ſimilitudine ſubiũgit ca.
ſequeñ. Nõ eſt ſuper terram poteſtas que
cõparetur ei. Et ꝙuis ipẽ ſit ita fortis:tñ
magis pugnat aſtutia⁊ inſidijs:ꝙ viribꝰ.
et ideo magis periculoſus et magis cauẽ
dus. Sed ſunt multi in mũdo:qui miran
tur cũ audierint aliquẽ bonũ hoĩem ceci⸗
diſſe: et tñ nõ eſt mirũ ſi aliqñ cadat. Nã
legit̃ in vitaſpatrũ:ꝙ quidã venit ad ab⸗
batẽ theodoꝝ dicẽs.Ecce quidã reuerſus
eſt ad ſeculum. Rñdit abbas. In hoc nõ
mireris: ſed ſi audieris ꝙ aliq̃s preualue
rit effugere de ore inimici:de hoc admira
re. Vñ ſuã fortitudinẽ ⁊ poteſtatẽ oſtẽdit
deus in figura Apoca.xij. vbi Iohã.vidit
quẽdã draconẽ magnũ qui ſua cauda tra
hebat ad terrã tertiam partem ſtellarum.
Iſte draco eſt diabolus:q̃ dr̃ draco ꝓpter
ſuã maliciã. Iſte ſua cauda.i.ſuggeſtione
et tẽtatione/ tertiã partẽ ſtellarũ.i.hoĩm
qui debent virtutibus lucere vt ſtelle:tra
hebat ad peccandum. Apparet ergo quo
modo diabolus eſt fortis.

¶ Scđo dixi ꝙ eſt crudelis: qr oẽs quos
põt interficere:interficit:⁊ nulli miſeret̃.
qr dicit btũs Ambro. in quodã ſermone.
Diabolus nõ diligit filios ſuos:ſed odit.
ſic amat vt ꝑdat:vt lupus agnũ vt come⸗
dat. Suã crudelitatẽ oſtendit illis q̃ ſunt
in inferno: qr eos ſine tedio ab vna pena
in aliã perducit. Vñ Iob.xxiiij. Ab aquis
niuiũ tranſibũt ad calorẽ nimium. Poſſu
mus ergo ꝯcludere illud Hiere.vj. Crude
lis ẽ ⁊ nõ miſerebit̃. Etiã de ſua crudelita
te loquitur Greg.di. Nihil ſe feciſſe exiſti⸗
mat:cũ aĩas nõ ſauciat. Cũ ergo nr̃ inimi
cus ſit ita crudelis: iõ debemus arma no
ſtra ſumere.qr vt dicit apl's.ij.Coꝝ.x.ſpi⸗
ritualia ſunt. cuſtodite ne ꝑ torporẽ et ne
gligentiã cõtrahãt rubiginẽ:ſed ſint luci⸗
da ⁊ nitida. Qđ ſatis fuit figuratum anti
quitus. Narrat Vegetiꝰ lib.ij.c.iiij.de re
militari: ꝙ equites romani fuerũt coacti
loricas ſuas ⁊ cõtos et caſſides frequẽter
tergere. Et aſſignat cãm:qr terrorem incu
tit inimicis ſplendor armoꝝ. Unde dicit.
Quis em̃ credit militẽ bellicoſum cuiꝰ ar
ma ſunt rubigine fedata? Iſto mõ d; mi⸗
les xp̃i continue tergere arma ſua.i.cõſer
uare gratiã ſibi a deo datã et factã ⁊ virtu
tes ſine rubigine peccati: ⁊ hoc per conti
nuum exercitiũ bonoꝝ operũ ⁊ virtutum.
Apparet ergo quõ diabolꝰ eſt crudelis.

¶ Tertio dixi ꝙ eſt callidus ⁊ ĩgenioſus.
Ita innuit ipſe Iob in.c.j.vbi legit̃/ꝙ ſa
than reddẽs rõnẽ de actibus ſuis deo exa
minanti et dicenti.vnde venis? Dixit.Cir
cũiui terrã et perambulaui eã. Per terrã
intelliguntur pctõres et terrenis dediti.

Et per hoc ꝙ dicit ſe terrã circũiſſe: oſten
dit ſe callide habuiſſe. Nã ipſe circũit affe
ctus:et attẽdit vniuſcuiuſq; propriũ affe⸗
ctũ.vñ Greg.ij.lib.moral'.ita inq̃t. Anti⸗
quus hoſtis intuetur humani gñis ⁊ vni
uſcuiuſq; mores:cui vitio ſunt ꝓpinqui.⁊
illa apponit ante faciẽ ad que viderit faci
lius inclinari mẽtẽ. Habet ſe ad modũ ſa⸗
gittarij venatoris:q̃ priuſq̃ emittat ſagit
tã in leporẽ ſeu auẽ: circũit eã:conſiderãs
a quo loco poſſit aptius eã ꝑcutere. Sic
diabolus circũit mentẽ ⁊c̃. Et in huiꝰ exẽ
plũ legit̃ in vita ſcti macharij ꝙ diabolꝰ ĩ
humana ſpecie habẽs veſtimẽtũ lineũ la⸗
ceratũ apparuit.et ꝑ oĩa foramina pende
bãt ampulle. Et dixit ei machariꝰ.quo va⸗
dis? Et ille. vado potionare frẽs. Et ma⸗
chariꝰ. Quare tot ampullas portas? Rñ⸗
dit. Guſtũ fratribꝰ porto diuerſaꝝ delecta
tionũ. ⁊ ſi vna ad hoĩes seducẽdos nõ va
let:appono aliã. Iõ ſctã mr̃ eccl'ia cõſide⸗
rãs eiꝰ calliditatẽ quã h; ad tentãdũ nos:
ita clamat ad deũ dicẽs. Euigila ſuꝑ nos
eterne ſaluator: ne nos apprehendat calli
dus tẽtator: qr tu factꝰ es nobis ſempiter
nus adiutor. Apparet g̃ quõ eſt falſus et
callidus. Ex antedictis igit̃.ſ.ex maiori ⁊
minori ꝯcludat̃ thema ſic. Igit̃ ꝯſulit no
bis apl's. Induite vos armaturã dei ⁊c̃.
que ſunt verba thematis. In quibus duo
nobis oſtendit.

Primo noſtrum defectum/ ⁊ magnam ne
ceſſitatem: eapropter mãdat nos coope
riri et ornari. Induite vos.

Secundo noſtrum periculoſum ſtatum/⁊
debilitatem: eapropter precipit nos mu
niri atq; preparari. in hoc ꝙ dicit: arma
turam dei.

Prima pars.

C ¶ Quantũ ad primũ eſt
ſciẽdũ: ꝙ ſolꝰ hõ d; indui veſtibꝰ. Rõ ẽ: qr
videmꝰ manifeſte ꝙ plãtis ⁊ aĩalibꝰ ſuffi
cit ꝓuidẽtia nature. pellis/cortex/⁊ filia.
ſ; ſolꝰ hõ indiget veſte ſeu cooptura: alio
quin ſubito veniret frigꝰ inducẽs mortẽ.
Iſtũ defectũ incurrit hõ propter pctm̃: qr
deꝰ in ſtatu innocẽtie ſic ordinauit: ꝙ oĩa
ad nutũ obedirẽt deo: et corpus aĩe: ⁊ oĩa
aĩalia hoĩ. vt p; Geñ.j. Dominamini piſci
bus maris: ⁊ volatilibus celi: ⁊ vniuerſis
animãtibus q̃ mouentur ſuꝑ terrã. Q̃diu
aĩa ſeruauit iſtũ ordinem: et fuit ſubiecta
deo: corpus fuit oĩno ſubiectũ aĩe. ita ꝙ
nõ habuit calorem vel frigus inordinatũ.
bruta ad nutũ obediebãt hoĩ. Et qr bruta
iſtum ordinẽ nõ primo fregerũt: iõ habẽt
naturã ita fortẽ ꝙ veſte nõ indigent. So
lus homo fregit iſtũ ordinẽ qñ cõcupiſcẽ⸗
tia a deo ſubuertit ⁊ inflãmauit cor eiꝰ: ꝙ
appetijt equalitatẽ dei. Eritis ĩquit ſicut
dij. Geñ.iij. ideo ſtatim ſenſit tantũ frigꝰ:
ꝙ aĩa fuit premortua ꝑ pctm̃. et corpꝰ eti⸗
am fuiſſet mortuũ frigore niſi habuiſſet ĩ⸗
dumentũ. vñ Geñ.iij. dic̃. Fecit dñs deus
ade ⁊ vxori eiꝰ tunicas pelliceas. ⁊ induit
eos. Mõ quilibet nr̃m ſpũaliter ſicut ma
le apparet ſine veſte corporali: ita etiam ſi
ne veſte ſpũali q̃ eſt charitas. Rõ eſt. vide
mus ꝙ ille q̃ vult intrare in nuptijs nobi
libus atq; magnis: vel in curia magni re⸗
gis. ſiue inuitatꝰ ſiue nõ ꝑueniat: d; pul⸗
chris indui veſtibꝰ. Ratio eſt. qr da oppo⸗
ſitũ nõ erit auſus intrare. ſicut legitur de
mardocheo q̃ erat ſacco indutꝰ. de quo dr̃
Heſter in ca.iiij. ꝙ erat ante fores palatij
gradiens. Nõ em̃ erat licitum indutũ ſac
co aulã regis intrare. Et poſito ꝙ intret:
ſi male eſt indutꝰ: cũ verecũdia expellit̃. ſi
cut legit̃ Mat.xxij. de illo q̃ intrauit con⸗
uiuiũ ſine veſte nuptiali. ⁊ fuit ignominio
ſe expulſus. Cũ igit̃ nos ſimus ad celeſtes
nuptias vocati ⁊ inuitati: non ſolũ boni:
ſed etiã mali: iõ ſi volumꝰ in iſtis nuptijs
intrare: oportet ꝙ habeamus iſtã veſtem
nuptialẽ.ſ.charitatẽ: que eſt veſtis ſpũa⸗
lis. qr ſicut veſtes corporales cooperiunt
verenda hoĩs: ita charitas operit delicta
vnde Prouerb.x. Uniuerſa delicta operit
charitas. ac ſi nunq̃ fuiſſent. Apparet er⸗
go primum.

Secunda pars.

¶ Circa ſecũdũ eſt ſcien D
dũ/ ꝙ ſicut dr̃ Iob.vij. Militia ẽ vita ho
minis ſuꝑ terrã. et iõ iudicandũ eſt de ho
mine in hoc mũdo: ſicut de militibꝰ in bel
lo. Magnũ em̃ periculũ eſt militibus ci⸗
to deponere arma. vñ factũ eſt aliquando
ꝙ aliqui credentes ſe viciſſe hoſtes: et re⸗
putãtes ſe ſecuros: dum depoſitis armis
quieſcerẽt: iterũ inſurgẽtibus hoſtibꝰ vin
cebantur. Exemplũ habemus.j.Reg.xxx.
de amalechitis comedẽtibus⁊ bibẽtibus
et quaſi diẽ feſtũ celebrãtibus qr percuſſe
runt ſicelech ciuitatem. in quos irruit re⸗

ꝑente dauid: et interfecit. Sic homo qui
continue impugnatur a diabolo: nūꝙ de
bet arma defenſionis deponere. licet enī
homo reſiſtens tentationibus demonis/
vincat eum: ſi tamen deponat cautelā de-
fenſionis: credens ſe poſſe ſtare ſemper vi
ctor: de facili vincitur. quia ſicut dicit Hie
rony. ſecuritas facilis eſt ad lapſum. Sē-
per ergo debemus eſſe parati ⁊ armati ar
matura dei: vt poſſimus reſiſtere nr̄o ini-
mico. quod fuit nobis prefiguratum anti
quitus. Legitur enim in chronicis roma-
norum/ ꝙ romani cum tranſirent per ne-
mora magna: oportuit eos cum elephāti-
bus ⁊ alijs feris beſtijs preliari: qui arma
uerunt ſe ⁊ equos ſuos deſuper aculeis ⁊
clauis ferreis: vt ſic animalia aduenientia
vulnerarētur et fugerēt: et ita libere trāſ-
ierunt. Ita nos debemꝰ facere ſi volumus
diabolum euadere: ſimilem modū arman
di habentes. Sed vbi hec arma aculeorū
et clauorum inueniemus? Certe ſi attēdi-
mus ad bellum chriſti: quod pro nobis ſu
ſtinuit et exercuit in die paraſceues: repe-
riemus ꝙ talia fuerūt arma ſua. Nam ip-
ſe pro equo habuit crucem. pro lorica cor-
rigias quibus fuit percuſſus. ꝓ freno qđ
ad os applicatur: ſpongiam felle et aceto
balneatam ⁊ plenam. pro galea coronam
ſpinarum aculeis circūſeptam: vſqꝫ ad ce
rebrum ſm Bernar. penetrantem. loco lā
cee in manibus habuit clauos. ⁊ in latus
lanceam perforantem. loco calcariū in pe
dibus etiā habuit clauos. loco lorice ha-
buit totum corpus cruentatum. qꝛ a plā-
ta pedis vſqꝫ ad verticem/ non eſt in eo ſa
nitas. Eſa. in. c. j. ſed loco ſcuti habuit pa
tiētiam. quaſi agnus ductus eſt corā ton-
dente ſe. Eſa. liij. Et ſic iſtis armis diabo-
lū vicit ⁊ ſuperauit. Et ideo dicebat Joh.
xvj. In mundo preſſurā habebitis: ſed cō
fidite quia ego vici mūdum. i. principem
mūdi. ſ. cū iſtis armis. Ergo dn̄i mei aſſu-
mamus hec arma in cordibus noſtris per
iugem meditationem. Nam vt dicit bea-
tus Grego. ꝙ ſi paſſio chriſti ad memoriā
reuocetur: nihil adeo durū eſt: quod non
equo aīo toleretur. Et ſic iſta arma portā
do diabolum ſuperabimus: ⁊ in eternam
gloriam coronā victorie ſuſcipiemus: quā
nobis concedat ⁊c. Amen.

¶ Dn̄ica. xxj. poſt feſtū trinitatis. Ser. ij.

ACcipite armatu
ram dei. Ephe. vj. Teſte ſa
cro eloquio: eſt
Primo armatura cui debe
mus reſiſtere.
Scđo armatura quā debemus abijcere.
Tertio armatura quā debemus accipere.
Prima eſt armatura tentatoris.
Scđa eſt armatura peccatoris.
Tertia eſt armatura iuſti viatoris.

Prima pars.

¶ Eſt primo armatura

cui debemus reſiſtere: et hec eſt diaboli: q̄
vocatur fortis armatus Luc. xj. Fortis ꝑ
naturā. armatus per aſtutiā: de qua aſtu-
tia que eſt armatura ſua loquit̄ Iſido. de
ſummo bono ꝑ hunc modū. Diabolus tri
plici acumine ſciētie viget. ſubtilitate na
ture: experimēto tēporꝝ: reuelatione ſupe
riorꝝ poteſtatū. Iſte armatꝰ fortis figurat̄
optime per goliā armatū: cuiꝰ arma. j. Re
gū. xvij. regiſtrant̄. Caſſis enea. ⁊ haſtā ere
am in manibus ſuis. Iſta eſt armatura ca
pitis: alio noīe vocat̄ baſſinetus. Per iſtā
armaturā intelligit̄ ſuꝑbia pctm̄ capitale
immo caput oīm capitaliū pctōꝝ. Augu.
in epl'a ad quēdā comitē. Suꝑbia eſt pec
catorꝝ oīm initiū finis ⁊ caput. qm̄ non ſo
lū eſt pctm̄ ipſa ſuꝑbia: ſed etiā nullū pec
catū potuit aut pōt aut poterit eē ſine ſu-
perbia. Iſta eſt armatura diaboli. nā ſcri-
ptū eſt ps. lxxiij. Suꝑbia eorū. hoc eſt de-
monū. aſcēdit ſemꝑ. īmo ſuꝑbia de ange-
lis demones fecit. ¶ Scđa armatura ē lo
rica: q̄ eſt auaricia: vbi ſunt anuli multi:
qm̄ diabolo inſtigante multipl'r cōmittit̄
hoc pctm̄: qm̄ ab ipā ꝓcedūt crimina: vt
pote ſimonia/ vſura/ rapina/ furtū/ ſacri-
legiū/ oppreſſio/ tyrānia/ immiſericordia.
vn̄ Aug. li. de libero arbitrio. De auaricia
oīa mala oriūtur: et pctōꝝ oīm ſpine pro-
ducuntur. Iſta armatura ꝓhibet̄ Roma.
vj. Neqꝫ exhibeatis mēbra vr̄a arma ini-
quitatis. hoc eſt auaricie et cupiditatis.
¶ Sequit̄ tertia armatura golie: qm̄ cly-
peus ereus tegebat humeros ſuos. Cly-
peus iſte in diabolo eſt inuidia qua totus
tegitur. vn̄ pctm̄ propriū diaboli eſt inui
dia: quā habet de ſalute xp̄ianorū. de qua
inuidia Sap. ij. Inuidia diaboli mors in
troiuit ī orbē terrarꝝ. Ocreas habebat ⁊c.

de quibus ocreis armatꝰ eſt diabolꝰ. hoc
eſt tētationibus varijs preſertim de volū
tate libidinoſa: de qua diabolus per mu-
lierem impugnauit ioſeph. Gen̄. xxxix. ſed
non preualuit: qm̄ ioſeph armatus a dex-
tris ſequēdo rectam rationem: a ſiniſtris
fugiēdo carnalem delectationem viriliter
triūphauit. Haſtā eream etiā habebat in
manibus. Iſta armatura eſt inuaſiua/ in
ſignum ꝙ iſte fortis armatus cū haſtis et
lanceis varijs: cū ſagitis in pharetra mul
tipliciter inuadit hoīem xp̄ianū. Greg. li.
xix. moral'. Letis moribus luxuriā propo
nit: triſtibus pctm̄ diſcordie porrigit: pa-
uētibꝰ terrores incutit. Singulis igitur
hoībus vitijs cōuenientibus inſidiatur.

Secunda pars.

¶ Secunda armatura

quā debemus abijcere ⁊c. nonnulli pecca
tores ſunt in mundo armati vitijs: ſꝫ ſunt
inermes virtutibꝰ. ⁊ tales de facili deuin
cuntur. Fatuus eſt: immo ſtultus q̄ proij-
cit arma in prelio. quapropter ꝑ modū in
crepationis phīa loquebat̄ Boe. in. j. de
cōſo. pſa. ij. Talia tibi cōtuleramꝰ arma:
que niſi prius abieciſſes: inuicta te firmi-
tate tuerētur. Narratur ꝙ quidā bene ar-
matus olim fuit: tn̄ implicatꝰ vitijs ⁊ pec
catis: et ſic ſpūaliter erat inermis: et iret
per viā cum ſuo armigero: ⁊ feciſſet dietā:
venit ad quoddā nemus vbi inuenit pra-
tū ameniſſimū: et dixit armigero. Ego hic
modicum quieſcere volo. et ne excites me
donec ego excitem meipm̄. Et dū de facto
dormiret ſomniū fecit: in quo videbat in
dextera militis dormientis ſeptē iuuenes
pulcherrimos ipſum cuſtodientes. a par-
te autem ſiniſtra erant alij tres terribilis
figure: qui diffidauerunt alios ſex: dicen-
tes. pugnemus ſimul ꝓ iſto milite. Fina-
liter pugnauerūt: et de ſex triūphauerūt.
Facto ſomno/ excitatus eſt miles. et inter
rogauit armigerum di. vbi ſumus? Et ar-
miger rn̄dit. nos ſumꝰ in loco bono et tu-
to. Et iterum miles. qualis hora eſt? Re-
ſpōdit armiger. media nox. Et ait miles.
cito ambulemꝰ: qm̄ multa habeo expedi-
re. Et dixit armiger. domine nox eſt obſcu
ra: ⁊ nos ſumus in loco bono atqꝫ ſecuro:
et ſumus in nemore: et ignoramus viam.
Miles dixit. de neceſſitate oportet ambu
lare. Et proceſſerunt venientes ad pedem
cuiuſdam montis: et aſcendentes montē
inuenerunt aliud nemus: ⁊ intrauerunt:
et tandem peruenerunt ad domūculā cu-
iuſdam heremite. Et intrantes/ miles he
remitam ad partē traxit: et narrauit ſom-
nium quod fecerat. Heremita hō audito
ſomnio: ad plenum dixit militi. Tu es ille
miles inermis quē vidiſti in ſomnio tuo:
armis virtutum totaliter denudatū: qui
propter malam vitam tuā deſcendiſti tur
piter de equo albo. de ſtatu innocētie ba-
ptiſmalis. Pratum in quo dormiſti ame-
niſſimum/ ſunt carnales delectatiōes: in
quibus occupaſti totam vitam tuam. Iu
uenes in parte dextera ſunt pulchritudo
vana/ ſanitas/ iuuentus/ diuitie mundia
les/ ſpes lōge vite/ fortitudo. Alij tres tur
piſſimi in ſiniſtra parte ſunt īfirmitas/ an
tiquitas/ mors. Infirmitas vincit duos.
videlꝫ pulchritudinem et ſanitatem. anti
quitas alios duos. videlꝫ fortitudinem ⁊
iuuentutem. mors alios duos. videlꝫ di-
uitias et ſpem longe vite. ⁊ niſi aduertas
tu es in ſtatu damnationis. Hoc audiens
miles iſte: redijt ad domum ſuam: et reli-
ctis omnibus et datis pauperibus: intra
uit religionem expoliatus vitijs et pecca-
tis: et armatus virtutibus in bono vitam
finiuit.

Tertia pars.

¶ Tertio introductum

fuit: qm̄ eſt armatura quam debemus ac-
cipere ⁊ aſſumere: de qua armatura loquit̄
tur thema ⁊ apoſtolus in epiſtola hodier
na ꝑ totū. Et ſunt ſex in numero quas de
bemus accipere. Ergo accipite
Primo armaturam continentie.
Secundo armaturam iuſticie.
Tertio armaturam conſtantie.
Quarto armaturam credentie.
Quinto armaturam ſpei bone.
Sexto armaturam doctrine.
¶ Hec ſex genera armorum que ſunt aſſu-
menda contra hoſtes. videlꝫ diabolū/ car
nem/ et mundum.
¶ Prima armatura/ continētia/ caſtitas/
mūdicia: vbi dr̄. State viriliter ſuccincti
lūbos vr̄os: qm̄ eritis in pugna ꝑ carnē.
ſtate ne cadatis ſuccincti cingulo caſtita-
tis ⁊ cōtinentie. quo cingulo fuit ꝓcinctꝰ
ad lūbos ꝑ angelos ſctūs Tho. de aqno: ⁊
cīgulū nūꝙ diſſoluit: vt de eo potuit dici

illud Luc.xij.Sint lumbi vrī precicti ⁊c.
Et Grego. Lūbos nr̄os precingim⁹: cum
carnis luxuriā ꝑ continentiā refrenam⁹.
Iſta armatura multū dr̄ neceſſaria. Iſta
armatura q̄ vocat̄ cingulū: eſt armatura
lucis vna de illis de qb⁹ apl's Rom̄.xiij.
Induamur arma lucis.ꝓpt̄ celeſtē origi
nem: qm̄ a deo eſt talis armatura.et hec
etiā vocat̄ armatura dei a deo ſpūal'r fa‐
bricata. ¶ Scd̄a armatura accipiēda eſt
iuſticie de qua ī textu. Induti lorica iuſti
cie.Lorica eſt armatura que vndiq; ꝓte
git corpus:qualis eſt virtus iuſticie:q̄ or
dinat hoīem ad ſuperiorē:ad inferiorē: ⁊
ad equalē.que cuilibet dat qd̄ ſuū eſt. tri
bue ergo talib⁹ q̄ ſua ſunt: ſuꝑiori/eq̄li/
inferiori. Redde ꝑlato reuerentiā et obe
dientiā:quoꝝ altera cordis: altera oꝑis:
tribue equali ↄſiliū: q̄ ignorātia erudiat̄
et auxiliū quo infirmitas iuuetur. tribue
ſubiecto cuſtodiā:vt poſſit cauere pctm̄ ⁊
diſciplinā.De iſta armatura iuſticie loq̄t̄
apl's.ij.Cor.vj. Per arma iuſticie a dextr̄ꝫ
⁊ a ſiniſtris.vult dicere apl's ꝙ iſta arma
iuſticie ꝓtegūt fortit̄ a dextris ꝓſꝑitatꝫ:
ne ſuꝑbiam⁹ ⁊ a ſiniſtris aduerſitatꝫ vt pa
tiētiā habeam⁹. ¶ Tertia armatura acci
piēda/eſt armatura cōſtātie ſeu patiētie.
vn̄ ī textu ↄtinet̄.Calciati pedes ī ꝑpatio
nem euāgelij pacis. Calciati pedes: h̄ eſt
affectiōes vr̄e ſint munite:armate ꝟtuti‐
bus:ne a vitijs impugnent̄. Hierem̄.ij.
Prohibe pedē tuū a nuditate. Iſta ē ar‐
matura dei duplici mō.vel qr ipē xp̄s de⁹
et homo armatus fuit iſta armatura. ar‐
matus inquaꝫ patientia atq; ↄſtantia in
ſua paſſione.j.Pet̄.iiij.Xp̄o paſſo ī carne
et vos eadē cogitatione armamini. ipſuꝫ
in cōſtātia ⁊ patiētia imitādo quātū erit
poſſibile.Vel dr̄ armatura dei ꝓ eo ꝙ ſu
os fideles armat tali armatura.q̄re hoc?
vt vitia deſtruant:vt inſidias diaboli ef‐
fugiant:vt in die iudicij reſiſtere valeant
ij.Coꝛ.x. Arma militie nr̄e non ſunt car‐
nalia:ſed ſpūalia.Arma militie nr̄e. h̄ eſt
nō militamus ſ̄m carnē.et arma nr̄a nō
ſunt carnalia:qm̄ illa debilia ſunt valde.
De ſcd̄o vbi thema. Ut poſſitis ſtare ad‐
uerſus inſidias diaboli ſitis armati. De
tertio etiā vbi thema. Induite armaturā
dei:vt poſſitꝫ ſtare in die malo.¶ Quarta
armatura dei fides:que deſignatur ꝑ ſcu
tum in textu. In oībus ſumētes ſcutū fi
dei in quo poſſitꝫ oīa tela neq̄ſſimi ignea
extinguere. quod eſt fides. Hic videndū
Primo de ſcuto fidei.
Secundo de telis.
Tertio q̄s eſt iſte nequiſſimus.
¶ Quantū ad primū ſciendū ꝙ fides eſt
armatura defenſiua. Sicut ſcutū cetera
arma ꝓtegit:⁊ ꝑmū occurrit ad defendē
dū:pari mō fides ī bello ſpūali.vna glo.
in h̄ loco.Prima petit campū dubia ſub
ſorte duelli Pugnatura fides.Itē ſcutuꝫ
portat̄ in ſiniſtra. Siniſtra eſt vita iſta.
dextera vita paradiſi. Et fides tantū du‐
rat:quantū vita pn̄s et nō plus. Ergo in
oīb⁹ ſupple prelijs ↄ̄ carnē/mūdū/⁊ dia‐
bolū.ꝑſertim ↄ̄ iſtū iuxta illud.j.Pet̄.v.
Cui.ſ.diabolo reſiſtite fortes ī fide. In q̄
ſcuto fidei/poteſtis oīa tela neq̄ſſimi ig‐
nea extīguere.dic oīa.i.oēs acutas tēta
tiōes diaboli. ꝑſertim tētatiōes luxurie/
auaricie/atq; ſuperbie. Et tela vocantur
ignea:qr de vitio in vitiū.de pctō in pec
catū inflamātia.nequiſſimi⁹ ꝑſeuerando.
¶ Quinta armatura dei accipiēda ſpes:
q̄ eſt virtus theologica:⁊ deſignat̄ ꝑ ga‐
leā in hoc loco.Et galeam ſalutis aſſumi
te. Et quare ſpes dr̄ galea? Rn̄detur ꝙ ſi
cut galea ꝓtegit a ſuꝑiori parte: ſic ſpes
ꝓtegit ſpūal'r ex ↄſideratiōe ſuꝑne beati
tudinis.Spe em̄ ſalui facti ſum⁹.Rom̄.
viij. De iſta armatura ſpei pulchre loq̄t̄
Bern̄.ſuper cātica ſermone.xlviij.Si mi‐
hi(inquit)premia ꝓmittant̄: per te obti
nenda ſperabo. ſi inſurgāt aduerſus me
prelia:ſi ſeuiat mūdus:ſi furat malignus
ſi caro aduerſus ſpm̄ ↄcupiſcat:in te ego
ſperabo. ¶ Sexta armatura q̄ debet acci
pi a quolibet fideli eſt armatura ſapiētie
ſiue doctrine:q̄ vocatur gladius in epl'a.
Et gladiū ſpūs qd̄ eſt verbū dei.Ubi no‐
tandū ꝙ predicatio verbi dei cōparatur
gladio ꝓpter quattuor. Primo ꝙ ſpūſ‐
ſctūs illū gladiū fabricauit.ij. Petri.ij.
Spūſctō inſpirati locuti ſunt ſctī dei ho
mīes.Scd̄o qr iſte gladi⁹ ſpūales hoſtes
interficit.Eſa.xj. Spiritu labioꝝ ſuorum
interficiet impiū. Tertio qr ſpm̄ a carne
diuidit. Hebre.iiij. Uiuus eſt ſermo dei:
et penetrabilior omni gladio ancipiti: et
pertingens vſq; ad diuiſionem aīe et ſpi‐
ritus.Quarto qr ſpūs interiora vulnerat
et pungit.et ſagittis acutis comparatur
Accipite ergo armaturā conſtantie cōtra

turbationes mundi. armaturā iuſticie cō
tra voluptatē carnis: vt tādem ſic armati
iſtis virtutibus:poſt pugnā atq; victoriā
percipiant victores regni coronā.Ad quā
nos perducere ⁊c̄.
¶ Dn̄ica.xxj.poſt feſtū trinitatis.Ser.iij.

ERat quidam re‐
gulus: cuius filius infir‐
mabat̄ capharnaum. Ioh.
iiij.et in euāgelio ⁊c̄.Euan‐
geliū preſens cōtinet mira‐
culū de filio cuiuſdā reguli per xp̄m cura‐
to. Et noueritis ꝓ forma ſermonis: ꝙ in
iſto euāgelio fit mētio de tribus ꝑſonis.
Primo em̄ fit mētio de perſona humili‐
ter ſupplicāte et requirente petitionem
officioſam. et de iſta perſona dicitur ꝙ
erat quidam regulus.
Scd̄o de perſona ꝓ qua ſupplicat̄ ꝓpter
neceſſitatē periculoſam.⁊ de iſta dicitur
ꝙ erat quidam filius reguli: qui incipie
bat mori.ecce neceſſitas ⁊ periculum.
Tertio de perſona cui ſupplicatur ꝓpter
ſuam potentiam miracaloſam. ⁊ iſta eſt
xp̄s cui regulus humiliter ſupplicando
dicit.Dn̄e deſcende ⁊c̄.

Pars vnica.

¶ Dico primo ꝙ in ꝑſen
ti euangelio fit mētio de vna perſona que
ſupplicat ⁊c̄.de qua dr̄.Erat quidā regul⁹
Ad litterā regulus ſ̄m Chryſ.accipit̄ tri‐
pliciter. Primo ꝓ rege alicuius parui re‐
gni:et iſto modo hic non accipit̄:qr in iu‐
dea vbi factū fuit iſtud miraculū: tꝑe xp̄i
nō erat aliq̄s rex.iā em̄ perdiderant iudei
regnum et ſceptrū iuxta prophetiā iacob
Gen̄. xlix. Nō auferet̄ ſceptrū de iuda ⁊c̄.
oēs em̄ habebāt ſolū principē:ſolū impe‐
ratorē romanū. vn̄ ipſi dixerunt Ioh.xix.
Nō habemus regē niſi ceſarē. Scd̄o mo‐
do accipit̄ regulus ꝓ aliquo de genere re
gio.nec iſto modo accipitur hic. Nā tēpo
re xp̄i ꝙ ſi ſciret̄ nō talis in iudea ſuſtine‐
ret̄. Nā romani in iudea nō ſuſtinerent re
gē de genere iudeorū:nec aliquē de gene‐
re regis. Un̄ de xp̄o nato:magi q̄ venerūt
in hierl'm ex ductu ſtelle:dixerunt de xp̄o.
Ubi eſt q̄ natus eſt rex iudeorū? Herodes
ſtatim cogitauit vt interficeret̄:ꝙobrē oc
cidit oēs pueros q̄ erāt in bethleē ⁊ in oī‐
bus finib⁹ eius a bimatu ⁊ infra. vt patet
Mat. ij. Tertio modo accipit̄ regulus ꝓ
aliquo officiali regis: et iſto modo dicunt
doctores ꝙ accipitur hic:qr lꝫ in iudea ro
mani nō ſuſtinerēt regē:maxime de gene‐
re iudeoꝝ:nec aliquē de genere regis: ta‐
mē bene ſuſtinebāt officiales regis et im‐
peratoris. Et dicit hic Chryſ. cōtinuādo
ſ̄m l'ram:ꝙ iſte regulus erat cēturio: qui
ſupplicauit xp̄o pro curatione filij ſui ſ̄m
ꝙ pꝫ Luc̄.vij. Sed iſta ſnīa in veritate ſta
re non pōt ꝓpter tria ex parte infirmoꝝ.
Primo qr iſte de quo loquitur euāgelium
erat filius:ille ſeruus. Scd̄o ꝓpter quali
tatē morbi:qr iſte febricitās:ille paralyti‐
cus:q̄ morbi non formaliter ⁊ ſemper mu
tuo ſe includūt. Tertio quoad locum vbi
erāt infirmi:qr iſte in capharnaum:ille in
chana galilee. Itē ex parte ſupplicātiū ꝓ
pter alia tria. Primo qr iſte petebat acceſ
ſum ad infirmū ⁊ ad domū dicēs.Dn̄e de
ſcēde ⁊c̄.Cēturio verbo ſolū petijt viſitari.
Scd̄o qr iſte ꝙ xp̄s veniret ad domū ſuā:
nō reputauit ſe indignū:cēturio ꝟo ſe re‐
putauit indignū.nā dicit. Dn̄e nō ſum di
gnus ⁊c̄.Tertio qr iſte habuit fidem dimi
nutā ⁊ cū dubitatione mixtā: centurio fir
mā.vn̄ xp̄s de eo dixit. Nō inueni tantā fi
dē in iſrael.¶ Et videte hic duo notabilia
moralia. Primū circa regulū:q̄ habuit fi‐
dē imꝑfectā et diminutā a principio. ha‐
buit em̄ fides in regulo tria: ſ̄m ꝙ hꝫ q̄li
bet alia virt⁹. Primo initiū:et hic habuit
imꝑfectionē:qr etſi ieſum poſſe curare fili
um credidit:tn̄ niſi preſens eſſet corꝑe:ie‐
ſum hoc poſſe dubitauit ſ̄m Greg. Scd̄o
habuit in iſto fides ꝓgreſſum:qn̄ credidit
ſermoni quē dixit ei ieſus.Uade ⁊c̄.et hic
excluſa eſt dubitatio. Tertio habuit eē ꝑ‐
fectū:qn̄ viſo xp̄i miraculo:credidit ipē ⁊
domus ei⁹ tota. ¶ Sꝫ notate quanta eſt
virt⁹ fidei.qr diminuta et imꝑfecta ⁊ etiā
dubia/curationē ꝓ filio obtinuit: quāto
magis faciet ꝑfecta. ꝓ tāto dixit chriſtus
Mat.xvij. Si habueritis fidē.ſ.ꝑfecte/ſi
cut granū ſinapis. dicetis huic monti ⁊c̄.
¶ Scd̄m morale documētū. Circa ꝑſonā
xp̄i eſt notādū/ꝙ xp̄s rogat⁹ ire ad domū
reguli: quare noluit ire ad curādum filiū
eius diuitē:tn̄ rogatus ꝑ cēturionē diui‐
tē/ꝙ nō ad domū eius iret:ſed ſolum ver
bū diceret ad curandū ſeruū pauperē: ire
voluit. In quo reprehendunt̄ illi medici
ſpūales et corporales: q̄ libēter accedunt

ad curandū infirmos diuites: nō tñ accedunt ad curandum pauperes. Dimiſſa littera veniamus ad ſpm̄: pro quo videnda ſunt per ordinem quinqȝ.

Primo quis regulus.

Scḋo quis infirmus filius.

Tertio quis locus vbi infirmatur.

Quarto quis morbus quo grauatur.

Quinto que hora ſeptima in qua infirmꝰ a morbo liberatur.

¶ Primo igiť eſt videndū q̄s ſit regulus. Spūaliter ⁊ allegorice in regno aīe rō ſiue intellectus eſt rex. volūtas regina. ſm Aug. nobiles virtutes intellectuales. milites et comites virtutes morales. vaſalli et ſubditi oēs vires ſenſitiue ⁊ partes inferiores anime: que ſicut dño ⁊ regi debēt obedire intellectui. Talem regē conſtituit deus in adā in regno aīe. Talē regē cōſtituit quēlibet virum perfectū in quo dominať ratio: ⁊ ſubijciť caro. vñ Aug. de vera innocētia. Nō caret regia poteſtate: q̄ corpori ſuo nouit rōnabiliter imperare. vere em̄ dñs eſt terre qui carnē ſuā regit legibꝰ diſcipline. Jō poeta. Si te mēte regis: es dignus noīe regis. Sed eſt videndū quare hō ſic creatus diminutiue dr̄ regulꝰ: et nō rex? Rn̄deo ꝙ propter duo. Primo: qꝛ dñatur in paruo regno. ſ. in microcoſmo. ſolus deꝰ in macrocoſmo. Scḋo dr̄ diminutiue regulus irriſorie. ſicut dr̄ regulus qui nō pfecte dñatur ſubditis: immo ſubditi ei rebellāt: ⁊ inimicis ſuis cōfederantur. qḋ deplorat Bern̄. in quodā ſermone dicēs. Ueni dñe ieſu: aufer ſcandalū de regno tuo qḋ eſt aīa mea. venit ibi auaricia et vēdicat ſibi ſedem. luxuria / ego dicit regnabo. ira: inuidia: et cetera vitia militāt in me: q̄bus ego potiſſime vt videaꝛ reſiſtere: te dñe clamabo et dico. Non habeo dñm niſi dñm ieſuȝ xp̄m. veni ergo dñe ieſu: et diſperge illos in virtute tua: vt regnes tu qui debes in ea regnare.

¶ Viſo igiť primo in ſenſu ſpūali: quis eſt regulus: videndū eſt ſcḋo q̄s eſt infirmus filius. Pro quo ſciēdum ꝙ operatio boni vel inclinatio ad bonū / eſt filius reguli. i. rōnis / intellectꝰ ⁊ volūtatis. Nā ꝑ naturā primū obiectū intellectus eſt verū: et volūtatis bonū. et ideo dicit ph̄s in. j. Ethi. Oīa bonū appetunt. Primū igiť filiꝰ quē cōcipit volūtas: q̄ eſt regina in regno anime: eſt bonū: vel inclinatio ad bonū. Sed ecce ꝙ iſte filius per peccatū eſt infirmus et debilis ꝓpter pronitatē quā habet ad malū. vnde Gen̄. viij. Senſus ⁊ cogitatio humani cordis in malū ꝓna ſunt ab adoleſcentia ſua. Hoc declarat pulchre ſctūs Tho. j. ij. q. x. ar. ij. in corpore queſtionis. ꝙ hō in ſtatu nature īregre erat ſicut homo ſanꝰ: in ſtatu nature corrupte ſicut homo infirmus. Ratio: hō ſanus pōt in omne illud qḋ eſt ꝓportionatū ſue nature de ſe: ꝑ ſe: ſine aliquo alterius adiutorio. Infirmus vͦo non pōt in illud qḋ ſue nature ꝓportionatū eſt ſine adiutorio. vt moueri eſt proportionatū nature hoīs: tñ infirmus nō pōt ſe mouere ſine adiutorio qḋ eſt baculꝰ. Ad ꝓpoſitū liberū arbitriū hominis poterat bonū facere: pctm̄ vitare: moraliter operari: et oīa alia ꝓportionata ſue nature ſine adiutorio gratie facere. vt dicūt doctores in. ij. ſen. ꝙ hō in ſtatu innocētie poterat pctm̄ vitare abſqȝ gratia: et ſic erat ſicut hō ſanꝰ. in ſtatu vͦo nature corrupte nō pōt ſine adiutorio grē: ⁊ ſic in ſtatu iſto nō pōt homo pctm̄ vitare: et bonū operari: niſi gratia voluntatē hominis ſanet: ⁊ hoīem infirmum adiuuet: ſm ꝙ poniť in. ij. ſen. di. xxvij. et hoc propter corruptionē nature / et pronitatē ad malū: que facit infirmā inclinationem ad bonū: que boni inclinatio et operatio eſt filiꝰ reguli ⁊ intellectus ⁊ volūtatis: ⁊ ꝓpter hoc genitores multū diligūt filiū: iō cuilibet eoꝝ dr̄ de ſuo filio īfirmo. Dñe ecce quē amas infirmatur. Joh. xj.

¶ Tertio loco eſt vidēdum de loco vbi eſt iſte infirmus infirmatꝰ. ⁊ dr̄ in euangelio ꝙ iſte locus dr̄ capharnaū: ⁊ ꝓprie ⁊ ſpiritualiter loquēdo. Nā capharnaum interpretať villa pinguedinis: in quo deſignatur ꝙ in pinguedine ⁊ abūdantia tēporaliū hoīes ſpūaliter īfirmātur. vñ pš. lxxij. Prodijt quaſi ex adipe iniq̄tas eoꝝ. propter hoc dr̄ Luce. vj. Ve vobis diuitibꝰ q̄ habetis cōſolationē veſtrā. Uidemus cōiter ꝙ multa abūdātia iſtarū rerū tēporaliū: ⁊ pinguedo in cibis ⁊ potibꝰ ſunt cauſa infirmitatis corporalis. Ecci. xxxvij. In multis eſcis erit infirmitas. Sic iſtamet ſunt cauſa infirmitatis ſpūalis. In huiꝰ ſignū pinguedo aīalis nō offerebať ī ſacrificio: qꝛ ex pinguedine: que eſt ex malo nutrimēto aīalis et abūdāti et copioſo: ꝓuenit pctm̄ que eſt infirmitas ⁊ mors ſpūa-

lis. ⁊ ideo ſequiť in textu ſupradicto. Propter crapulā multi perierunt. Crapula eſt abūdātia / multiplicitas / et varietas ciborum: que in magnis ⁊ potētibus generat graues infirmitates: et deinde mortē. Diſputauit macrobius / vtrū difficilioris digeſtionis ſit cibus ſimplex ⁊ vniformis q̄ multiplex et difformis? Et rn̄dit ad iſtam queſtionē di. ꝙ difficilioris digeſtiōis eſt multiplex q̄ ſimplex. et ꝑ ꝯñs magis procreatiuus infirmitatis ⁊ mortis. qḋ probat ꝑ quinqȝ rōnes. Prima qꝛ videmꝰ ꝙ pecudes que ſimplici cibo vtūtur: ſaniſſime ſunt et carnes firme: et ſi alique infirmātur ille potiſſime ſunt: quas hoīm voluptas per varietates ciboꝝ nititř ſaginare. Scḋa rō eſt: qꝛ ſimplex cibus faciliꝰ digeriť. in cuius ſignū oīs medicus ſimplici cibo reficit infirmū tanq̄ naturā debilē: vt facilius eū in ſui naturā conuertat. Tertia rō eſt q̄ diuerſoꝝ ciboꝝ in ſtomacho receptoꝝ diuerſa eſt natura: ⁊ iō agēte natura vniformiter ex parte ſua: quidā citius digerūtur: alijs remanētibꝰ adhuc crudis. illud aūt quod prius intra ſtomachum manēs conuertitur: dū expectat ibi dē illud qḋ eſt poſt dirigendū: corrūpiť: ⁊ ſic putrefiunt humores in ſtomacho: ⁊ ſic ſequitur infirmitas. Quarta rō quia ſicut magis nocet varietas vini q̄ idē vinū et equali quātitate ſumptū: ad idē varietas ciboꝝ ꝓpter cauſam ſuperius allegatam. Quinta rō ⁊ vltima / qꝛ ſi qui ſimplicem cibū ſumit: poſtea infirmať: facilius cā ſue infirmitatis perpendiť: ⁊ iō pōt minuere in tanto vel in quāto: vel aliū cibū mutare. Et hec eſt cā ⁊ rō: et ideo ꝓbat ꝙ ad vitandū infirmitatē et procurandū ſanitatem / melius eſt vti ſimplici cibo q̄ vario: qꝛ ſicut allegatū eſt: in multis eſcis erit infirmitas. ⁊ ꝓpter crapulā multi perierūt. ideo dr̄. multos (inq̄t) morbos multa fercula fecerūt. Unde ꝯcluditur ad noſtrum propoſitū principale / ꝙ proprie filius reguli in capharnaū infirmať: qꝛ in pinguedine ac crapula et abūdantia rerū temporalium incurritur infirmitas ſpiritualis.

¶ Quarto loco principali eſt videndū q̄s ſit morbus quo iſte filius reguli grauať. ⁊ ad litteram dicit euāgeliū / ꝙ iſte morbus erat febris. et bene et proprie: quia ſpiritualiter loquendo multis febribus ꝑ peccatum homines infirmantur ⁊ grauanť. Secūdum enim medicos / multe ſunt ſpecies febris: et oēs incurrunt illas per peccatū. Prima febris eſt quotidiana. et iſta eſt febris peccatorum venialium: que quotidie cōmittimus et vitare nō poſſumus. nam vt dicit ſapiens Prouerb. xxiiij. Septies ī die cadit iuſtꝰ. Et de iſta febre quotidiana. ſ. peccatorum venialiū habet verum quod dicit Joh. j. cano. c. j. Si dixerimus ꝙ peccatum non habemus ⁊c. Secundum ꝙ dicit Beda in home. Ante diē feſtum paſche. in cena dñi. ideo iſta ſunt peccata venialia: nō mortalia. ideo ſcribitur Joh. xj. Infirmitas hec nō eſt ad mortem: tamen diſponit. Uel iſta febris quotidiana poteſt dici peccatū gule: qua quotidie et omni die in prādio et in cena ſemper laboramus: et exceſſiue cogitamus et de gallinis / et perdicibus / et de ſalſamentis / et confectionibus taliter ꝙ coquinarij non ſufficiunt. Secunda febris eſt cōtinua: et iſta eſt auaricia qua ſemper omnes auari grauantur / et de die et de nocte vigilando et dormiēdo. vnde pš. lxxv. Dormierunt ſomnum ſuum: et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarū in manibus ſuis. Jſta febris ſemper eſt in augmento: et nunq̄ dicit ſufficit: ſicut infernus: ſicut ignis: ſicut mare. ⁊ dū homo ſeneſcit auaricia iuueneſcit. Tertia ſpecies ē ephimera que modicum durat: et trahit nomen a quodā piſce qui eodē die quo naſciť moritur. et ſignificat ſubitū motū ire: que modicum debet durare. Ph̄s in. ix. Ethi. diſtinguit triplicem iram. Prima diciť acuta et iſta modicū durat. ſcḋa difficilis que diu durat. tertia amara que ſemper durat donec ſumitur vindicta. et de iſta apoſtolus. Sol nō occidat ſuper iracundiam veſtrā. Ephe. iiij. vbi glo. i. non duret. Quarta ſpecies febris eſt ethica: que cauſať ex cōſumptione humoꝝ in vaſis ſolidis. iſta febris maxime vexat mercatores ⁊ potentes: q̄ tp̄e ſterilitatis et cariſtie humores panis ⁊ vini: q̄ ſunt humores ex q̄bꝰ pauperes habēt viuere: in ſeipſis recolligunt: et ſic emūt: cū ſint mēbra ſolida ⁊ fortia ꝓpter potētiā pecuniarū: ⁊ hoc vt charius illa vendant. Jſti ponunt cariſtiam in patria: ⁊ pauperes moriuntur fame. Jſti nō attēdunt ad verbum Ambro. in lib. offic. qḋ poniť in decretis diſt. lxxxvj. ca. paſce. Paſce fame morietē. q̄ſquis em̄ paſcēdo

hoīez ſeruare poteris:ſi nõ paueris fame
occidiſti.Et crudeliꝰ iſti paupes occidun
tur fame ꝙ̄ gladio:iuxta illud Threñ.iiij.
Melius fuit occiſis gladio ꝙ̄ interfectis
fame.Itē iſti nõ attendũt ad ꝟbũ ſapien
tis qḋ ſcribit Prouer.xj. Qui abſcondit
frumēta maledicet in populis. Sed dice
res qñ maledicet: Rñ.quod ſcriptum eſt
Mat.xxv.qñ xp̄s dicet. Eſuriui et nõ de
diſtis mihi mãducare ⁊c.tũc maledicent
q̄ ſequit.Diſcedite a me maledicti in ⁊c.
Iſta etiã febris põt dici accidia: ꝑ quam
humores corrũpunt ꝑ ocium. Quita fe
bris eſt putrida: q̄ generat ex corruptiõe
humorũ. ⁊ iſta ē luxuria. Hec febris diui
ditur in triplicē ſpeciē:q̄ q̄dã eſt ſimplex
ſicut q̄ abutunt ſimplici fornicatiõe. q̄dã
cõpoſita ſicut q̄ abutuntur fornicatiõe et
adulterio.quedã decõpoſita ſicut qui de
multis vitijs ⁊ ſpeciebus luxurie faciunt
vnũ monſtrũ decompoſitũ et etiã ꝯ natu
rã.Dic de iſtis in tantũ ꝙ iſta ſunt mon
ſtra in natura:q̄ ſunt ꝯ naturam ideo:q̄
deus et natura iſta abhorrent .vñ natura
ꝯ tales clamat ad deũ illud qḋ ſcribitur
Geñ.xviij.Clamor ſodomoꝝ ⁊ gomorreoꝝ
multiplicatus eſt: et pctm̄ eoꝝ aggraua
tum eſt nimis.Sexta ſpecies febris eſt er
ratica q̄ non hꝫ determinatã horã. ſed ali
quãdo vexat in vna hora:aliq̄n in alia.et
iſta eſt inuidia:que prouenit de felicitate
alteriꝰ vel laude.vñ tunc venit inuidia et
in illa hora qñ quis laudat vel proſpera
tur. et quot proſperitates renouant tot
accenſiones iſtiꝰ febris renouant. Iſta fe
bre vexabat ſaul q̄ non rectis oculis aſpi
ciebat dauid:qñ puelle cantabãt.Percuſ
ſit ſaul mille ⁊ dauid decē milia. j. Regũ
xviij.Septima febris eſt tertiana qua fe
bre laborãt illi q̄ de malis nõ ſatiſfaciũt.
qui dato ꝙ vere cõterant ⁊ ꝯfiteant: ter
tiã tñ partem pnīe que eſt ſatiſfactoria di
mittũt:nõ attēdētes ꝙ iſtud valde diſpli
cet deo.et ꝑ oppoſitũ valde demoni pla
cet.iõ ſcribit Eccli.xxv. In tribꝰ placitũ
eſt ſpiritui meo.Octaua ⁊ vltima ſpēs fe
bris eſt quartana:q̄ ſignificat ſuperbiam
et ꝑ quattuor ꝑtes diuidit ſm bedam.
Prima cũ bonũ qḋ q̄s hꝫ a ſe habere exi
ſtimat.ſcḋa cũ ꝓ meritꝭ ſuis ſe habere pu
tat.tertia cũ qḋ non hꝫ: habere ſe iactat.
quarta cũ deſpectis ceteris in hoc qḋ hꝫ
ſingulariter ſuper omnes videri laborat.
Vel iſta febris quartana põt dici peccatũ
ꝯſuetudinariũ ⁊ antiquũ. Pria dies mala
ſuggeſtio:ſcḋa malꝰ cõſenſus:tertia ope
ratio:quarta mala cõſuetudo. Habet em̄
mala conſuetudo duas ꝓprietates. ſicut
q̄rtana. Primo ꝙ a nullo abſtinet. ſicut
em̄ quartanario nihil nocet:ita mala cõ
ſuetudo ex īueterato vſu/credit ꝙ ſibi ni
hil noceat.qḋ tñ falſuꝫ eſt:nec medici cor
porũ hoc affirmant:et medici aīarũ mul
to minꝰ.Scḋo hꝫ quartana ꝙ difficulter
curat.ſic pctm̄ conſuetũ:qḋ ſignificatur ī
lazaro quatriduano ⁊ fetido:q̄ difficulter
fuit ſuſcitatus: et oportuit ꝙ interueni
rent ꝓ eius ſuſcitatiõe maria ⁊ martha.
ideſt opera contemplatiua:et actiua : et
orationes :et elemoſyne.
¶ Quinto ⁊ vltimo loco eſt videndũ in q̄
hora iſte a febre fuit liberatꝰ. Pro q̄ ſcien
dum ꝙ dicit euangeliũ ꝙ heri hora ſepti
ma reliquit eũ febris.Spūalr dies ē xp̄s
qui hꝫ duodecim horas.iuxta illud qḋ ip
ſemet dic. Nõne.xij.hore ſũt diei. Io.xj.
Prima hora fuit incarnatio:ſcḋa natiui
tas:tertia circũciſio : quarta baptiſmus:
quinta ieiuniũ:ſexta ꝑdicatio: ſeptīa paſ
ſio:octaua ad īferos deſcēſio:nona tumu
latio:decima reſurrectio:vndecima ad ce
los aſcenſio: duodecima ſpũſcti miſſio.
Septima ḡ hora q̄ fuit paſſio: infirmũ fi
liũ reguli reliquit febris:q̄ ſpūalr oēs fe
bres q̄ infirmũ per pctm̄ vexant: ꝑ paſſio
nē xp̄i liberant:q̄ illa hora rex nr̄ opatus
eſt ſalutē in medio terre.pſ̄.lxxiij. Et ſm
Berñ.paſſio xp̄i potētiſſima ē ad deſtruē
dũ oīa genera pctoꝝ. vñ ſup cantica ſer
mone.vj. Quid tã ad mortē qḋ nõ ad xp̄i
mortē ſanet.Et de h̄ pulchre in glo.ſup il
lud Geñ.iij. Cũ deambularet dñs ad au
ram poſt meridiē. Sꝫ q̄ dr̄ in textu heri
hora ſeptima : videndũ eſt qḋ fuit iſtud
heri. Et iõ ſciēdũ eſt ꝙ tres dies notant
in pñti.ſm illud ad Heb.xiij. Ieſus xp̄s
heri ⁊ hodie ipſe ⁊ in ſcl'a.ſm Berñ. Heri
fuit totũ tēpꝰ a mũdi creatiõe vſq; ad diē
iudicij.Cras erit a die iudicij vſq; ī ſclm.
Qr igit heri fuit dies ī q̄ ſunt.xij.hore:ſi
cut dictũ eſt:q̄ in ſeptīa hora.i. ī paſſiõe
infirmũ ꝑ pctm̄/reliq̄t febris. Bñ igit dr̄
ꝙ heri hora ſeptima reliq̄t eũ febris. Pa
tent igit moraliter quinq; ꝑ ordinē decla
rata. Primo quis regulus.ſcḋo q̄s infir
mus eiꝰ filius.et ſic de alijs. Deo gras.

¶ Dñica.xxj.poſt feſtũ trinitatꝭ.Ser.iiij.

HOra ſeptima re
liquit eũ febris. Io.iiij. In
ſacro eloq̄o hore ſunt ⁊ de
ſcribũtur tres: que adinui
cem diſtinguũtur.
Prima hora que nõ habet certitudinem.
Scḋa hora q̄ totũ mutat hominem.
Tertia hora que alleuiat egritudinem.
¶ Prima hora ⁊c. Iſta eſt hora mortꝭ in
qua nulla eſt certitudo:nec in ſtatu:nec ī
loco:nec in modo:nec in tpe. Narrat de
quodã pctõre qui nullã de pctīs poterat
portare pnīaꝫ.verũ ꝙ Alexãder papa de
dit illi vnũ lapidē p̄cioſum:cuiꝰ ꝟtute re
cordaret de q̄ttuor incertꝭ mortꝭ. Primo
ſtatus incertꝰ: qm̄ neſcit q̄ſpiã in q̄ ſtatu
moriet:in bono vel malo:ī amore dei vel
in odio dei.Itē incertus locꝰ:qm̄ neſcit ſi
moriet in terra:vel in aq̄:vel ī igne.ſi mo
riet in domo:vel extra domũ.Itē incertꝰ
modus:q̄ neſcit ſi moriet ſubito vel nõ.
ſi moriet gladio:vel infirmitate: ſi morie
tur paup vel diues:vel ſi moriet fame vel
ſiti.Itē tēpus īcertũ:qm̄ neſcit hõ ſi mo
riet in iuuētute:vel ī ſenectute. Itē igno
ratur mēſis ſeptimana dies. ⁊ ignoratur
hora mortꝭ.Nihil certiꝰ morte:nihil īcer
tius hora mortꝭ. Hieroñ.in q̄dã epl'a. La
tet vltimꝰ dies: vt obſeruentur oēs dies.
Iõ ſaluator quēlibet auiſabat cũ dicebat
Mat.xxv. Vigilate q̄ neſcitis diē neq;
horã.et alibi.ſcilꝫ Mat.xxiiij.⁊ Luce.xij.
Eſtote parati:q̄ qua hora nõ putatꝭ ⁊c.
et ſalomõ. Neſcit hõ finē ſuum.Eccl's.ix.
Augu.de vita xp̄iana. Neſcis q̄ hora dñs
veniet. ſp vigila: q̄ neſcis qñ veniat: vt
cũ venerit paratũ te inueniat. ⁊ btũs Gre
goriꝰ libro.xij.moraliũ. Ad hoc autē con
ditor noſter latere nos voluit finem no
ſtrum:dieq; noſtre mortis eē incognitũ:
vt dũ ſemp ignorat ꝓximꝰ eſſe credat.
¶ Scḋa hora in pricipio introducta: que
totũ mutat hoīem:vel ſtatꝰ.Siquidē in
vna hora totꝰ ſtatꝰ hoīs ꝑmutat.patꝫ de
ꝑmo angelo:q̄ ſubito de angelo diabolꝰ
factꝰ eſt. Ptꝫ de primo hoīe: q̄ vix vna ho
ra cũ deo ꝑmãſit. Sap̄.x. Vñ primꝰ hõ in
ꝑadiſo terreſtri hora tertia peccauit. fuit
in paradiſo vſq; ad horã ſextam: ⁊ in illa
hora eiectꝰ eſt de paradiſo. Apparet etiã
ad ꝓpoſitũ de balthaſar:q̄ exiſtēs in con
uiuio vidit in pariete manũ ſcribentem.
Mane thethel phares. eadē hora vidit.
Dañ.v. Hoc appet etiã de nabuchodono
ſor:cui dixit angelꝰ.Regnũ tuũ trãſit a te
et ab hoībꝰ eijcient te: ⁊ cũ beſtijs erit ha
bitatio tua. eadē hora ſermo cõpletꝰ eſt.
Dañ.iiij. Apparet ꝓpoſitũ de ciuitate ba
bylonie.Apocal'.xviij. Ve ve ciuitas illa
magna babylon. ciuitas illa fortis. qm̄
vna hora venit iudiciũ tuũ.Et ibidē poſt
ea. Ve ve ciuitas illa magna que amicta
erat byſſo ⁊ purpura ⁊ croco : et deaura
ta ē auro/⁊ lapide p̄cioſo/ ⁊ margaritis:
qm̄ vna hora deſtructe ſunt tãte diuitie.
Ibidē. Ve ve ciuitas illa magna in q̄ di
uites facti ſunt oēs q̄ habebãt naues in
mari de p̄cijs eiꝰ : qm̄ vna hora deſolata
eſt. Non cõfidas in proſperitate:nec ī al
ba fortuna:qm̄ fluit et refluit:et cito fina
liter deficit.
¶ Tertia hora in principio introducta: q̄
alleuiat egritudinē.Scriptũ eſt in libris
medicine artis:ꝙ dies ſeptima q̄ad infir
mũ vocat cretica dies:qm̄ in die ſeptima
ſentit infirmꝰ alleuiationem ſue febris.
Moralr ꝑ diē vel horã ſeptimã intelligit
etas ſeptima mũdi:in q̄ etate genꝰ huma
nũ grauiter īfirmũ/ſibi fit alleuiamē:qm̄
in eate illa de celo magnꝰ medicꝰ venit:q̄
hora cene deꝰ pr̄ miſit ſanare egros.Luc
xiiij.et illa hora ſanatꝰ eſt puer. Ioh̄.iiij.
Vel aliter hora ſeptima infirmꝰ ſpūaliter
et magis grauiter ꝙ̄ primꝰ per mortale
peccatũ/recepit curam vel alleuiationeꝫ
de pctõ ſuo/ſex horis antecedētibus.
Prima hora peccati cõſideratio.
Scḋa hora pctī deteſtatio.
Tertia hora cordis contritio.
Quarta hora oris cõfeſſio.
Quinta hora operis ſatiſfactio.
Sexta hora pctī non recidiuatio.
Septima hora peccati remiſſio.
Et tunc eſt verũ.hora ſeptima reliq̄t euꝫ
febris peccati. Vel ꝑ ſeptem horas intel
liguntur ſeptem que debet conſiderare
peccator ſi vult curari a febre peccati.
Primũ quis ꝑ pctm̄ offendit:q̄ creator.
ſcḋm a quo ꝑ pctm̄ contēnit:qm̄ a creatu
ra.tertiũ qḋ bonũ ꝑ pctm̄ amittit : quia
multa bona.ſ.gr̄a dei et gloria paradiſi.
quartũ qḋ malũ ꝑ pctm̄ acq̄rit : q̄ pena
eterna.quintũ ꝓ quo bono pctõr ꝑ ſuo
pctõ punit.ꝓ modico honore.ꝓ modico
tpali.ſextũ q̄uo et in quo punit:qm̄ exn̄s
liber: diaboli ſeruus efficit. ſeptimũ qm̄

tunc peccator a pctõ conuertit̃:et tũc verificat̃ ꝙ hora ſeptima reliqͥt eum febꝛis. Aliter ſic vt hora ſeptima ſit fides ſancte trinitatis in quattuoꝛ partibꝰ mũdi p̃dicata:que curat de febꝛe pctĩ.qꝛ per mĩam et fidẽ purgant̃ pctã.Prouer.xv. Uel hora ſeptima põt dici timoꝛ dei : qui eſt ſeptimum donum ſpiritusſancti. et per timorem domini declinat omnis homo a malo.Prouer.vbi.ſ̃.Ex iam dictis apparet et poteſt cõcludi ꝙ hora ſeptima reliquit eũ febꝛis.Ubi duo oſtẽduntur.

Primo numerus autenticꝰ in ſcriptura. hora ſeptima.

Secũdo moꝛbus grauiſſimus in natura. febꝛis.

Prima pars.

¶ Quãtum ad pꝛimum de numero ſeptenario qui eſt autenticus in medicina: in moꝛali pħia : in aſtrologia:in theologia.Ubi gr̃a de oĩbus.

Primo in medicina ſeptem febꝛes moꝛtales.

Secundo in moꝛali pħia ſeptem virtutes moꝛales.

Tertio in aſtrologia ſeptem hore tp̃ales.

Quarto in theologia ſeptem beatitudines ſpirituales.

¶ Pꝛimus nũerus eſt de ſeptẽ febꝛibus: et de iſto numero eſt pꝛoſequendũ.Sunt em̃ ſeptem genera febꝛium.ſcꝫ

Pꝛimo ephimera.

Secũdo putrida.

Tertio ethica.

Quarto quartana.

Quinto tertiana.

Sexto quotidiana.

Septimo continua.

¶ Pꝛima febꝛis ephimera a quodã piſce q̃ vocat̃ ſic.q̃ illo die quo naſcit̃:eodẽ moritur. Et iſta etiã febꝛis nõ durat niſi per diem naturalẽ. per quã moꝛalr̃ intelligit̃ febꝛis ſpũalis.ſcꝫ ſupbia.Illa ephimera creatur ex caloꝛe inoꝛdinato.et cauſat̃ ex ſpiritibꝰ accenſis ſpũalibꝰ: q̃ ſunt ambitio/p̃ſumptio/ingratitudo/ cõtemptus/ ĩobediẽtia ⁊c. et modicũ durat quoniam honoꝛ/pulchꝛitudo/genus/nobilitas/et iuuẽtus/ex q̃bꝰ cauſat̃ ſupbia modicũ durant.cito deficiunt. Apparet de nabuchodonoſoꝛ:cui fuit dictũ.ſeptẽ tp̃a mutabũtur ſup te.Dañ.iiij.Legit̃ ꝙ cũ quidã miles expendiſſet oĩa bona ſua in vanitatibus multis:cecidit in ĩfirmitatẽ grauẽ: ⁊ dũ circũſtarent eũ amici:dixit q̃tenus darent ei vnũ obolum: ⁊ cum feciſſent dixit amicis.oẽs honoꝛes laudes mũdi voluiſſem dediſſe ꝓ obolo iſto: q̃ cito trãſierũt et modicũ durauerũt.¶ Scõa febꝛis putrida:q̃ cauſat̃ ex coꝛruptis ⁊ putridis humoꝛibꝰ in coꝛpe: Cui cõparat̃ vna febꝛis ſpũalis:que vocat̃ luxuria.qm̃ perſona q̃ patitur iſtã febꝛem:tota dr̃ fetida putrida ⁊ coꝛrupta coꝛã deo ⁊ angelis dei.quã febꝛẽ paſſus eſt ſamſon dalilan libidinoſe amando : q̃ raſit ſibi crines de capite. Judic̃.xvj.quo facto ſamſon excecatꝰ eſt: ⁊ amiſit foꝛtitudinẽ ſuã. Septem crines raſit ⁊ torondit:q̃ non ſunt aliud moꝛalr̃ ꝙ alia ſeptẽ que facit hoc pctm̃ in hoĩe. vtpoꝛe cõſumit bona:⁊ coꝛpꝰ ledit:detur pat famã:facit hoĩem beſtialẽ: aufert virtutẽ:diminuit vitã:reddit hoĩem odibilẽ deo et ãgelis dei. ¶ Tertia febꝛis ethica. Iſta ethica febꝛis cauſat̃ ex defectu humidi radicalis:⁊ de die ĩ diẽ creſcit ⁊ augmẽtat̃:cui cõparat̃ inuidia: q̃ ex defectu charitatis ꝓcedit. Nã hoc pctm̃ opponitur charitati.ſiqͥdẽ inuidus ſemꝑ eſt in odio et triſticia:⁊ ꝑ ↄñs extra charitatẽ. Nẽpe in illo qui patit̃ iſtã febꝛẽ mens accendit̃ coloꝛ palloꝛe afficit̃ : oculi depꝛimuntur: mẽbꝛa frigeſcũt.Septẽ neq̃cie ſunt ĩ coꝛde illiꝰ.ſ.inuidi.Prouer.xxvj. vt pꝛima nequicia ſit doloꝛ de ꝓſperitate alteriꝰ. ſecunda gaudiũ de aduerſitate.tertia murmuratio: quarta odium: quĩta detractio qm̃ inuidi cõiter ſunt detractoꝛes. ſexta neq̃cia ĩuẽtio mali: qm̃ tales cõiter ſunt ĩpoſitoꝛes criminũ:ſaptima afflictio mẽtis.ſemꝑ ſunt inuidi in tali afflictione. Legit̃ ꝙ cũ q̃dã heremita de quodã alio magis ſctõ erat multũ inuidus qꝛ in ſctĩtate erat magis famoſus.Hoc ſciens ille magis ſctũs/venit ad viſitandũ inuidũ: ſed dũ nullo mõ vellet exire inuidus/ ſancto expectãte in poꝛta:inuidus vidit demonẽ iuxta ſe accinctum cingulo igneo. Quis es tu dixit inuidus? Rñdit demõ ego ſum ſocius pꝛincipis tenebꝛarũ. ⁊ qꝛ vidi te plenũ inuidia: veni ad cõmoꝛandum tecũ.qm̃ inuidia eſt radix pctĩ:venenum moꝛtis:febꝛis penitẽtialis.q̃ ſtatim exiuit territus:penitẽtiã egit:⁊ facti ſunt amici.¶ Quarta febꝛis quartana. que ta

lis conditionis eſt:ꝙ ille qui patit̃ eam: vna die expectat ꝙ patietur eã alia die. Cui comparatur febꝛis ſpũalis peccatuꝫ gule.Guloſus qui bene epulat̃ vna die: expectat atqꝫ deſiderat ꝙ latius vel lautius epulabit̃ ſequẽti die.Poſt bonũ pꝛãdium expectat bonã cenã. totũ factũ. totum ſtudiũ ſuũ eſt guloſitas. Iſtam febꝛẽ paſſus eſt adã:qui comedit de vetito fructu.Et eſau qui ꝓpter gulam vẽdidit pꝛimogeniturã ſuã.Geñ.xxv.Iſtã febꝛẽ paſſus eſt aſuerus: qui ſeptẽ diebꝰ iuſſit parare conuiuiũ.Heſter.j.Per iſtũ numerũ ſeptenariũ intelligunt̃ ſeptem modi quibus per gulam peccatur.

Pꝛimus modus ebꝛietas.

Scõus vomitus ꝓpter exceſſum.

Tertius ieiunia ſub p̃cepto eccleſie frangere.

Quartus ante horã tertiarũ comedere.

Quintus quotidie laute comedere ſicut diues epulo.

Sextus nimis ſtudioſe ⁊ curioſe parare cibaria.

Septimus modus alienũ vel de alieno comedere ⁊ bibere.

¶ Quinta febꝛis tertiana:que non durat multũ.verũ ꝙ affligit multũ ꝙdiu durat in hoĩe:Cui cõparatur febꝛis ſpũalis iracundia ardẽtiſſima febꝛis:que affligit valde aĩam ⁊ coꝛpꝰ.Uerũ ꝙ ſunt aliq̃ qui modicũ patiunt̃:qꝛ in eis ira cito trãſit: ⁊ tales iracundi vocant̃ leues. Alij ſunt qui magis patiunt̃:ſicut illi iracundi qui nunq̃ꝫ remittũt iniuriã:niſi illã obliuiſcũtur.⁊ tales iracundi vocantur difficiles. Alij ſunt qui multo grauius patiunt̃ iſtã febꝛẽ:ſicut illi q̃ nunq̃ remittũt iniuriam niſi viderint vindictã : ⁊ tales vocantur graues.Iſtã febꝛem paſſus eſt laban:qm̃ cũ iracundia magna perſecutus eſt iacob ſeptem diebus.Geñ.xxxj. Per numerum ſeptem dierum intelliguntur ſeptem circunſtantie que valde iſtam febꝛem aggrauant.que ſunt malignitas/nequicia/ĩdignatio/vindicta/maledictio/contentio/ comminatio.¶ Sexta febꝛis eſt quotidiana.vnde patienti iſtam febꝛem quotidianam omnia que manducat et bibit ſunt inſipida ſibi:Et deſignat febꝛem ſpiritualem que vocatur accidia.et patienti talẽ febꝛem bona opera ſibi non ſapiunt. Uñ Gregoꝛius in quadam homelia. Accidia eſt animi languoꝛ:cui legere nõ libet: oꝛare non delectat: meditatiões ſollicite nõ ſentiuntur.Cui alludit beatus Bernardꝰ: in quadam epiſtola.Accidia quidam animi toꝛpoꝛ:quo quis negligit aliqua bona inchoare : aut faſtidit ꝑficere.Et Caſſiodo.libꝛo de ſtatutis monachoꝛum.Accidia (inquit) circa hoꝛam ſextam maxime monachũ inquietat. Uel quedam febꝛis ingerens tempoꝛe pꝛeſtituto ardentiſſimos eſtus acceſſionum ſuarum:ac ſtatutis hoꝛis anime inferẽs egrotãti. Iſtã febꝛem paſſa eſt maria ſoꝛoꝛ moyſi : que facta lepꝛoſa ex pꝛecepto dei ſeparata extitit extra caſtra ſeptẽ diebus. Nũeri.xij. ¶ Alia febꝛis continua. ⁊ qui patitur iſtã febꝛem ſemper eſt in caloꝛe continuo. Et per iſtam febꝛem intelligitur febꝛis ſpũalis:que vocatur cupiditas ſeu auaricia: quoniam cupidus ſemper ardet ad acq̃rendum.ſemper eſt in continuo caloꝛe.et poteſt figurari per dꝛaconem quem beatus Johannes euangeliſta vidit : qui habebat capita ſeptem. Apocal̃.xij. q̃ ſunt ſeptem circunſtanrie male huius peccati vtpote ſimonia/vſura/furtum/rapina/ſacrilegium/tenacitas/et impietas. Hoꝛa ſeptima reliquit eum febꝛis.Nos ergo relinquamus iſtas febꝛes ſpirituales: que grauant animam ſupꝛa modum : quoniã qui reliquerit peccata:miſericoꝛdiam cõſequetur.Prouerbi.xxviij. Cuius miſericoꝛdie participes ⁊c.

¶ Dominica.xxij.poſt feſtum trinitatis. Sermo.j.

CHaritas veſtra magis ac magis abũdet. Philippen.j.cap.

Attẽto ꝙ charitas eſt virtus multum chara ⁊ pꝛecioſa.

Attento ꝙ de charitate eſt cariſtia ⁊ non apparet abundans:ĩmo defectuoſa.

Attento ꝙ charitas eſt firma vnitas : et ꝓpter hoc gratia dei dicitur amoꝛoſa.

Sequitur ꝙ apl̃us nos monet quatenus abũdemus in charitate que eſt reꝛam fructuoſa.

Prima pars.

¶ Pꝛimo charitas ẽ virtus ⁊c. qualis virtus: chara ⁊ pꝛecioſa. ſi

cut aurū ſuper oīa metalla charum ⁊ pꝛecioſum: ſic charitas ſup oēs virtutes. Itē cōparatur charitas carbūculo lapidi pꝛecioſo. Charitatis pꝛecium et valoꝛem cōmendat Hugo de ſancto victoꝛe in laudibus charitatis dicēs. Charitas (inquit) traxit deum de celo ad terrā: et trahit hominē de terra ad celū. Deus charitas eſt: et tñ nō dicimus: deus eſt iuſticia: deꝰ eſt mīa: deus eſt pꝛudentia: deus eſt humilitas: deꝰ eſt caſtitas. Charitas eſt foꝛte vinculū ligans hominē cum deo: cū angelis: cum homine: cum amico. et quod foꝛtius eſt: ligās amicum cum inimico. Charitas radix oīm bonoꝝ: vita moꝛientiū: diuitie pauperum. cū charitate oīs pauper eſt diues: et ſine charitate oīs diues eſt paup.

¶ Sed hic queritꝛ in qbus charitas alias virtutes excedit? Reſpondetur ꝙ in multis: vtpote

Pꝛimo in dignitate.
Secundo in pꝛecioſitate.
Tertio in ſpecioſitate.
Quarto in confoꝛmitate.
Quinto in vigoꝛoſitate.
Sexto in vtilitate.

¶ Pꝛimo charitas excedit ⁊c̄. qm̄ alie virtutes ſunt ancille: et charitas eſt domina et regina oīm virtutum: ſicut cedrus oīm arboꝝ. lilium oīm floꝝ: artemiſia oīm herbarum: leo rex aīaliū: et aquila regina omniū auiū. Itē ſcdo charitas excedit ⁊c̄. iō cōparatur auro. qꝛ aurū ſuper oīa metalla. carbunculus ſuper oēs lapides ſiue gēmas. Tertio excedit in ſpecioſitate. eſt em̄ ſpecioſioꝛ ſole. eſt em̄ pulchꝛitudo aīe. eſt etiā veſtis nuptialis ſine qua nullꝰ intrabit ad nuptias paradiſi. Quarto excedit alias virtutes in cōfoꝛmitate: qꝛ multum eſt cōfoꝛmis deo. Nā ſcriptum eſt. j. Ioh. iiij. Diligamus deum: qm̄ deus pꝛioꝛ dilexit nos. et alibi. ſcꝫ Pꝛouerb. viij. Ego diligētes me diligo. Iſta eſt magna confoꝛmitas. Quinto excedit in vigoꝛoſitate. nā foꝛtis eſt vt moꝛs dilectio. Cañ. viij. Ultimo excedit in vtilitate. qm̄ alie virtutes nō valēt ſine charitate. nec valet elemoſyna: oꝛatio: ieiunium: martyꝛium: pꝛedicatio: peregrinatio ⁊c̄. ſine charitate. Multū eſt chara virtus iſta: iō ꝓpter charitatē btūs iohānes euāgeliſta vocatꝰ eſt charus ſingulariter ꝑ deū. Ueni chare meus tempus eſt vt epuleris cū fratribus tuis. Et btūs Diony. modo ſimili. Accipe hoc chare meꝰ ⁊c̄. Iſta chara charitas magis ac magis abundet in vobis.

Secunda pars.

¶ Secundo pꝛincipaliter attento ꝙ de charitate ⁊c̄. Reuera magnus eſt defectus charitatis in hoc mundo. ſiquidē in hoc mūdo abūdat auaricia et deficit amicitia. Augu. in quadā home. Sup hoīem nō pñt eſſe ſimul charitas et cupiditas. Radix oīm bonoꝝ charitas. ⁊ radix oīm maloꝝ cupiditas. j. ad Timo. vj. Refrigeſcet charitas multoꝝ. et abūdabit īiqtas. Mat. xxiiij. Quid ergo (obſecro) in mundo iſto maligno? Rñdetꝛ qm̄ abūdat neqcia ⁊ malignitas: abūdat ſupbia et vanitas. abūdat in mūdo amoꝛ pꝛopꝛie vtilitatis. abūdat in mūdo vitiū mēdacitatis. Sed charitas iſtas abūdātias exterminat et expellit. Expellit enim inuidiā et nequiciā. qm̄ ſcriptū eſt. Charitas nō emulatꝛ. j. Coꝝ. xiij. Nulli inuidet charitas. Iſta nec triſtatꝛ de aliena ſalute: vt dicit glo. Itē charitas expellit ſuperbiā: qm̄ ſequitꝛ in tex. Charitas nō inflatꝛ: non eſt ambitioſa. Itē charitas expellit amoꝛē ꝓpꝛie volūtatis. nā charitas nō querit que ſua ſunt. Quippe amoꝛ ꝓpꝛie volūtatis: amoꝛ ꝓpꝛij commodi/deſtruxit oīa regna mundi: qꝛ rectoꝛes querebāt que ſua erāt: nō que reipublice: ⁊ hoc charitas nō querit. Itē abūdat in mūdo vitiū mendacitatis. Oſee. iiij. Maledictū et mēdaciū et homicidiū et furtū et adulteriū inūdauerunt ſup terrā. vtinā ſic abūdaret charitas ſicut abūdāt vitia ⁊ pctā. Ex textu igitur apl'i ſcripto. j. Coꝝ. xiij. Charitas expellit inuidiā: qꝛ nō emulatꝛ. Charitas expellit ſupbiā: qꝛ charitas nō ē ambitioſa. Charitas expellit auariciā: qꝛ non qrit q̄ ſua ſunt. Itē expellit accidiā: qꝛ charitas nō cogitat malū: ſicut cogitāt ocioſi. Itē expellit iracundiā: qꝛ charitas nō irritatꝛ. Itē expellit luxuriā: qꝛ charitas non agit perperā ſicut agūt luxurioſi.

Tertia pars.

¶ Tertio pꝛincipaliter charitas quaſi chara vnitas. Ubi ſciendū ꝙ quattuoꝛ chare vnitates inueniūtur.

Pꝛima eſt in deo creatoꝛe.
Secunda in xp̄o redemptoꝛe.
Tertia in eccleſia bene fundata.
Quarta in religione appꝛobata.

¶ Pꝛima chara vnitas ⁊c. in deo trinitatis vnitas. Nā adoꝛamꝰ trinitatē in vnitate. et per conſequēs charitas chara in deo trino ⁊ vno. Et iſta charitas ſeu chara vnitas cōparatur ſoli: q̇ exiſtēs vnus/illuminat totū mundū. Nos videmꝰ ꝙ ſi ſpeculū ponatꝛ in aqua: apparent tres ſoles. vnus in ſpeculo: aliꝰ in aqua: aliꝰ ī celo. et eſt vnꝰ tantū. Sic in deo tres ꝑſone et vnus deꝰ: et quelibet ꝑſona deus: et tamen non tres dij: ſed vnus deus eſt.

¶ Scda charitas ſeu chara vnitas. ī xp̄o mirabilis charitas/vnitas. in xp̄o mirabilis charitas: mirabilis vnitas. Iſta tātum chara q̄ ſic fuit deo chara: ꝙ de deo et hoīe fecit vnū xp̄m: deū verū et hoīeꝫ. Iſta charitas tantū deo chara fuit adamas: q̄ traxit de celo ad terrā/ferrū filiū dei potētiſſimū deū. Iſta chara charitas ē vinculū foꝛte ſicut dicit Hugo in lib. de laudibus charitatis. Magnā (inqt) vim habes o charitas. tu ſola deū trahere potuiſti de celo ad terrā. o q̄ꝫ foꝛte vinculū tuū: quo deꝰ ligari potuit: et homo vinculum iniqtatis dirupit. Neſcio q̇d magis in laudē tuā dicere poſſem: q̄ ꝙ deū de celo ad terrā traxiſti: ⁊ hoīem de terra ad celū leuaſti. Ita ligat foꝛtiter firmitꝛ ⁊ tenacitꝛ vīculū charitatꝫ: ꝙ a charitate dei nec locoꝝ diuerſitas: nec ſtatuū īparitas nec caſuū cōtingentiū aduerſitas/poteſt eos ſepare. vñ apl's ad Roma. viij. Quis nos ſepabit a charitate xp̄i. Certꝰ (inqt) ſuꝫ ꝙ neqꝫ moꝛs neqꝫ vita ⁊c. poterit nos ſeparare a charitate dei. Iſtud vinculum charitatis ligat hoīem deo ꝑ reconciliationē (al's concoꝛdiā) ergo ante oīa mutuā in vobiſmetipſis charitatē continuā habētes. j. Petꝛ. iiij. ⁊ Coloſ. iij. Sup oīa charitatē habere: qđ eſt vinculum perfectiōis. De tali vīculo charitatꝫ loquitur Hugo vbi. ſ. Charitas oēꝫ lāguoꝛē ſanat vitioꝝ radices extirpat: mentē illuminat: cōſcientiā mūdat: aīam letificat: deū demōſtrat. et ꝯcludit. Aīaꝫ quā charitas inhabitat: nullū pctm̄ vexat. Sed ꝓh doloꝛ multi ſunt hodie ī mundo: q̇ nō ſunt aſtricti iſto vīculo charitatis: ſed magis ſunt ligati vinculo luxurie. q̇daꝫ vinculo inuidie ⁊c. figurati in ſedechia rege: de q̊ legitꝛ. iiij. Reg. vlti. ꝙ captꝰ et catenatus excecatus ductꝰ eſt ī babylonem. Sic miſer pctoꝛ charitate carēs capitꝛ a diabolo ꝑ graue pctm̄: ⁊ ne cogſcat ſe eſſe in pctō excecatꝛ: et ne de ptāte diaboli exeat: vinculo obſtinatiōis ligatꝛ: et tandē in babylonē. i. in īfernū deducitꝛ. Nō ſic nos: ſꝫ dirūpamus vīcula eoꝝ. ſcꝫ pctōꝝ. in pſ̄. ij.

¶ Tertia charitas chara vnitas ſctē matris eccl'ie: q̄ vocatꝛ vnitas aggregatiua. qm̄ ſic eſt vna eccl'ia ex ꝑſonis pluribꝰ aggregatꝫ. Cant. vj. Una eſt colūba mea ⁊c. electa genitrici ſue. Nā ſicut plura mēbꝛa faciūt vnū coꝛpꝰ adinuicē ꝯiūcta: ſic plures ꝑſone vnite ꝑ fidē: faciūt vnā eccl'iaꝫ catholicā. Rom. xij. Sicut ī vno coꝛpoꝛe multa mēbꝛa habemꝰ: ita multi vnū coꝛpus ſumꝰ in xp̄o. Iſtā vnitatē in eccl'ia faciūt tres vnitates. fides/ſpes/⁊ charitas. In iſtis tribꝰ vnitatibꝰ fundata ē eccl'ia. Iſte tres vnitates ſunt tria tabernacula petri apl'i. de q̇bꝰ Mat. xvij. Faciamꝰ hic tria tabernacula. tibi vnū: moyſi vnū: et helie vnū. De iſtis tribꝰ xp̄s hꝫ vnū: ⁊ illud eſt charitas. Petrꝰ apl's vnū qđ eſt fides. Helias ⁊ moyſes vnū. h̊ eſt q̇liber iuſtus hꝫ vnū: ⁊ illud eſt ſpes. Ex iſtis tribꝰ vnitatibꝰ/texta ē tunica xp̄i incōſutilis q̄ nūq̄ꝫ diuidi potuit. Itē eſt illa ciuitas de q̄ Eſa. xix. Ciuitas ſol' vocabitꝛ vna. Iſta vnitas de directo eſt ꝯ grecoꝝ erroꝛē: qui vnitatē eccl'ie denegāt: et ptātē petri apl'i plus q̄ alioꝝ apoſtoloꝝ nunq̄ꝫ affirmāt.

¶ Quarta vnitas ⁊c. de q̄ vnitate beatus Aug. ī pnci. regule ſue. Pꝛoptꝛ qđ (inqt) in vnū eſtis ꝯgregati: vt vnanimes habitetis ī domo. ⁊ ſit vob̄ aīa vna: ⁊ coꝛ vnū in deo. Sicut de pluribꝰ elemētꝫ fit vnū mixtū: ita de pluribꝰ ꝓfeſſis fit vna religio bona. ⁊ de pluribus granis ꝯficitꝛ vnꝰ panis. Charitas et dilectio chara eſt cā iſtius vnionis: que diuerſa coꝛda ita fac̄ vnū: ꝙ nullā patitꝛ ſepationē. Iſta ē vera vnitas quā nos religioſi debemꝰ habere/tenere/⁊ ſeruare. Galath. iij. Oēs em̄ vos vnū eſtis. Charitas em̄ ē ſicut cemētū qđ de multis lapidibꝰ facit vnū parietem: et charitas mō ſimili. Cū ergo nos religioſi vnū faciamꝰ gregē: vnā teneamꝰ legē: vnū habeamꝰ patrē: vnā veneremur matrē: in nobis vna ſit pꝛofeſſio: vna ſit habitatio: vnū ſit officiū: vnū ſit domiciliū: vnꝰ habitꝰ: vnus ſit victꝰ: vna ſit regula: taliter in charitate ⁊ vnitate: ī amoꝛe ⁊ dilectione: in pace: in concoꝛdia ſimus veraciter vnū: ꝙ poſſit dici de nobis illđ pſ̄. cxxxij.

Ecce ꝙ̃ bonum et ꝙ̃ iocundum habitare
fratres in vnū. Malach.ij. Nūquid non
pater vnꝰ oīm noſtrū? Quis eſt iſte pater
vnus in religione niſi p̄latꝰ. vñ ſicut vnū
eſt principiū oīm numeroꝝ: ſic p̄latus in
religione eſt caput ⁊ p̄ncipiū oīm noſtrū
qui ſubditi ſumus. Et ſic ꝓbatum eſt qm̄
abūdare debemꝰ in charitate. ¶ Sed mō
querit̄ in q̄bus alijs abūdare debemus?
Rñdet̄ ꝙ abūdare debemus in fide ſicut
dictū eſt de charitate. ſicut aer abundat
luce qñ ab ipſo ſunt nebule reſolute. de q̄
abundantia.ij.Coꝛ.viij. In oībꝰ abunde
tis fide. Itē in ſpe. glo. vt certioꝛes ſitis
de eterna beatitudine. Itē abūdare debe
mus in pace: q̄ in nobis eſt: in qua pace
abundauit mūdus tp̄e octauiani auguſti
de qua abūdātia ꝓphetauerat dd̄ longe
ante. Oꝛietur in diebꝰ eiꝰ iuſticia: et abū
dantia pacis. in pſ̄.lxxj. ⁊ in eod̄. lib. pſ̄.
cxxj. Fiat pax in v̄tute tua: ⁊ abūdan. ⁊c.
Item abūdare debemus maxime tp̄e tri-
bulationis in patiētia: in qua abūdaue-
runt martyꝛes ſancti: ſicut beatꝰ Lauren
tius: q̄ patiēter ſuſtinuit craticulā arden
tem. ſicut btūs Andreas q̄ patienter ibat
ad crucē. ſicut beata Agatha q̄ ꝑ abūdan
tiam patiētie gaudēter ibat ad carcerē.
ſicut btūs Stephanus pꝛotomartyꝛ: cui
ꝓpter patientiā lapides toꝛrētes dulces
fuerūt. ſicut beatꝰ Paulus q̄ patiētiſſime
ſuſtinuit pericula multa: qui dicebat. Su
perabundo gaudio in omni tribulatione
vr̄a.ij.Coꝛ.vij. ¶ Vltīo q̄rit̄ ſi ē aliq̄ abū
dantia q̄ repꝛobet̄ in ſcriptura? Rñdet̄
Pꝛimo repꝛobatur abundātia foꝛtune.
Scd̄o repꝛobatur abūdantia culpe.
Tertio repꝛobat̄ abundantia pene.
Pꝛimo repꝛobat̄ abundātia foꝛtune ma-
xime in illis qui male vtūtur ea. Et poteſt
eſſe rō quare repꝛobat̄. qm̄ ille q̄ ſic abun
dat tēpoꝛalibus bonis: facilius offendit
deū. ſicut equus īpinguatus recalcitrat.
et ſeruꝰ delicate nutritꝰ pꝛoteruit ī dñm.
Qui delicate a puericia ſua nutrit ſeruū
ſuū: poſtea ſentiet eū cōtumacē. Pꝛouer.
xxix. Itē talis foꝛtunatus faciliꝰ ꝓuocat̄
ad ſuperbiā: imo etiā ad luxuriā. qm̄ hec
morando: quoniam. ſcilȝ per memoriā hu
ius imaginis ſiue mortis

Mundus vituperatur.
Homo humiliatur.
Peccatum vitatur.

¶ Dico primo ꝙ propter memoriam mor
tis mundus contemnitur. Nam mundus
tranſit et concupiſcentia eius. j. Iohā.ij.
Et morte omnis mundi delectatio termi=
natur. In cuius figuram legimus ꝙ ſaul
fuit ſpoliatus in ramech/que viſio mor=
tis interpretatur. Nos em̄ velociter pro=
peramus ad mortem vbi vita et omnibus
mundi delectationibus priuamur. Vnde
Auguſtinus ſuper illo verbo. Dies mei ſi=
cut vmbra declinauerūt. dicit ſic. Vita pre
ſens nihil aliud eſt ꝙ currere ad mortem.
Per oppoſitum autem homines laborāt
vt diu viuant: et ne perueniant ad termi=
num vie. vnde ſm̄ Auguſtinum/ſtudioꝝ
ſunt valde contraria. Ambulare enim vo
lunt: et ad terminum peruenire nolunt.
contra quos loquitur Tullius in libro de
ſenectute dicēs. Tanta eſt in hominibus
ſtulticia/inconſtantia/at9 peruerſitas:
vt ſenectutem per quam morti appropin
quant: vt adipiſcantur orant: et tandem
adepti a morte ſe excuſant. Ideo dicit ſe=
neca. Omnes dies noſtri velut vltimi cō=
putandi ſunt. nulli enim mors pepercit:
nec alicui non moriendi conceſſit priuile
gium. hec Seneca. Oēs igitur morimur:
et quaſi aqua dilabimur in terram. ij. Re=
gum. xiiij. Et morte de nobis cauſatur ꝑ=
petua obliuio. vnde legitur de Secundo
philoſopho/ꝙ cum ab eo quereretur que
eſſet propria conditio mortis: ipe ſcripſit
in pergameno duplex/o o/et in medio di=
miſit ſpacium vacuum. Cum9 alij non in
telligerēt: vnus ex eius diſcipulis ſcripſit
infra illud ſpacium. bliui: et ſic ex litteris
magiſtri ⁊ diſcipuli habita fuit hec dictio
obliuio. Sic et recte nos facimus duos
circulos.

Primum quando caro de terra egreditur
et in terram regreditur.
Secundum dum naſcimur ad eccleſiā du
cimur vt baptizaremur: et ibidem redu=
cimur vt ſepeliamur.

Et de iſtis circulis factis: ſtatim eſt obli=
uio. ſcribi poteſt ſuper tumulū cuiuſcū9
ſiue diuitis: ſiue pauperis: ſiue nobilis: ſi
ue ignobilis. Nam per mortem oēs equā
tur. Vnde legitur de diogene ꝙ quadam
vice ſtetit in carnali pleno oſſib⁹ mortuo=
rum: et vertebat oſſa hincinde. Quē cum
alexāder reſpexiſſet: dixit ei. Quid facis?
Ille reſpondit. Non poſſum inuenire qđ
volo. putabam inuenire differentiam in=
ter oſſa nobilium/diuitum/pauperum/⁊
non reperio: quia mors omnes equauit.
Quod quidem de ipſo alexandro verifica
tum eſt: qui dum viueret preeminebat ce=
teris. mortuus aūt vilior factus eſt alijs.
Vnde legitur ꝙ cum in die ſepulture ei⁹/
cum fieret ei ſepulcrum aureum: conuene
runt plures ſapientes ⁊ philoſophi inter
quos erāt quin9: quorum quilibet dixit
verbum breue et notabile. Primus dixit.
heri alexander multos a morte potuit li=
berare: hodie non poteſt ipſius mortis ia
cula euadere. Secundus dixit. heri alexā=
der duxit exercitum: hodie ab ipſis duci=
tur ad ſepulcrum. Tertius dixit. heri ale=
xāder premebat terrā: hodie premitur ab
ea. Quartus dixit. heri alexandrū omnes
timebant: hodie omnes vilem eum repu=
tant. Quintus dixit. heri alexander mul=
tos habuit minores: hodie oēs ſunt eo
maiores. Ecce igitur q̄ quantūcū9 ſit ma
gnus: ſi imaginē mortis naturalis intue=
tur: et ſic ſe moriturum conſiderat: nonne
iudicabit mundum contemnendum eſſe?
Certe ſic. quia ſic tranſit mundus et con=
cupiſcentia eius. j. Ioh.ij.

¶ Dixi ſecūdo ꝙ propter memoriam ima=
ginis mortis naturalis/homo humiliat.
vnde antiqui volētes ſe humiliare pone=
bant cinerem ſuper capita in memoriam
imaginis mortis ⁊c̄. Explicit.

¶ Dominica in. lxx. Redde illis merce-
dem. Matth.xx.
¶ Dominica.ix.poſt trinitatē. Redde ra-
tionē. Luce.xvj.
¶ Dominica.xxij.poſt trinitatem. Redde
qđ debes. Matth.xvij.
¶ Dominica.xxiij.poſt feſtū trini-
tatis. Sermo.v.

Eddite que ſūt
dei deo. matth. xxij. Juxta
ſcripture veritatē/pono ta
lem ꝓpoſitionē. Tres ſunt
ſtatus hoīm qui tenentur
aliquid reddere.
Primo ille qui eſt pro debitis obligatus
ſuo creditori.
Scđo ille qui eſt procurator deputatus
ſuo principi et domino.
Tertio filius patri qui genuit eū reueren
tiam et honorem.
¶ Prima clauſula ſic declarat̄. Scđm do
ctores/ita eſt graue peccatū aliena inui-
to dño retinere. ſicut vi rapere. Nā ⁊ vio-
lentus detentor impediens poſſeſſorē ab
vſu rei ſue: eſt ſicut nouiter (al's violen-
ter) rapiēs. ſed cōſtat ꝙ nouiter (al's vio
lenter) rapere eſt pctm̄ mortale. ḡ et deti
nere. Jdeo habet̄. xiiij.q.vj.⁊ ex̄ de regu.
iuris in.vj.⁊ ſunt ꝟba Aug. Nō dimittit̄
pctm̄ niſi reſtituat̄ ablatū. ergo debitor
tenet̄ reddere qđ dʒ creditori. hoc pʒ ꝑ exē
plū. iiij. Reg. iiij. vbi legit̄ ꝙ q̄dā mulier
vxor abdie ꝓphe clamauit ad heliſeū di.
Uir meꝰ mortuꝰ eſt. ⁊ erat debitꝫ obligatꝰ
⁊ ecce creditor venit vt tollat duos filios
meos ad ſeruiēdū ſibi. Rn̄dit heliſeꝰ. q̄d
hēs in domo tua? Et illa. non habeo niſi
parū olei quo vngar. q̄ ait. Pete mutuo
vaſa vacua non pauca ⁊ clauſo oſtio cum
filijs tuis mitte in oīa vaſa. dūcꝫ infun-
deret mulier creſcebat oleum: ⁊ impletis
vaſis ſtetit et creſcere ceſſauit. Qđ cū ac-
cepiſſet heliſeꝰ ait ad eam. Uade vende
oleum et redde creditori tuo. tu autem et
filij tui viuite de reliquo. Apparet igitur
prima clauſula fore vera.
¶ Secunda clauſula ſic declarat̄. Quili-
bet quantū pōt debet bonā famā ſuā cō-
ſeruare. q: dicit̄. xij.q.j.c.nolo. Qui confi
dens cōſcientie negligit famā ſuā: crude-
lis eſt. Sed ille qui eſt ꝓcurator conſtitu
tus per dñm ſuū; ſi non pōt reddere bo-
num cōpotum de ꝓcuratione: diffamat̄
infidelitate: et pōt reprehēdi ꝙ nō fuit le
galis: ⁊ per ꝯſequēs de cetero non debet
inſtitui: nec meret̄ procurator eſſe: q: reci
tatur. iij.q.vij.cap.j. Jnfamis nō poteſt
eſſe ꝓcurator. ideo quilibet ꝓcurator dʒ
dño ſuo reddere bonū compotū. De h̄ ha
bemꝰ exēplū Luc. xvj. Ubi legit̄ ꝙ erat
quidā homo diues qui habebat villicum
et q: audierat ꝙ quaſi oīa ipſius diſſipaſ
ſet: iō vocauit illū: ⁊ dixit illi. Quid hoc
audio de te? redde rationem villicatiōis
tue. Quid audiens villicus intra ſe dice-
bat. Quod faciā q: dominꝰ meus aufert
a me villicationem. ⁊ quia male procura
uerat: ideo ait illi dominus. Jam em̄ nō
poteris ampliꝰ villicare. Apparet igitur
ſecunda clauſula.
¶ Tertia clauſula ſic declarat̄. Quilibet
tenet̄ reddere illđ ad qđ per ꝓceptū diui
nū obligat̄. q: đr Mat. xix. Si vis ad vi-
tam ingredi ſerua mādata. ſed ad hono-
randū parētes ꝑ ꝓceptū diuinum obliga
mur: cū dixit Exod. xx. Honora patrē tuū
et matrē tuā: vt ſis longeuꝰ ſuꝑ terrā. Et
ſequit̄ cap̄. ſeq. Qui maledixerit pr̄i ſuo
vel matri morte moriat̄. Et tn̄ ī nullo alio
ꝓcepto inuenit̄ iſta ꝓmiſſio vel cōmina-
tio. ꝑ qđ datur intelligi quātū placet deo
cū parētes honoramꝰ: et quātū diſplicet
qn̄ inhonorant̄. Apparet ḡ ꝙ filiꝰ tenet̄
pr̄i reddere reuerentiā et honorem. Et de
hoc ſcribebat beatꝰ Paulꝰ timotheo ſuo
diſcipulo di. j. ad Timoth. v. Si q̄ aūt vi-
dua filios aut nepotes hʒ: diſcat primuʒ
domū ſuā regere ⁊ mutuā vicem reddere
parētibus. hoc enim acceptuʒ eſt coram
deo. Apparet ergo tertia clauſula. et per
conſequens tota regula preallegata.
Modo predicta noſtro ꝓpoſito applicā-
do. Dico ꝙ deus
Eſt creditor noſter cui tenemur ⁊ ſumus
obligati.
Eſt princeps noſter ⁊ nos ſui procurato-
res ⁊ deputati.
Eſt etiā pater noſter a quo per gratiā ſu-
mus generati.
¶ Primo dixi ꝙ deus eſt noſter creditor:
cui multum obligamur. Et hoc propter
tria. ſcilʒ
Ratione debiti.
Ratione beneficij.
Ratione ſupplicij.

¶ Primo quidē rōne debiti. oēs em̄ cōtra
ipm̄ deliquimꝰ: ⁊ iō oēs ei ꝓ offenſa emē
dā debemus. Exēplū huiꝰ habemus. j. Re
gū. vj. c. Dictū eſt philiſteis q̄ arcā dñi te-
nuerūt iniuſte: ⁊ ideo a deo diuerſimode
afflicti fuerūt. Qđ debetis ei reddite pro
pctō: et tunc curabimini. Jſtud debitū eſt
pnīa: quā debemus aſſumere. ⁊ debemus
dolere: ac lachrymas amare cōpūctionis
effundere. q: pctm̄ facimus ante ocl'os iu
dicis cūcta cernētis. vt innuit Boe. ī fine
vlti. de cōſol'. phie. Et q: tātū ac talē dñm
offendimꝰ et grauamus ⁊c. Legit̄ de octa
uiano imperatore romanoꝝ: ꝙ inſtigante
vxore: et quodā alio accuſante: occidit de
ſuis quendā militē fideliſſimū: quē crede
bat vxor culpabilem eſſe. Qui poſtea reco
gnoſcēs et inueniens ꝙ iniuſte eū occidiſ
ſet: intātū doluit ꝙ ipſam vxorē: quā mul
tū amabat: ignibus cōcremauit. et ſeipm̄
in manibus vxoris militis occiſi/punien-
dū tradidit. et datione quattuor caſtrorū
de manu femine ſe redemit. Si ḡ iſte pro
morte ⁊ offenſione ſerui ſui tantū doluit:
et talē ſatiſfactionem fecit: quāto magis
nos debemus dolere de pctīs: qui peccā-
do deū: qui nos creauit ⁊ iudicabit: offen
dimus ⁊ grauamus? Jdeo dicit̄ Biere. ij.
Scito et vide q: malum et amarū eſt reli-
quiſſe te dñm deū tuū. ſ. per pctm̄. ¶ Se-
cūdo dixi ꝙ nos obligamur deo rōne bn̄-
ficij. Recepimꝰ em̄ a deo bona gratie. na-
ture. et fortune. dilata. ꝓ quibus oībꝰ me
rito ei ſeruire debemus. Luc. xvij. Cū fece
ritis oīa que precepta ſunt vobis: dicite.
ſerui inutiles ſumus: qđ debuimus face-
re: fecimus. ¶ Tertio obligamur deo rōne
ſue paſſionis/⁊ ſupplicij/qđ ſuſtinuit pro
nobis. Jſta cogitabat btūs Augu. qui di
cebat. Creauit me cum nō eram: recreauit
me cum perierā. ad mortales deſcendit: ⁊
mortē ꝑtulit: ⁊ ſic a morte me redemit. q̄d
ergo retribuā pro omnibus que retribuit
mihi? hec ille. Propter iſta que pro nobis
ꝑtulit: valde ſibi obligamur. Unde ille do
ctor Hugo in lib. de arra anime/loquens
anime ſue ita dicēs. Magno debito obli-
gata es anima mea. multum accepiſti ⁊ ni
hil a te habuiſti: et pro his omnibus non
habes quid deo tuo tribuas: niſi tm̄ vt eū
diligas. hec ille. Apparet ergo quō deꝰ eſt
noſter creditor: et nos ſibi obligamur.
B ¶ Dixi ſecūdo ꝓncipaliter/ꝙ nos ſumus
procuratores a deo deputati: dicente no-
bis illud quod ſcribitur Luc. xix. Negocia
mini dum venio. vnde de tribus nos inſti
tuit procuratores. ſcilʒ
Preſentis tēporis: vt bene expendatur.
Diuitiarum: vt bene diſpenſentur.
Anime noſtre vt in ſanctitate cōſeruet̄.
¶ Primo commiſit nobis tempus p̄ſens
⁊c. vnde Bernar. Nihil precioſius tempo
re: ſed heu hodie nihil vilius reputatur. ſi
enim diabolus vnam horam poſſet habe
re: cum illa gehennam euaderet: et gloriā
acquireret. hec ille. Sed de tempore ma-
lam rationem reddent ocioſi: quia ipſum
tempus negligenter expēdunt. vnde Ber
nar. Omne tempus nobis impenſum: re-
quiretur a nobis qualiter fuerit expēſuʒ.
hec ille. Jdeo illi qui tempus vite preſen
tis in delitijs et terrenis expendunt: non
curātes de celeſtibus: accidet eis ſicut cui
dam philoſopho de quo narrat Ualerius
lib. viij. ꝙ cum marcellus princeps roma
nus cepiſſet macedones ⁊ ſyracuſanos: ⁊
mandaſſet ſuis vt eis parcerent. quidam
miles cauſa predandi in domum cuiuſdā
philoſophi/Archimedis ſcilʒ. irrupit. et
philoſophus exiſtēs domi/dum animo et
oculis in terra fixis: ſcriberet in puluere.
miles ille tenens gladium euaginatū ſu-
per caput eius: quiſnā eſſet interrogauit.
Qui ꝓpter nimiam cupiditatem inueniē
di quod querebat: nomen ſuum indicare
nō valens: noli (inquit) iſtud diſturbare.
qui mox ab eo decapitatus/ſanguine ſuo
lineamēta que faciebat: deſtruxit. Sic de
multis hominibus totum tēpus vite pre
ſentis in terrenis occupantibus accidit.
Nam ſi inſpicias eorum occupationes: vi
debis ꝙ nō ſunt niſi quedam protractio-
nes in puluere. Quid enim aliud eſt edifi
care et plantare: niſi quaſdam figuras in
terra protrahere. Sed cū ſunt in terrenis
ita occupati et intenti: non aduertūt gla
dium diuine iuſticie ſuper eorum capita:
donec gladio mortis feriuntur: et poſtea
gladio eterne damnationis. Et ſic tales
de tempore eis commiſſo nō poſſunt red-
dere bonum compotum.
¶ Secundo vobis commiſit diuitias ⁊ bo
na temporalia: vt pauperibus et indigen
tibus diſtribuatis. Unde Bernar. Diſpē-
ſatores diuitiarum vos eſſe voluit nō do
minos, et iō cui voluerit dat eas: et a quo

vult tollit. Unde ſi bene diſpenſatis vr̄as diuitias: in futuro deus dabit vobis ſuā gloriam. quia vt dicit Greg. quod paupe ri datur: nō eſt datum: ſed mutuatum. Er go frange eſurienti panem tuum: et ege nos vagoſq̧ induc in domum tuam: cum videris nudum operi eū. Eſaie. lviij. Sed de diuitijs malam rationem reddent aua ri: qui pauperibus dare noluerunt. vnde dicet eis chriſtus in iudicio illud qđ ſcri bitur Matth. xxv. Eſuriui ⁊ non dediſtis mihi manducare ⁊c̄.

¶ Tertio commiſit nobis animā: vt a pec cato ſeruetur. quia dicit Eccli. xvij. Deus creauit hominem: et ſm̄ imaginem ſuam fecit illum. Ideo debemus aīam noſtram charam habere et honorare. Si enim ho noramus imaginem dei pictā: multo for tius debemus honorare imaginem eius in anima noſtra. Sed de anima malā ra tionem reddent ſuperbi ⁊ peccatores: qui in anima poſuerunt imaginem peccati: qꝛ immediate cum homo cadit in peccatum in aīa ſua imago pctī vel diaboli imprimi tur. Ita dicit Anſelmus in oratione beati iohannis baptiſte. Reformaſti in me dn̄e imaginem amabilē tuam: ego ſuperindu ri odibilem imaginem. Heu heu cuius ſic horreo nomen: cur non odiui imitationē? hec ille. Unde talibus accidet in die iudi cij ſicut Homero philoſopho/de quo legi tur/ꝙ dum quādam queſtionem ſibi pro poſitā explicare non poſſet: et de hoc mul tum derideretur: quia erat vir magni in genij: ex verecundia toxicato iaculo per foſſus: ſeipſum interfecit. Sic erit de pec catoribus cum chriſtus in die iudicij vide bit in anima peccatoris imaginem ſuam peccato deturpatam: eum coram angelis et toto mundo interrogabit. Cuiꝰ eſt ima go hec et ſuperſcriptio? Matth. xxij. Iſta imago non eſt mea. Iſtam imaginem ego non feci. Tunc credo ꝙ ſubiunget: qđ ſcri bitur Mat. xxv. Amen dico vobis: neſcio vos. Et ſubiunget contra tales falſos pro curatores/illā iuſtam ſentētiā Mat. xxv. Diſcedite a me maledicti in ignē eternū.

¶ Dixi tertio principaliter/ꝙ ipſe eſt pa ter honorabilis: et nos filij eius: ⁊ hoc tri pliciter.

E

Ratione creationis.
Ratione adoptionis.
Ratione imitationis.

¶ Primo nos ſumꝰ filij dei creatione. Deu tero. xxxij. Nunquid non ipſe eſt pater tu us qui poſſedit te: et fecit et creauit te? Et quis hoc ſit bonum: non tamen magnū: quia ſic iudei et ſaraceni ⁊ alij dicuntur fi lij dei. ¶ Secūdo eſt pater noſter adoptio ne. Gala. iiij. Miſit deus filium ſuum fa ctum ex muliere: factū ſub lege: vt eos qui ſub lege erant: redimeret. vt adoptionem filiorum reciperemus. In quo oſtenditur ꝙ ipſe nos redemit ⁊ adoptauit. ⁊ hoc eſt maius: quia ſic ſoli chriſtiani dicuntur fi lij dei. Joh. j. Dedit eis poteſtatem filios dei fieri: his qui credunt in nomine eius.

¶ Tertio eſt pater et nos filij imitatione: quia ſicut dicit Augu. Cuius opera facis: eius filius appellaris. Et hoc eſt maximū quia alie filiationes ſine iſta parū valent. Ideo dicebat chriſtus Joh. viij. cap. Si filij abrae eſtis: opera abrae facite. Ergo eſtote imitatores dei ſicut filij chariſſimi. dicit apoſtolus ad Epheſ. vj. quia lauda bile et honorabile eſt in filio bonam pro prietatem patris effigiare. Et quia ꝓprie tas dei eſt miſereri: qui vocatur pater mi ſericordiarum/et deus totius conſolatio nis. ideo debemus eum imitari. Luce. vj. Eſtote miſericordes ſicut pater veſter mi ſericors eſt. Ex antedictis igitur. ſ. ex ma iori ⁊ minori concludatur ſic thema. ergo reddite que ſunt dei deo. que ſunt verba thematis preaſſumpti. In quibus verbis duo nobis oſtendit euangeliſta.

Primo ꝙ debemus ſtatim relinquere que poſſidemus iniuſte: qꝛ reddite.
Scđo ꝙ debemus deo ſeruire ⁊ ipſum ve nerari debite: qꝛ dicit: q̄ ſunt dei deo.

¶ Dixi primo ⁊c̄. Pro huius cōcordantia accedat illud apoſtoli ad Rom̄. xiij. Red dite omnibus debita. Et ſequitur. Nemi ni quicq̄ debeatis: niſi vt inuicē diligatis.

¶ Dixi ſecūdo ꝙ debemus ⁊c̄. Pro huius concordātia accedat illud Eccli. xxxv. Bo no animo gloriam redde deo: et non mi nuas primitias manuum tuarum. Omīa iſta ſatis patent in euangelio hodierno. Dicas euangelium. et fac finem. Amen. Deo gratias.

¶ Dominica. xxiiij. poſt feſtum trinitatis. Sermo. I.

AMbuletis deo digne per oīa placētes. ad Coloſ. j. et in epiſtola ho dierna ſcribitur p̄ſens the ma. Pro thematis euiden tia formatur talis conſequentia.

Tota vita noſtra eſt quedam expeditio ad ambulandum.
Uia huius vite facilis eſt ad errandum.
Ergo ambulemus placentes deo ad bene operandum.

Conſequētia ꝓ tāto ꝓbatur. Si tenorē ⁊ ſnīam doctoꝝ ↄſidero: reperio ꝙ deꝰ fecit res ꝑfectas in ſua ſpecie qualibet. Sꝫ pre oībꝰ fecit hoīem ꝑfectiorē. ⁊ cauſa eſt. Nā dicit phs ꝙ ꝑfectio rerū ↄſiſtit ī opatiōe Nūc aūt ꝑfectior eſt opatio hoīs q̄ aliarū rerū. vn̄ operatio hoīs eſt contemplari ſu periora: ⁊ nō alterius rei corporalis. vnde Ouid. in. j. metamor. Pronaq̧ cū ſpectēt aīalia cetera terram: Os homini ſublime dedit: celumq̧ videre Juſſit: ⁊ erectos ad ſidera tollere vultus. vn̄ glo. ſuꝑ illo verbo Gen̄. ij. Inſpirauit in faciē eius ſpiraculū vite. dicit ſic. Totū quidē corpus anima uit: ſꝫ hec pars ſenſibus ornata eſt ad in tuendū ſuperiora: ꝑ que rationali aīe na turaliter inditum eſt vt ſapiat que ſurſum ſunt. Si ergo deus fecit res perfectas: et hoc ꝓpter ſuas operationes: ⁊ hoīem fe cit magis perfectū. ſequitur ergo ꝙ homi ni naturaliter inditū eſt ꝙ operet̄. iđ ſcri bitur Gen̄. ij. Tulit dn̄s deus hoīem: ⁊ po ſuit eū in paradiſum voluptatis vt opera ret̄. Modo dn̄i ita eſt/ꝙ bona opatio ho minis non poteſt fieri niſi in iſta vita pre ſenti. vn̄ dicit ſaluator Johā. in. c. ix. Me oportet operari opera eius q̄ miſit me do nec dies eſt. Uenit nox quando nemo po teſt operari. Per diem intelligit̄ vita pre ſens. Per noctem iudicium ſequēs. vnde dicit ſic Chryſ. ſuper predicto verbo. Nox dicta eſt ſm̄ illud (Mat. xxv.) Eijcite eū in tenebras exteriores. ibi ergo erit nox: vbi nemo poteſt operari: ſꝫ recipere quod operatus eſt. Cū viuis fac quicquid ope ratus es: vltra enim nec fides: nec labor: nec pnīa. hec Chryſ. Iđ apl's cōſulens oī bus nobis ꝙ opemur in vita iſta: ad Ga la. vj. dicit ſic. Bonum facientes nō deficia mus: tpe eīm ſuo metemus nō deficiētes. Ergo dum tēpus habemus operemur bo nū. Si ergo naturale eſt hoī operari: ⁊ to ta ſua vita ſit expeditio ad ambulādū: er go ꝑ bona opera deo grata debemꝰ ambu lare. qđ eſt ꝓbatio cōſequētie. vn̄ dicit no bis xp̄s Joh. xij. Ambulate dū lucē habe tis vt nō vos tenebre cōprehēdāt. vn̄ ſm̄ Chryſ. per lucē intelligitur tēpus preſen tis vite. Sꝫ dixi in prima parte antecedē tis: ꝙ tota nr̄a vita ⁊c̄. apl's ad Heb. xiij. dicit nobis ſic. Nō habemꝰ hic manētem ciuitatē: ſed futurā inquirimus. i. ad futu rā tēdimus. i. ad ciuitatē celeſtē. Sꝫ dico ꝙ iſtud itinerare eſt expeditū. Rō eſt. to tū deſideriū viatoris eſt ꝙ cōſequatur ter minū vie: maxime ſi nunq̄ cor ſuū pōt q̄e tari niſi vſq̧ quo ſit in via. Certe tūc talis expediet iter ſuū. Mō ita eſt ſm̄ ꝙ dicit apl's in verbis premiſſis. nos ſumꝰ viato res ad ciuitatē celeſtē. et hic ſumꝰ peregri ni ⁊ extranei. Dū ſumꝰ in hoc corpore pere grinamur a dn̄o. ij. Cor. v. vn̄ Aug. j. con feſſionū. Feciſti nos dn̄e ad te: ⁊ inquietū eſt cor noſtrū donec q̄eſcat in te. Nec ergo mirū ſi expedite et cū deſiderio ꝓſeq̄mur iter noſtrū. Et certe ↄtēplor ꝙ expedite ⁊ cū deſiderio debemꝰ iter nr̄m proſequi: vt perueniamus ad patriā: ꝓpter quattuor.

Primo qꝛ hic ī magnis ꝑiculis verſamur.
Scđo qꝛ ad magnū honorē inuitamur.
Tertio qꝛ per lōgū tempus expectamur.
Quarto quia ſi tardauerimus: ne foris ex cludamur.

¶ Dico p̄mo ꝙ debemꝰ expedire iter nr̄m ad patriā: qꝛ hic ī magnis periculis ſumꝰ poſiti. Nā in iſta vita p̄nti/īter inimicos nr̄os/mūdū/carnē/⁊ diabolū: q̄ nos cōti nue ſubuertūt ⁊ ad peccādū ꝓuocāt: ⁊ ter ribil'r ꝓſequunt̄. vn̄ dicit cuilibet nr̄m ꝓ pheta Ezech. ij. Subuerſores ſunt tecū: ⁊ cū ſcorpionibꝰ habitas. Ad iſtud ꝓpoſitū loquit̄ Sene. ī epl'a ad lucillū ſic di. Pro pera lucille chariſſime ⁊ cogita quātū adi turus celeſtiꝰ al's celeriꝰ fuiſſes: ſi a tergo hoſtis inſtaret: ſi equitē aduētare ſuſpica res: ac fugientiū primo veſtigia ſic homo primeretur. accelera ergo euadere ⁊ ꝑduc te in tutū. hec Seneca.

¶ Dico ſcđo ꝙ debemꝰ expedire iter nr̄m ⁊ cū deſiderio ire ad patriā: qꝛ ad magnū hono. ⁊c̄. Et certe īuitamur ad magnū ho norē. ſ. ad regnū celeſte hereditādū ⁊ poſ ſidendū. vn̄ Mat. xxv. Uenite bn̄dicti pa tris mei poſſidete paratū vobis regnum.

Vñ Bernar. in ſuis meditationib⁹ cōtra il-
los qui nō curant ire ad iſtū honorē: ſic di-
cit. Que nos angit inſania vitiorum ſitire
abſinthiū huius mundi: ſequi naufragiū
vite labētis: pati vim fortiū: impie tyrāni-
dis ferre dominiū: ⁊ non magis conari in
ſctōꝝ felicitatē: ac angeloꝝ ſocietatē: vbi
videbimus gloriā/decorem ſctōꝝ/ſplēdo-
rē/et regie poteſtatis honorē. hec Bern̄.
¶ Dixi tertio ꝙ debemus expedire iter no-
ſtrū: et cū deſiderio ire ad patriā: q̄ꝛ per lō-
gū tēpus ⁊c̄. Nā deus cū angelis ſuis ex-
pectat nos ab origine mūdi: et oēs ſancti
cū magno deſiderio expectant nos: q̄ꝛ eo-
rum gloria differtur quātū ad corpus. vn-
de Bern̄. in ſermone de vigilia natalis do-
mini. O ſi cognoſceremus quō aduētum
nr̄m expectāt: quantū deſiderāt: ꝙ ſollici-
te querūt: ꝙ libenter audiūt rumores de
nobis. Feſtinemus (obſecro) dilectiſſimi
feſtinemus: tota nos multitudo curie ce-
leſtis expectat. Exultare fecimus angelos
qn̄ cōuerſi ſumus ad pn̄iam. ꝑficiſcamur
et feſtinemus ad eos venire et cōplere de
nobis eorum leticiam. hec Bernar.
¶ Dico quarto ꝙ debem⁹ expedire iter no-
ſtrū ⁊c̄. q̄ꝛ ſi nos tardamus ⁊c̄. Nā quādo
finietur preſens vita: ſi nō cōpleſti ꝓpter
tuam pigritiam iter tuum: certe nunꝙ ci-
uitatem intrabis. pōs per quem intratur
ad ciuitatem. ſ. mīa vel penitētia erit ſub-
tractus. ⁊ ſic extra ciuitatem eris eiectus.
ideo ſcribitur Mat. xxv. de animab⁹ ſan-
ctis que cum deſiderio expediunt iter ſuū
et terminum conſequūtur. Media nocte
clamor fact⁹ eſt: ecce ſponſus venit. ⁊ que
parate erant: intrauerunt cum eo ad nu-
ptias ⁊ clauſa eſt ianua. Unde Bernar. ſu-
per predicto verbo. O ſi poſſet palatū cor-
dis ſapere: quātum admirationis habet.
Ecce ſponſus venit. quantum dulcedinis
ꝙ intrauerunt cum eo ad nuptias. quan-
tum amaritudinis: quia clauſa eſt ianua.
hec Bernar. Conſulo ergo ꝙ feſtinetis: et
in itinere non tardetis: ne a ciuitate quā
inquirimus excludamur. Nam cum intra-
uerit paterfamilias et clauſerit oſtiū: inci-
pietis foris ſtare, Luc̄. xiij. Ecce quomodo
ꝓpter quattuor rationes feſtinanter et cū
deſiderio debem⁹ expedire iter noſtrū: vt
perueniamus ad ciuitatem quam inqui-
rimus. ita ꝙ tota vita nr̄a nihil aliud eſt:
nec debet eſſe niſi expeditio ad ambulan-
dum: vt dicit prima pars antecedentis. iō
dicebat Job in cap̄. ix. Dies mei velocio-
res fuerunt curſore.
¶ Sed dixi in ſcd̄a parte antecedentis ꝙ
via huius vite eſt facilis ad errādum. Nā
quando deus creauit hominem: et dedit
ſibi liberum arbitrium: poſuit eum in ca-
pite duarum viarum: vt ambularet. vna
illarum viarum eſt vite. alia mortis. Die-
re. xxj. Ecce ego do coram vobis viam vite
et viam mortis.
Prima eſt mūdana q̄ eſt blāda ⁊ ampla.
Scd̄a eſt celeſtis que eſt ſtricta ⁊ aſpera.
In capite ergo duarū viarum ponit deus
hominem vt ambulet. Sed quid facit mi-
ſer homo videns ꝙ via mūdi eſt ampla et
bene firmata. Itē etiam grata propter de-
lectationes mundi: dimittit viam celeſtē:
et accipit viam mundi: et iſta via ducit eū
ad infernum. vnde ſapiens Prouerb. xvj.
Eſt via que videtur homini recta: ⁊ nouiſ-
ſima eius ducunt ad mortem. De iſta via
loquitur ſaluator Matth. in. c. vij. Lata
eſt porta: et ſpacioſa via eſt que ducit ad
perditionem: et multi ſunt qui intrāt per
eam. De via celeſti loquitur in eodem ca.
Arcta eſt via que ducit ad vitam: et pauci
ſunt qui inueniunt eam. Sed ibidem con-
cluſit nobis ꝙ mundi viam dimittamus
et celeſtem accipiamus quando dixit. In-
trate per anguſtam portā. Ecce ergo quo-
modo noſtra via eſt facilis ad errandum.
Scribitur in libro de donis: ꝙ fuerunt
duo ſocij: vnus ſapiens: et alter non ſapi-
ens. narra ⁊ moraliza ad propoſitum. Pa-
tet ergo ſecunda pars antecedentis decla-
rata ꝙ viā huius vite habemus facilē ad
errandū. ergo videte quomodo caute am-
buletis. ad Ephe. v.
Si ergo tota noſtra vita eſt expeditio ⁊c̄.
Et via huius vite eſt facilis ⁊c̄.
Igitur quilibet ambulet digne ⁊c̄.
Summo corde ſequendo deum.
Igitur ambuletis digne deo ꝑ oīa placē-
tes. Explicit. Deo gratias.

¶ Dominica. xxiiij. poſt feſtū trinitatis. Sermo. ij.

In omni ope bo-
no fructificantes et creſcen-
tes. ad Coloſ. j. cap. Inter
opa hoīm mortaliū viatorū
talis pōt dr̄ia aſſignari. Nā

Primo ſunt quedā opera de quibus nul-
lus fructus percipitur.
Scd̄o ſunt quedam opa de q̄bus fructus
producitur.
Tertio ſunt quedaꝫ opera de quibus fru-
ctus creſcit.
Prima pars.

¶ Prima opera ſunt ⁊c̄.

illa opera ſunt cupidoꝝ: qui in ꝯgregatio-
ne diuitiarū operari cū labore nō ceſſant
ꝓpt̄ amorē eaꝝ: et tn̄ ſcriptū ē. Qui amat
diuitias fructū nō capiet ex eis. Eccl̄s. v.
Qui amat diuitias inordinate: fructū nō
capiet ex eis. Et ſi ſint male ⁊ illicite acq̄-
ſite cum vſuris: cū fraudibus: cū menda-
cijs: atqꝫ periurijs: vl̄ ſi ſint male poſſeſ-
ſe vtpote nō diſtribute pauperib⁹. Huic
alludit illud Sap̄. iij. Uacua eſt ſpes illo-
rū: et labores ſine fructu. Labor hoīm or-
dinat̄ ad aliquē fructū percipiēdū: aliter
labor eſt vacuus ⁊ inutilis. qm̄ illud eſt
opus vanū et vacuū ac inutile: qd̄ nō cō-
ſequitur finē ſuum. Sic moraliter cupidi
hoīes ꝓ diuitijs acquirēdis/ exponūt ſe
laborib⁹ multis in terra: in mari: die: no-
cteqꝫ: ⁊ fructū quaſi nullū recipiunt: de
q̄bus merito dr̄. Labores illorū ſine fru-
ctu. In epl̄a iude maledicent̄ ⁊ in ignem
mittentur. ſicut fuit maledicta ficus in q̄
fructus non dicitur eſſe repertus. Mat.
xxj. Mar. xj. ⁊ Luc̄. xiij. et in ignem mittē-
tur. qm̄ oīs arbor que non facit fructum
excidetur: et in ignem mittetur. Matth.
iij. et. vij. Talis cupidus qui ſine fructu
operat̄: et cum laboribus multis: licet in
vanū: pōt dici arbor illa de qua Dan̄. iiij.
Ecce arbor in medio terre. aſpectus eius
erat vſqꝫ ad terminos vniuerſe terre. Fo-
lia eius pulcherrima ⁊ fruct⁹ eius nimi⁹
et eſca vniuerſoꝝ ī ea. ſubter eā habita-
bant aīalia ⁊ beſtie: et in ramis cōuerſa-
bant̄ volucres celi: ⁊ ex ea veſcebat̄ oīs
caro ⁊c̄. Arbor iſta moraliter eſt hō abun-
dans/cupidus/et auarus in medio terre
ne cupiditatis: cuius aſpectus ad lucrū
extenſus ad varios terminos: nūc in frā-
cia: nūc in anglia: nūc in alemānia: nunc
in italia ⁊c̄. nūc per vſurā: nūc per mercā-
tias indebitas: cū fraudib⁹ vendēdo: emē-
do: mutuando cū ſpe alicuius lucri. Fo-
lia ei⁹ pulcherrima. i. v̄ba polita: pulchra
in apparētia: non tn̄ in exiſtētia: v̄ba deci-
pientia. qm̄ tales pulchre loquūtur: qua-
tenus decipiāt vendētes ſiue emētes lau-
dādo mercācias: et pl⁹ q̄ꝫ valeant. fruct⁹
eius nimi⁹. qm̄ tales abūdant in auro: in
argento: in lapidib⁹ precioſis: in blado:
in vino: ī veſtib⁹: in eq̄s: ī domib⁹: in poſ-
ſeſſionib⁹. fruct⁹ ei⁹ multus et copioſus.
eſca vniuerſoꝝ in ea: qm̄ de multis pecu-
nijs mutuatis veſtiunt̄/ et accōmodant̄.
et veniunt encenia multa de quib⁹ viuūt
licet ſit ſcriptū Luce. vj. Mutuū date ni-
hil inde ſperātes. Subter tales habitāt
beſtie. i. ſimplices et pauperes hoīes de
q̄bus modicū curāt: ſed volucres celi con-
uerſantur in ramis. ſ. hoīes aſtuti: nobi-
les/diuites/potētes: qui ipſum aſſociāt
honorant: ipſuꝫ laudant: ipſi applaudūt
et adulant̄: verūtamē ſimplices paupes
nō audent appropinquare. Sed quid ſe-
quitur? clamat vigil. Uigil iſte creator et
redēptor deus iudex iuſtus: qui ſemꝑ vi-
gilat: ⁊ nunꝙ dormit: clamat ꝑ ſententiā
mortis: et ſubito qn̄ non ſuſpicat̄: qn̄ nō
credit: qn̄ eſt in gaudio: in ꝓſperitate ma-
gna. Ad quos clamat iſte vigil? ad illos
q̄ ſunt cauſa mortis: ad febres: ad antra-
ces: ad egritudines: ad dolores corpora-
les: ſuccidite arborem. i. talem hoīem. Et
tūc prochdolor arbore ſucciſa: fugiūt vo-
lucres/et beſtie: diuites potētes: immo
ſimplices pauperes. oēs general̄r cuiuſ-
cūqꝫ ſtat⁹ ſint: ipm̄ general̄r derelinquūt
germen tn̄ remanet. i. anima miſera q̄ eſt
īmortalis: q̄ alligat̄ in terra infernali vi-
culo eterne dānationis. ¶ Sup quo arti-
culo pōt queri an bona opa in gn̄e ſuo/
facta in pctō mortali ꝓducāt aliquē fru-
ctū facīēti opa illa? Et rn̄det̄ ponēdo. v.
ꝯcluſiones. ¶ Prima ꝯcluſio q̄ꝛ talia opa
vocant̄ opa mortua. nā ſicut ſe hꝫ radix
ad arborē: ita ſe hꝫ gr̄a dei ad hoīem: ſed
ſi radix eſt ſicca ⁊ mortua: quō opa morta-
lia in hoīe a gr̄a trahūt vitā? ſed exiſtēti
ī mortali deficit gr̄a. de iſtis opib⁹ habet̄
Heb. ix. vbi ſic ait apl̄s. Sāguis xp̄i emū-
dauit ꝯſcientiā nr̄aꝫ ab opib⁹ mortꝫ. glo.
a pctīs que ſunt opa mortua. q̄ꝛ ledūt vi-
tā nature: carent vita gr̄e: auferunt vitā
glorie. qm̄ ſcriptū eſt. Stipendia peccati
mors. Rom̄. vj. alibi iſta opa vocant̄ ope-
ra tenebraꝝ. Rom̄. xiij. Abyciam⁹ (inq̄t)
opa tenebrarū. ⁊ in euāgelio vocant̄ opa
mala. Job. iij. Erant em̄ eoꝝ mala opa.

¶ Secũda ꝯcluſio ꝙ opera mortua ꝑ pe⸗
nitentiã reuiuiſcũt. Eſt em̃ de talibꝰ ope⸗
ribꝰ ſicut de herbis et floribus: q̃ flante
vento boreali/eoꝝ viriditas extinguitur
ſed flãte zephiro mediãte rore ſiue humo
re talis viriditas reuiuiſcit. Sed morali⸗
ter viriditas et pulchritudo bonoꝝ ope⸗
rũ flante tentatione langueſcit: et perpe
trato pctõ mortificatur. ſed flante gratia
ſpũſſancti qñ peccator ad penitentiã re⸗
ducitur: illa opa mortificata incipiunt vi
reſcere: per deuotionẽ florere: ⁊ per noua
bona opera fructũ bonũ ꝓducere. ⁊ ſunt
ſicut lignũ qḋ plãtatũ eſt ſecus decurſus
aquarũ: quod fructũ ſuũ dabit in tẽpore
ſuo. in pſ. j. ¶ Tertia ꝯcluſio ꝙ talia opa
nullũ fructũ bonũ producũt meritorium
ad vitã eternã. iſto modo ꝙ ꝑ illa opera
mortua homo non meref gratiã ad meri
tum: nec premiũ ad gloriã. qꝛ ſicut aplꝰs
Galath. v. Neqꝫ circunciſio valet: neqꝫ
preputiũ: ſed fides q̃ per gratiã operaf:
vel per charitatẽ. ¶ Quarta ꝯcluſio quia
talia opera mortua facienti et operanti
ꝓducunt aliquos fructꝰ: licꝫ nõ merito
rios ad vitã eternã. q̃ ſunt. Primꝰ fructꝰ
qm̃ talia opa licꝫ mortua: q̃ ſũt ieiunare:
elemoſynas facere: orare: ꝓuocant ⁊ pro⸗
curant aliquo modo beniuolentiam dei:
quatenꝰ largiaf gratiã ei eundi ⁊ redeun
di. Secũdus fructus: ꝙ deus miſericor⸗
dius ſe hꝫ erga talem ſi dãnetur. Tertius
fructus: ꝙ aĩe ſancte citius orãt pro tali
quatenus ſit leuior pena eiꝰ. Quartꝰ fru⸗
ctus: ꝙ talis operans talia opera acq̃ret
aliquẽ fructum tẽporalem. ¶ Quinta cõ
cluſio ꝙ nemo: etiã ſi ſcit ſe eſſe peccato⸗
rem: debet ceſſare a bono ope: nec ſe de⸗
ſperare a dei clemẽtia: ſed ſemꝑ cum bo⸗
nis operibus orare dñm deum ⁊c.

Secũda pars.

¶ Secundus articulus

qm̃ ſunt opera bona de quibꝰ fructus ꝓ⸗
ducif: ⁊ vocanf opa bona. et ad h̾ cõcur⸗
rũt q̃ttuor: q̃tenus fructificẽt: ⁊ fructũ ꝓ⸗
ducãt: q̃ in arboribꝰ fructiferis cõiter re⸗
(quirũtur. ſcꝫ
Firma plantatio.
Humida irrigatio.
Mortificatio.
Ramorum preciſio.

¶ Primũ firma plãtatio in firma radice:
que radix eſt charitas vno modo. In cha
ritate radicati ⁊ firmati ⁊ fundati. Ephe.
iij. Charitas eſt radix oĩm bonoꝝ operũ:
et cupiditas radix pctõꝝ/ et oĩm maloꝝ.
opa non ꝓducerẽt fructũ niſi eſſent plan
tata in radice charitatꝭ. vel radix iſta põt
dici fides: ſine qua opa nõ ꝓducũt fructũ
nec placent deo. qm̃ ſine fide impoſſibile
eſt placere deo. ſicut dicit aplꝰs Heb. xj.
Tunc opa placent deo: qñ ſunt plantata
in radice fidei ⁊ charitatis: ⁊ ſunt magni
meriti apud deũ. Eccľs. ix. Uade et come
de cũ leticia panẽ tuũ: et bibe cũ gaudio
vinũ tuũ: qꝛ deo placent opera tua. cum
gaudio totũ eſt ſine pctõ. Sed hic eſt du⸗
biũ qḋ dicit. qꝛ deo placent opera tua. qꝛ
Eccľs. ix. dꝛ. Neſcit hõ vtrũ odio vel amo
re dignus ſit. Rñſio in dubijs ſemꝑ inter
pretandũ eſt in meliorẽ ptẽ. et ſupponen
dũ ꝙ opa ſint facta in charitate. ¶ Scđo
req̃rif irrigatio ⁊c. hoc eſt gr̃a ſpũſſancti.
Uñ de viro iuſto ſcriptũ eſt Hierem̃. xvij.
Bñdictus vir q̃ cõfidit in dño: ⁊ erit dñs
fiducia eiꝰ. Et erit quaſi lignũ qḋ trãſplã
tatur ſuꝑ aq̃s: quod ad humorẽ mittit ra
dices ſuas: ⁊ nõ timebit cũ venerit eſtus.
Et erit foliũ eius viride. ⁊ in tpe ſiccitatꝭ
non erit ſollicitũ: nec aliqñ deſinet facere
fructũ. In tali ligno eſt humiditas gr̃e:
radicatio charitatis ⁊ fidei: viriditas ꝑ⸗
ſeuerãtie: et iõ non deſinet facere fructũ
bonũ: imo erit hortus ameniſſimꝰ coram
deo: cuiꝰ flores ſctõꝝ operũ fructũ partu
riet: et ſctẽ aĩe deſideria odorẽ dabunt.
¶ Tertio req̃rif mortificatio: qm̃ granũ
ſeminatũ nõ ꝓducit fructũ niſi prius mo
riaf ſub terra. ſupra dictũ euãgeliũ. Niſi
granũ frumẽti cadẽs in terrã mortuũ fue
rit ipm ſolũ manet. ſi autẽ mortuũ fuerit
multũ fructũ affert. Ioh. xij. Et h̾ referf
ad mortificationẽ carnis q̃ multũ fac̃ ad
hoc ꝙ opa ſint fructuoſa: de q̃ Rom̃. viij.
Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis:
viuetis. ſi ſpũ. hoc eſt gr̃a ſpũſſancti. opa
carnis mortificaueritis: ea penitꝰ abijciẽ
do fugiendo: viuetis. vita ſpũali: qm̃ hr̃
Io. vj. Spũs ẽ q̃ viuificat: caro nõ ꝓdeſt
quicq̃. ¶ Quarto requirif ſupfluoꝝ reſe⸗
catio (alio noĩe vocaf putatio) ſicut vi⸗
nea putaf anteq̃ ꝓducit fructũ. Io. xv.
Oẽꝫ palmitẽ in me nõ ferentẽ fructũ: tol
let eũ: et oẽꝫ qui fert fructũ: purgabit eũ:
vt fructũ plus afferat. et hoc refertur ad
reſecationẽ ſuperfluoꝝ: qḋ fit per pñiam
veram. facite ergo fructum dignũ penitẽ
tie. Matth. iij. ⁊ Luce. iij. ¶ Circa iſtũ ar

ticulũ mouenf dubia. quot ſunt opera in
moralibꝰ q̃bꝰ ſpũalis correſpõdet fructꝰ
etiã copioſus: Rñdef ꝙ iſta ſunt maxie
Primo opus continentie virginalis.
Scđo opus reuerẽtie paternalis.
Tertio opus clemẽtie viſceralis.
¶ Primũ opus ⁊c. ad hoc facit ſcriptura
que habef Sap. iij. Felix eſt ſterilis et in
coinquinata q̃ neſciuit thoꝝ in delicto.
habebit fructũ in reſpectione aĩarũ ſan⸗
ctarũ: et ſpado. hic cõmendaf opus cõti⸗
nentie virginalis in ſexu femineo. Felix
ſterilis. qm̃ habebit iocũditatẽ: que infi⸗
nities maior eſt ⁊ melior quacũq̃ tẽpora
li iocũditate. Uñ felix eſt illa que hꝫ men
tis et carnis integritatẽ. que neſciuit tho
rum in delicto. ſ. illa q̃ nõ eſt experta ꝯcu
bitũ illicite volũtatis: habebit fructũ ⁊c.
Licꝫ non habuerit fructũ ventris in hac
vita: de quo in pſ. cxxvj. Ecce hereditas
dñi filij merces fructus ventris. habebit
tñ fructum in reſpectiõe aĩarũ ſanctarũ/
qñ deus aĩas ſanctas reſpiciet ꝓ opibus
ꝟtuoſis: que opera in hac vita fecerunt.
Rom̃. vj. Habetis fructũ vr̃m in ſctĩfica⸗
tionẽ ⁊c. et Cant. v. Ueniat dilectꝰ meus
in hortũ ſuum vt comedat fructꝰ pomoꝝ
ſuoꝝ. Iſti operi virtuoſo correſpõdet fru
ctus centeſimus ſicut alꝭ fuit dictum. Et
ſpado q̃ non opatꝰ eſt ꝑ manus ſuas ne⸗
quiſſima. dabif illi fidei donũ electũ: et
ſors in tẽplo dei acceptiſſima. Hic cõmẽ
datur opus ꝯtinentie in ſexu maſculino.
et ſpado. hoc eſt homo caſtratꝰ. intendit
dicere ꝙ non ſolũ mulier caſta habebit
fructũ ⁊c. imo ſpado caſtratꝰ. i. homo ca⸗
ſte natus/habebit fructũ. vñ opꝫ ꝙ talis
abſtineat ab actu voluptuoſo: ⁊ a conta⸗
ctu libidinoſo: ⁊ a cogitatione. iõ dꝛ. nec
cogitauit aduerſus deũ nequiſſima. ſeq̃⸗
tur poſt. Bonoꝝ laborũ glorioſus eſt fru⸗
ctus. bonꝰ labor opus ꝯtinẽtie ꝟginalis.
¶ Secundũ opus reuerẽtie paternalis/
qḋ eſt de honore parentũ. de iſto ope enu
meranf fructꝰ Eccľi. iij. Qui honorat pa
trẽ ſuũ iocũdabif in filijs: et ĩ die orõnis
ſue exaudief. Qui honorat patrẽ ſuũ vi⸗
ta viuet lõgiore. In ope et ſermone et in
omni patiẽtia/honora patrẽ tuũ et ſuper
ueniet tibi bñdictio a deo: et bñdictio il⸗
lius in nouiſſimo manet. Elemoſyna pa⸗
tris nõ erit ĩ obliuione. Primꝰ fructꝰ iſtiꝰ
operis de honore parentũ/eſt orõnis ex⸗
auditio. q̃ implet legẽ de honorãdo parẽ
tes exaudietur in orõne ſua. ꝓ mala vitã
do: vel bona acq̃rendo ſicut poſſet decla⸗
rari in multis viris iuſtis. Scđus fructꝰ
vite ꝓlongatio. Huic alludit textꝰ Deu⸗
terono. v. Honora patrẽ tuũ et matrem
tuã ſicut precepit tibi dñs deꝰ tuus: vt lõ
go viuas tpe. Tertius fructꝰ iſtius opis
timor dñi. Eccľi. iij. Qui timet dñꝫ hono⸗
rat parẽtes. vt patuit de yſaac/iacob/io⸗
ſeph/et tobia minori. Cui alludit illud
apľi Coloſ. iij. Filij obedite parẽtibꝰ per
oĩa: hoc em̃ placitũ eſt in dño. Itẽ ſequi⸗
tur. in ope/in ſermone/in oĩ patiẽtia ho⸗
nora prẽꝫ tuũ. Notanf tria ĩ q̃bꝰ debemꝰ
honorare parẽtes. in ope neceſſaria mini
ſtrãdo: ĩ ſermone reuerẽter loquẽdo: ĩ pa
tiẽtia correctiones ſuſtinẽdo. Quartꝰ fru
ctus iſtius opis/eſt diuina bñdictio: qm̃
talis erit de nũero illoꝝ q̃bꝰ dicef. Ueni
te bñdicti prĩs mei ⁊c. Matth. xxv. Ipſi
bñ erit in extremis: ⁊ in die defunctionis
bñdicef. Eccľi. j. Quintꝰ fructꝰ iſtiꝰ operꝭ
duplicis boni retributio/in hoc ſeculo/⁊
ĩ alio. ex tali elemoſyna ⁊ tali bñficio pa⸗
rẽtibus exhibito et collato. Nã ſequif. re
ſtituetur tibi bonũ. Sextꝰ fructus eterni
boni certificatio. ſatis ẽ ſecurꝰ de eterno
bono: q̃ honorat parẽtes. nã ſcriptum eſt
mat. xix. Si vis ad vitã ĩgredi ſ͛ua mãda
ta. Septimꝰ fructꝰ ab ãguſtijs liberatio
nã ſeq̃f. In die tribulatiõis cõmẽorabif
tui. i. in die iudicij qui erit dies tribula⸗
tiõis. Uñ Bern. Feſtinemꝰ filij ex honore
pentũ ad locũ tutiorẽ: ad paſtũ vberiorẽ:
⁊ agrũ fertiliorẽ: vbi habitemꝰ ſine metu
epulemur ſine faſtidio. Eccľi. xj. Bñdictio
dei in mercedem iuſti feſtinat: ⁊ in hono
re veloci ꝓceſſus illius fructificat.
¶ Tertiũ opꝰ mĩe ⁊c. Nõ memini me legiſ
ſe mala morte mortuũ: q̃ libẽter opa mĩe
exercuit. hꝫ multos ĩterceſſores: ⁊ ĩpoſſi⸗
bile eſt multoꝝ p̃ces nõ exaudiri. Hiero.
ad nepotianũ. eſt eĩ arbor bona: q̃ bonos
fructꝰ facit. Mat. vij. ⁊ Luc. vj. Nõ eſt eĩ
clementia arbor autũnalis ſine fructu.
abſit. Alibi multa dicta ſunt de iſto ope
fructuoſo mĩe: ⁊ iõ ptranſeo ad p̃ſens.

Tertia pars.

¶ In tertio loco intro⸗

ductuꝫ fuit ꝙ ſunt opa de quibꝰ fructus
creſcit ⁊c. que ſemper ꝓcedũt de bono in
meliꝰ. Tale opus irrigatũ rore gr̃e/ꝓmo
producit herbã bone cogitatiõis: deinde

ſpicam bone affectionis: deinde fructum bone operationis. et ſic multiplicat ⁊ creſcit. Coloſ.j. In omni opere nos hortat̃ apl's exercere in verbis iã aſſumptis. In omni opere bono ⁊c̃. vbi tria oſtendunt.

Primo actus laborioſus cũ merito. in omni opere bono.

Secundo profectus virtuoſus cum cõmodo. fructificantes.

Tertio affectus precioſus cum premio. et creſcentes.

Suſtine ſuſtẽtationes dei. cõiũgere deo et ſuſtine: vt creſcat ĩ nouiſſimo vita tua. Eccleſiaſtici.ij. Cuius vite participes nos faciat ⁊c̃.

¶ Dñica.xxiiij. poſt feſtum trinitatis. Sermo.iij.

Confide filia q̄ꝛ fides tua te ſaluam fecit. Mat.ix. Dolenti ⁊ lãguenti anime. grauiter infirmã ti redemptor ſuus propter verba inaudite cõſolationis in verbis ꝓpoſitis tria notantur.

Primum verbum familiare magne charitatis. filia.

Secundum verbum ſingulare magne ſecuritatis. confide.

Tertium verbum ſalutare magne iocunditatis. fides tua.

Prima pars.

¶ Primum verbum ⁊c.

magna familiaritas: magna charitas: ſingularitas: propinquitas redemptoris: filiam vocat aĩam quã creauit ad imaginẽ ſuam. quã filiam redemptor mundi vocat amicam ſuam. Cañ.ij. Sicut lilium inter ſpinas: ſic amica mea inter filias. Talis filia amica redemptoris debet eſſe pura/caſta/⁊ munda/al's nõ eſſet amica. Ergo debet eſſe ſicut liliũ quod multũ redolet in cõſpectu dei. In tali flore ſunt ſex folia albiſſima candida: que ſunt virtutes cuſtodientes conſeruantes puritatem in filia/in anima amica dei. Sex virtutes ſunt ſobrietas: non ebrietas que eſt via ad luxuriã. Sedulitas: non ocioſitas que fuit iniquitas ſodome. Aſperitas que velut ſpina lacerat et animã caſtam reddit. Extraneitas: non curioſitas videndi vana. Modeſtia ſiue taciturnitas. Hierony. Sermo virginis ſit modeſtus. Fuga: vt nõ ſit opportunitas peccandi. Talis filia. talis caſta et munda. talis aĩa amica dei/ſicut liliũ ſtat inter ſpinas. Et que ſunt ſpine niſi tentationes: tribulationes/inter quas tales filie. tales anime commorãtur. Sic amica mea inter filias. nõ inter filias egyptiorum: que aſcenderunt ſuper murũ vt viderẽt pulchritudinem: nec inter filias babylonis: nec inter filias chanaan et filias cayn propter quas venit ira dei: et venit diluuiũ: quas omnes explicare nõ poſſumus. Sed bene inter filias ſion: que ſunt moraliter mẽtes que pace fruũtur interna. que ſpe contemplantur gaudia repromiſſa. Ergo (inquit) redemptor confide filia. Cui filie loquit̃? cui aĩe dirigit ſermonem? Illi filie loquitur: vbi eſt munda caſtitas: firma charitas: grata formoſitas: generoſa nobilitas: de qua filia cantatur in canticis. Pulchra es et decora filia hieruſalem. Cañ.vij. Q̃ pulchra es in calciamentis tuis filia principis. ibidẽ. O talis filia confide ſecure. quod verbum ſolidũ/firmum/atq̃ ſecurum.

Secunda pars.

¶ Et iſtud eſt ſecundum

principale introductum: O aĩa filia dei/nõ confidas in diuitijs que cito deficiũt: et homo cito deficit in eis: non confidas in baculo arundineo. non confidas in põte putrido quales ſunt diuitie. Qui confidunt in diuitijs cito corruent (al's qui cõfidit in diuitijs cito corruet) Prouerb.xj. que aĩam dei inficiunt. que finaliter amareſcũt quaſi abſinthium. ſicut multi fatui ceci confuſi ſunt. de quibus Amos.vj. Ue vobis qui opulenti eſtis in ſion: et cõfiditis in monte ſamarie. Non cõfidas in honoribus: in vanitatibus: in dignitatibus: qm̃ male accidit multis qui talem cõfidẽtiã habuerunt ſicut de lucifero/ſaule/balthaſar et alijs multis qui ceciderũt. Confidunt in nihilum et loquuntur vanitatẽ. Eſa.lix. Sed generaliter non eſt confidendum in mundo iſto: nec in cõtentis in eodem: nec in aliqua re que deficit in neceſſitate: nec in diuitijs: nec in delitijs: nec ĩ honoribus ſicut iam dictum eſt. qm̃ deficiũt omnia. trãſeunt omnia: et vana ſunt omnia. nec in ſapiẽtia mũdi: qm̃ illa ſtulticia eſt apud deum. ſicut dicit apoſtolus

j.Cor.iij. nec in hoĩe: q̄ꝛ maledictus hõ q̃ confidit in homine. ſpreto auxilio diuino Hiere.xvij. nec in amicitia hoĩs: nec ĩ amicitia mundi. qm̃ non eſt ibi ſtabilitas: nec permanẽtia. Hiere.ix. Unuſquiſq̃ a ꝓximo ſe cuſtodiat: et in oĩ fratre ſuo non habeat fiduciã. Aſſignat̃ rõ gñalis quaſi de oĩbus iã dictis: de quibus nõ eſt cõfidendũ. nõ in diuitijs: q̄ꝛ trahũt ad luxuriam. nec in honoribus: q̄ꝛ trahũt ad ſuperbiã. nec in ſapiẽtia mundi: q̄ꝛ eſt ibi fatuitas. nec in amicitia: qm̃ non eſt ibi ſtabilitas. nec in hoĩe: qm̃ nõ eſt in eo veritas. Iſta confidẽtia ꝓhibetur in multis locis ſacre ſcripture. maxime Hiere.vij. Nolite confidere in verbis mendacij. et iõ xp̃s Hiere.xlix. Defluxit vallis tua filia delicata que ꝯfidebas ĩ theſauris tuis. ⁊ Michee.vij. Nolite credere amico: ⁊ nolite cõfidere in duce. Ad hũc ſenſum loquitur Aug. in ſermone de btõ vincẽtio. Nemo (inquit) de ſuo corde preſumat qñ ꝓfert ſermonẽ. nemo de ſuis viribus cõfidat qñ ſuffert tentationẽ: qm̃ vt bona prudẽter loquamur: a deo eſt. nõ eſt noſtra ſapientia. et vt mala fortiter perferamus ab illo eſt: non nr̃a patientia. Cui alludit Hugo in lib. ſuo de didaſcalon. Non confidat predicator vel auditor verbi diuini de acuitate ĩgenij: de ſedulitate ſtudij: ſed magis cõfidat de bonitate dei: de pietate oraculi: et de humilitate cordis. ¶ Sed quero vbi: et ĩ quo eſt ſecuriſſime confidẽdum? Concors et vera ſentẽtia oĩm: qm̃ in dñm deũ eſt confidendum propter rationes ſequentes.

Primo q̄ꝛ eſt potẽtiſſimus ad adiuuãdũ.

Scdõ q̄ꝛ eſt ſapientiſſimus ad dirigẽdũ.

Tertio q̄ꝛ eſt amiciſſimus ad donandum.

